St. Norbert College
Digital Commons @ St. Norbert College

Premonstratensian Research | Center for Norbertine Studies

1952

Monasticon Praemonstratense: id est historia circariarum atque canoniarum candidi et canonici ordinis Praemonstratensis / Vol. 2

Norbert Backmund, O.Praem.

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.snc.edu/premonstratensian_research

Part of the European History Commons, Medieval History Commons, Medieval Studies Commons, and the Religion Commons

Recommended Citation
Backmund,, Norbert O.Praem., "Monasticon Praemonstratense: id est historia circariarum atque canoniarum candidi et canonici ordinis Praemonstratensis / Vol. 2" (1952). *Premonstratensian Research*. 4.
https://digitalcommons.snc.edu/premonstratensian_research/4

This Book is brought to you for free and open access by the Center for Norbertine Studies at Digital Commons @ St. Norbert College. It has been accepted for inclusion in Premonstratensian Research by an authorized administrator of Digital Commons @ St. Norbert College. For more information, please contact sarah.titus@snc.edu.

MONASTICON PRAEMONSTRATENSE

ID EST

HISTORIA CIRCARIARUM ATQUE CANONIARUM CANDIDI ET CANONICI ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

Auctore

P. Norberto Backmund O. Praem.

Ecclesiae Windbergensis in Bavaria Canonico

TOMUS

SECUNDUS

Archives
St. Norbert Abbey
De Pere, Wisc.

Straubing 1952

Cl. Attenkofersche Buchdruckerei

De licentia Superiorum
Ordinis:
Windbergae, die 14a Junii 1952
Dr. M. O. v. d. Hagen O. Praem
Prior

Licentia Ordinarii:
Imprimatur
Ratisbonae, die 17a Julii 1952
J. Franz
Vic. Gen.

Propriis sumptibus auctoris
13a Kloster Windberg, P. Hunderdorf Ndb. sive: Abdij Averbode, Belgium

PRAEFATIO

Brevem medullam eorum, quae in praefatione primi voluminis diximus, hic repetere haud inutile censemus. Non pauci enim subscriptores secundum tantum volumen emerunt, et ideo de scopo et de structura operis oportet eos esse instructos.

Cum nullos alios fontes hactenus haberemus in Monasteriologia Praemonstratensi nisi Lairuelz, Hugo et Waefelghem, opera infra citata, quae nullo modo sufficiunt, mendisque scatent, maxima, viget ubique confusio et incertitudo. Opportunum ergo esse putavimus, conamen instituere, operibus extantibus meliora substituendi. Hoc nostrum opus evidenter est imperfectum et incompletum, historicus in eo multa reprehendet et desiderabit quidem, sed ut speramus, melius tamen est illis, quibus usquedum contenti esse debuimus.

Divisum est opus hoc juxta circarias[1]), quales erant medio aevo, ab anno scilicet 1320 usque ad saeculum XVI. Si aliqua monasteria perierunt ante divisionem Ordinis in Circarias, vel orta sunt post suppressionem illius circariae, tamen hoc in opere adscribuntur circariae circumiacenti secundum regionem, etsi forte ad illam de facto numquam pertinuerint. Novae canoniae, saeculis XIX et XX fundatae, in fine huius voluminis breviter separatim tractantur. Tantum ea monasteria singulatim proferuntur et expresse tractantur, quae fuerunt vere domus formatae, scilicet abbatiae, praeposituræ sui juris, parthenones, si fuerint a canoniis virorum separati et sui juris saltem quoad bona, prioratus conventuales; de aliis vero prioratibus, praeposituris, et residentiis, eae tantum referuntur, in quibus viguit, ad tempus saltem, vera vita conventualis. Recensentur etiam collegia studiorum; sed curiae et parochiae incorporatae, quae in quibusdam regionibus non raro etiam „prioratus“ appellabantur, sub abbatia nominantur, a qua dependebant.

[1]) Monasteria Ordinis in quodam regno vel provincia sita paulo post annum 1200 in „circarias“ aduniebantur. Ordo noster videtur esse primus omnium, qui divisionem regionalem huiusmodi introduxit. Circariis primo praefuit abbas quilibet ut „circator“, dein duo visitatores annui, postremo ab anno 1630 Vicarius Generalis ad vitam. Quae divisio post saeculum XV non iam erat stricta, fere semper complures circariae, praesertim cum in eodem regno erant sitae, cumulatim administrabantur. — Termino „Circaria“ correspondent apud alios ordines „congregatio, provincia, oboedientia“ etc.

Praeponitur operi elenchus litteraturae generalis, in eo saepius citatae, quem valde auctum et correctum, etiam huic volumini inserimus. Fuse tractatur dein de catalogis monasteriorum saec. XIII/XIV, de quibus in fine huius voluminis referre intendimus[2]). Unicuique circariae antecedit conspectus historiae eius generalis, in quo fit verbum de evolutione religiosa et politica, praesertim de iis, quae huic circariae sunt specialia. Dein sequitur bibliographia, in fontes et litteraturam distincta, historiam circariae et earum regionum, super quas illa se extendit, respiciens[3]). Periodica citantur in fine. Textus ipse singularum domuum sequenti modo est ordinatus: nomina monasteriorum primo ac praecipuo loco data sunt in forma moderna, sicuti locus iste hodie nuncupatur, et quidem in lingua huic territorio nostro tempore vernacula[4]). Multae quidem offensionis ansam praebet hoc principium, quia nonnullae regiones linguam vel dominum mutarunt. Si uni favemus, alter offenditur, ergo tamquam principium uniforme statuimus praeferre linguas illarum gentium, quae hodie has regiones dominant, etsi forte monasteria sub hisce denominationibus apud auctores historicos minus sint nota.

Secundo loco, ad dextram nominis, invenitur patronus ecclesiae, nisi ille cum nomine monasterii coincidat. Generatim in Ordine nostro Beata Maria Virgo considerabatur tamquam patrona primaria, cui saepius alius patronus secundarius accedit. Sed multoties ille secundarius tantum expresse celebratus est, ideo primariam in documentis plus minusve neglectam seu postea omnino oblivioni datam jure merito omisimus vel saltem inter parentheses posuimus. Deinde afferimus alias denominationes et varias formas, sub quibus nomen monasterii in documentis occurrit. Tunc adducitur situs illius exactus, dein provincia (moderna), et postremo dioecesis antiqua et moderna. Quoad Angliam, dioecesis hodierna tacetur, quia antiquae, etsi nunc protestantes, adhuc subsistunt. Dein indicatur

[2]) Exstant indices monasteriorum, in circarias divisi, e saeculis XIII/XIV, quorum valorem in primo volumine probavimus. Distinguimus inter illos species tres. Ninivenses (N 1 et N 2) inter annos circiter 1235 et 70 redacti. Scheftlariensem (S), Vincentinum (V) et Lairuelz (L) inter annos 1270 et 90. et „recentiores" post annum 1290: Windbergensis (W), Tongerloensis (T), Hilgentalensis (H) et Lepaige (P), qui praeter L, usquedum solus erat notus. Quibus accedunt A (Averbodiensis), copia saec. XV, et D (ex MS 538 I Bibl. Mun. de Laon) copia saec. XVII archetyporum supradictis indicibus similium. Ambo tamen continent annotationes originales haud exigui momenti. In fine huius voluminis praecipuos horum catalogorum in extenso praebere intendimus.

[3]) Abhinc respiciemus etiam, in quantum fieri potest, fontes generales nondum publicatos.

[4]) Adhibemus ergo v. g. linguam gaelicam pro Hibernia, et flandricam pro Belgio septentrionali.

dignitas juridica domus in Ordine, nempe quoad monasteria virorum, utrum abbatiae fuerint an praepositurae, vel prioratus. In circariis in hoc volumine tractatis omnes domus virorum sui juris, si perpaucos prioratus excipis, ab initio fuerunt abbatiae. In iisdem circariis unam tantum Ordo habuit ecclesiam cathedralem (Whithorn).

Parthenones sive asceteria, ut appellamus monasteria virginum, aut erant praepositurae, id est praelaturae independentes, aut prioratus, id est sub dominatione immediata patris abbatis. Extra Germaniam occidentalem, Hollandiam et Poloniam Ordo nonnisi pauca habuit asceteria. Magni momenti quid tractatur: numquid et quamdiu monasteria fuerint duplicia, et quo fuerint moniales in posterum translatae. Notandum est, decretum Capituli Generalis anni 1140, quo monasteria duplicia fuerunt supprimenda, in multis circariis non fuisse exactum, in aliis saltem non statim et valde cunctanter. In Frisia nonnulla monasteria duplicia extiterunt usque in finem. Praeter Galliam et Angliam, generatim fere omnis nova fundatio pro viris saltem usque ad finem saeculi XII (ca. 1180) etiam habuit suum parthenon, in vicinitate simul cum canonia fundatum.

Sequitur brevis delineatio historiae. Conati sumus, ad minus hic concinnare sequentia: datum, auctores et circumstantias fundationis, paternitatem[5]), asceteria et aliae domus dependentes, hospitalia et parochias incorporatas. Parochias jure praesentationis tantum dependentes generatim praetermittimus. Referimus annum, quo abbates pontificalibus sunt insigniti, statumque personalem, id est numerum religiosorum diversis temporibus ad hanc canoniam pertinentium. Evolutionem oeconomicam monasteriorum nonnisi per transennam tangere possumus, quia hoc mate-

[5]) Hac in re apparet difficultas, quia saepe fuit mutata. Nequaquam enim semper paternitas illius canoniae, a qua nova plantatio erat egressa, in posterum fuit servata. Ultimis saeculis generatim matres abbatiae longe distantes, vel extra propriam circariam sitae aegre ferebantur, et canoniae in propria circaria illis paulatim sunt substitutae. Canoniae quae de alio ordine, praesertim ex canonicis regulatis Ord. Sti. Augustini ad Ordinem nostrum transierunt, vel quae ex seipsis sunt ortae, communiter ut „Filiae Praemonstrati" habebantur. In antiquis vero catalogis videmus permulta monasteria utriusque sexus indicata ut „Filiae Praemonstrati", de quibus ceteroquin constat, ea fuisse de jure et de facto subjecta paternitati alius canoniae propioris. Cum Acta Capitulorum Generalium saeculorum XII-XV sint amissa, in singulis casibus difficile erit eruere, in quantum hoc veritati concordet. Saepius designabantur tamquam „Filiae speciales Praemonstrati" tales canoniae, in quibus conditiones extraordinarie difficiles hanc submissionem immediatam exigere videbantur (1216 Brindisi, ex HUGO SAM Ep. Gerv. 20/24, et Lorsch ex Cat. S.) Asceteria insuper non pauca, sed etiam aliquando canoniae virorum, ex dissensione cum Patribus Abbatibus se iurisdictioni illius saepius subtraxerunt, ac Praemonstrato soli tamquam matri generali omnium se subesse declaraverunt.

riam nostram nimis dilataret. Etiam de sanctis, beatis, et aliis membris illustribus singularum domuum breviter tantum tractamus, hoc enim scopus specialis alius operis esse oportet[6]).

Ad calcem cuiuslibet notitiae historicae invenies rubricam sub voce: „Archivalia". Ibi in primo volumine enumeravimus, quibus in depositis archivalia et fontes manu scripti reperiuntur, quae ad historiam istius monasterii referunt. Exinde, in quantum fieri potest, hanc rubricam fusius exponere et specificare intendimus, adducendo apud omnes canonias praecipua documenta quae supersunt in singulis archivis. Archiva dioecesana, etsi sint maximi momenti pro historia vitae interioris, generatim expresse non adducimus.

Sequitur dein bibliographia, in qua enumeramus primo loco Hugo et Waefelghem, dein alia opera collectiva, dein specialia, ordine alphabetico. In fine habentur editiones chronicorum, obituariorum et alia huiusmodi.

Apud canonias virorum et praeposituras virginum sui juris afferimus in fine seriem abbatum, praepositorum vel priorum, etsi saepius incompletam, in quantum conficere et fontibus competentibus, quas in hoc volumine magis distincte indicamus, potuimus. Numeri praemittuntur singulis nominibus tantum, si series videtur esse completa. Abbates vero commendatarii et ordinem non professi, minori semper typo sunt impressi, nec umquam numerantur. In fine totius circariae, si opus est, sunt duo appendices: „Dubia" nempe et „Praetermissa". In primo tractatur de domibus, de quibus non certe constat, an extiterint, vel ad ordinem umquam pertinuerint; in secundo vero de illis, quae falso a quibusdam auctoribus Ordini nostro attribuuntur, vel quae certe numquam extiterunt.

Quoad omnia consulas praeter indicem generalem etiam „Supplementum" in fine totius operis, ubi etiam stemmata canoniarum, schemata genealogica, mappas geographicas et alios appendices utiles invenies.

Averbodii in Belgio, in festo Sti. Augustini 1952

P. Norbertus Backmund O. Praem.

---

6) Vitas tamen et litteraturam praecipuam in hac re semper adducimus. — Unicum opus huiusmodi hactenus est GOOVAERTS (v. infra). Multa, vel potius nimia continet, sed difficile quid in eo invenitur, quia indice plane caret. Propter hoc confecimus indicem eius, et addidimus eum suo loco apud omnes canonias.

LITTERATURA GENERALIS

in hoc opere saepius citata

AA. SS. *Acta Sanctorum*, edd. Bollandus etc. — Antwerpiae, Bruxellis, Tongerloae, Paris 1643/1925, 68 voll.

L. d'ACHERY, *Veterum aliquot scriptorum . . . spicilegium* (13 voll. Paris 1655/77, nova ed. de LA BARRE, 3 voll. ibid. 1723)

ALBRECHT Dionysius O. Praem., *Manuale Canonicorum Praemonstratensium*, Argentorati 1742

U. BERLIERE, *Les Monastères doubles aux XIIe et XIIIe siècles*, in: *Mémoires de l'Académie Royale de Belgique* XVIII (Bruxelles 1923)

IDEM, *Notes sur les Manuscrits de l'Abbé Hugo d'Etival, conservés à Nancy*, in: *Compte Rendu des séances de la Commission Royale d'Histoire de Belgique*, 5e Série, Vol. VIII (1898) pp. 113/70

J. BÖHMER, *Regesta Imperii*, Oeniponte 1896/1951

CAESARIUS Heisterbacensis, *Dialogus Miraculorum*, edd. J. STRANGE, Coloniae 1851

U. CHEVALIER, *Répertoire des Sources historiques du Moyen Age*, Paris 1905/07

L. COTTINEAU, *Répertoire topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés*, Macon 1935/45, 2 voll.

Ch. DEREINE, *Les Origines de Prémontré* (RHE 42, 1947, pp. 352/78)

DHGE *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique*, edd. A. BAUDRILLART et alii, Paris/Louvain 1912 sq.

M. DUPRE, O Praem, *Annales Breves O. Praem*, Amiens 1645. 2a editio, procurata a J. V. SPILBEECK, Namur 1886

A. ERENS, O. Praem., *Les soeurs dans l'Ordre de Prémontré*, Anal. Praem. V (1929) pp. 5/26

Form.Pr. J. EVERS, O. Praem., *Formularium Praemonstratense*, Anal. Praem. VIII (1932) ed. Text.

Ob.Praem. II IDEM, *L'Obituaire de l'Abbaye de Prémontré*, 2e partie, Anal. Praem. I 1952, ed. Textus (vide infra: WAEFELGHEM)

P. FABRE, *Le Liber Censuum de l'Eglise Romaine*, Paris 1892

Gall.Christ. *Gallia Christiana Vetus*, 13 voll., edd. Maurini Parisiis 1715/85 *Nova*, XIV/XVI ed. HAUREAU ibid. 1856/65, *Novissima* ed J. H. ALBANES Valence 1895/1920

L. GOOVAERTS, O. Praem., *Dictionnaire bio-bibliographique des écrivains, artistes, et savants de l'Ordre de Prémontré*, 4 voll. *Bruxellis* 1900/16

B. GRASSL O. Praem., *Der Prämonstratenserorden, seine Geschichte und seine Ausbreitung bis zur Gegenwart*. Anal. Praem. X (1934) ed text.

H. HEIJMAN O. Praem., *Untersuchungen über die Prämonstratensergewohnheiten*, ibidem VIII/IX (1932/33) — Cf. ad hoc: P. VERMEER, *De invloed van de „Carta Caritatis" van Citeaux op de Statuten van Prémontré*, in: *Studia Catholica*, Maart 1951, pp 65/77

Ch. L. HUGO O. Praem., *Sacri Ordinis Praemonstratensis Annales*, 2 voll., Nanceii 1734/36 (Materialia ad hoc opus congesta: 18 voll. in fol., Bibl. Publ. de Nancy MS 992 et 995)

SAM IDEM, *Sacrae Antiquitatis Monumenta*, Prima editio: 2 voll. Stivagii 1725, secunda: 1 vol. in fol., St. Dié 1731. In hoc volumine

Ep.Gerv. habentur *Epistolae Gervasii Abbatis Generalis* (1216/19), pp. 1/124. Partim etiam sunt publicatae, una cum compluribus usquedum

Cod.Rawl. ignotis, secundum Cod. Rawlinson, C 533 Oxford Bodleian, a C. R. CHENEY in *Bulletin of the John Rylands Library*, Manchester 1950 XXXIII 1.

L. JANAUSCHEK, *Origines Cistercienses*, Wien 1877

S. de LAIRUELZ, O. Praem., *Optica Regularium*, Pont a Mousson 1603

P. LEFEVRE O. Praem., *Les Statuts de Prémontré, réformés sur les Ordres de Grégoire IX et d'Innocent IV au XIIIe siècle*. Louvain 1946

LTK *Lexikon für Theologie und Kirche*, ed. M. BUCHBERGER, 10 voll. Freiburg i. Br. 1930/39

G. LIENHARDT O. Praem., *Ephemerides Hagiologicae Ordinis Praemonstratensis*, Augsburg 1764, *Auctarium Ephemeridum*, ibid. 1767

E. MARTENE, *Veterum Scriptorum et Monumentorum ecclesiasticorum ..collectio*, 9 voll. Paris 1724/33

IDEM, *Primaria Instituta Canonicorum Praemonstratensium*, in: *De Antiquis Ecclesiae Ritibus* III, Antwerpiae 1737 (894/942) vel Venetiae 1788 pp. 323/36

E. MARTENE- u. DURAND, *Thesaurus novus anecdotorum*, 5 voll. Paris 1717

MIGNE PL J. P. MIGNE, *Patrologia Cursus completa*, Series prima, i. e. Latina 221 voll. Paris 1844/90

A. MIRAEUS, O. Praem., *Chronicon Ordinis Praemonstratensis*, Coloniae 1614

MGH *Monumenta Germaniae Historica*, ed. PERTZ (SS = Scriptores, Necr. = Necrologia)

J. LE PAIGE, O. Praem., *Bibliotheca Ordinis Praemonstratensis*, Paris 1633

F. PETIT, O. Praem., *L'Ordre de Prémontré*, Paris 1927

IDEM, *La Spiritualité des Prémontrés aux XIIe et XIIIe siècles* Paris 1947

H. PEZ, *Thesaurus anecdotorum novissimus*, 6 voll. Augsburg 1721/29

A. POTTHAST, *Bibliotheca Historica Medii Aevi*, Berlin 1862/88

RAMAKKERS Urk.Nancy J. RAMACKERS, *Verzeichnis der in der Sammlung Hugo der Stadtbibliothek Nancy überlieferten älteren Papst- und Kaiserurkunden*, in *Anal. Praem.* 1935, pp. 129/47

Reichsreg. Karls V. *Die Reichsregisterbücher Kaiser Karls V., hrsg. v. Kais.-Wilh.-Inst. f. D. Gesch., und d. Staatsarch. Wien*, von L. GROSS, Wien/Leipzig 1934

Rep.Germ. *Repertorium Germanicum, Regesten aus den päpstlichen Archiven zur Geschichte des Deutschen Reiches und seiner Territorien bis zum 14./15. Jahrhundert* (Hsg. vom Kgl. Preuß. Histor. Institut in Rom, Berlin 1897 ff)

F. W. ROTH, *Eine Briefsammlung des 12. Jahrhunderts aus dem Kloster Steinfeld* (epistolae Udalrici Praepositi 1152/70), in: *Neues Archiv* XXI (1896) 558/61, et *Zeitschr. Aach. Gesch. Ver.* XVIII (1896) 242 ff

G. SCHREIBER, *Prämonstratenserkultur des XII. Jahrhunderts*, in: *Anal. Praem.* XVI 53/109 et XVII 5/33

IDEM, *Gemeinschaften des Mittelalters, Recht, Verfassung, Kult und Frömmigkeit*, Münster 1948

F. TIMMERMANNS O. Praem., *Brevis Dissertatio de Fine et Institutione Ordinis Praemonstratensis*, 2a ed. Tornaci 1892

E. VALVEKENS O. Praem., *La Situation Financière du Chapitre Général de Prémontré au début du 16e siècle*, in: *Anal. Praem.* XIV (1938) 137/88

IDEM, *Les Chapitres généraux del'Abbé General Jean Despruets 1572/96*, ibidem XVI (1940) Ed. Textus

	IDEM, *Les Visites canoniques des Abbayes Prémontrées au XVIe siècle,* ibidem XXII/XXIII (1946/47) ed. Text.
	IDEM, *Le Cardinal Pisani, abbé commendataire de Prémontré 1535/61,* ibidem XVII (1941) pp. 65/163
	IDEM, *Le Cardinal Hippolyte d'Este, abbé commendataire de Prémontré, 1562/72,* ibidem XVIII (1942) pp. 91/135
	Chr. VANDERSTERRE O. Praem., *Natales Sanctorum Ordinis Praemonstratensis,* Antwerpiae 1625
Vita Norb. A	*Vita Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis,* ed. R. WILMANS in MGH SS XII (1856) pp. 663 sq.
Vita Norb. B	*Vita S. Norberti auctore canonico Praemonstratensi coaevo,* in MIGNE PL vol. CLXX, col. 1253/1344, et in AA. SS. 6. junii
	R. V. WAEFELGHEM O. Praem., *Répertoire des sources imprimées et manuscrites, relatives à l'histoire et à la liturgie des monastères de l'ordre de Prémontré,* Bruxelles 1930
Ob.Praem. I	IDEM, *Obituaire de l'Abbaye de Prémontré, prima pars,* in AOP V/VIII, Bruxelles 1909/12 (vide supra EVERS)
Stat.	IDEM, *Les premiers Statuts de Prémontré,* ibidem IX 1913
	A. ZAK O. Praem., *Episcopatus Ordinis Praemonstratensis,* in *Anal. Praem.* IV (1928) 1/4 et V (1929) 1/3
An. Praem.	*Analecta Praemonstratensia,* Tongerloo 1925 sq.
An.Norb.	*Annales Norbertines,* Frigolet 1863/92
BN	*Bibliotheque Norbertine,* Parc 1899/1905, deinde
AOP	*Analectes de l'Ordre de Prémontré,* ibidem 1905/14
Arch.Zschr.	*Archivalische Zeitschrift,* München 1876 ff.
Bibl.Ec.Ch.	*Bibliothèque de l'Ecole des Chartes, consacrée spécialement à l'étude du Moyen Age,* Paris 1839 sq.
MIÖG	*Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichte,* Innsbruck 1880 ff (nunc mutatum in:
MÖIG	*Mitteilungen des Österreichischen Instituts für Geschichte*)
	Pro Nostris, Ephemerides Circariae Brabantiae, Averbode 1929 sq.
ROPM	*Revue de l'Ordre de Prémontré et de ses missions,* Parc 1905/14
RHE	*Revue d'Histoire Ecclésiastique,* Louvain
Stud.Mitt. OSB	*Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner und Cistercienserorden,* München 1880 ff.

REGISTRA SUMMORUM PONTIFICUM
chronologice ordinata, in quantum usquedum in lucem sunt edita

(BEF = Bibliothèque des Ecoles Françaises d'Athènes et de Rome.
n. t. = nondum terminatum)

JAFFE	Ph. JAFFE, *Regesta Pontificum Romanorum usque ad annum 1198*. Prima ed. Lipsiae 1851, secunda correcta et aucta auspiciis G. WATTENBACH, curaverunt S. LOEWENFELD, F. KALTENBRUNNER et P. EWALD, 2 voll. Lipsiae 1885/88
POTTHAST	A. POTTHAST, *Regesta Pontificum Romanorum 1198—1304*, 2 voll. Berlin 1873/75
BRACKMANN Germ.Pont.	P. F. KEHR, *Regesta Pontificum Romanorum, Germania Pontificia*, ed. A. BRACKMANN, 2 voll. Berolini 1911/35 *(Italia Pont.* 8 voll. ibidem 1906/35)
PRESSUTTI	P. PRESSUTTI, *Regesta Honorii III*, 2 voll. Roma 1888/95
AUVRAY	*Les Registres de Gregoire IX* (1227/41), ed. L. AUVRAY, (BEF), 3 tomi, Paris 1890/1918
BERGER	*Les Registres d'Innocent IV* (1243/54), ed. E.BERGER (BEF), 4 tomi, Paris 1894
Reg. Alex. IV	*Les Registres d'Alexandre IV* (1254/61), edd. C. BOUREL DE LA RONCIERE, J. DE LOYE et A. COULON (BEF), 6 fasc., n. t., Paris
Reg. Urbain IV	*Les Registres d'Urbain IV* (1261/64), ed. M. J. GUIRAUD (BEF), 12 fasc. sed absque indice, Paris
Reg. Clem. IV	*Les Registres de Clement IV* (1265/68), ed. M. E. JORDAN (BEF), 6 fasc. n. t., Paris
Reg. Greg. X	*Les Registres de Gregoire X et de Jean XXI* (1271/77), ed. M. GUIRAUD et L. CADIER (BEF), 4 fasc., n. t., Paris
Reg. Nic. III	*Les Registres de Nicolas III* (1277/80), ed. M. J. GAY (BEF), 5 fasc. Paris 1938
Reg. Martin IV	*Les Registres de Martin IV* (1281/85), ed M. OLLIVIER-MARTIN (BEF), 3 fasc., Paris 1901/13
Reg. Hon. IV	*Les Registres de Honorius IV* (1285/87), ed. M. PROU (BEF), 1 tome Paris 1888
Reg. Nic. IV	*Les Registres de Nicolas IV* (1288/92), ed. M. E. LANGLOIS (BEF), 9 fasc. Paris
Reg. Bonif. VIII	*Les Registres de Boniface VIII (1294—1303)*, edd. G. DIGARD, et alii (BEF), 17 fasc., Paris 1939

Reg. Ben. XI	*Les Registres de Benoit XI* (1303/04), ed. M. GRANDJEAN, 5 fasc. (BEF) Paris 1905
Reg. Clem. V	*Regestum Clementis PP. V. (1305/14), ed. cura et studio monachorum O.S.B.*, 9 voll. 1 suppl., sed absque indice, Romae 1885 sq. *(Table chronologique et Table des Incipit*, edd. FAWTIER/LANHERS (BEF), Paris 1950
Lett. secr. Jean XXII(F)	*Lettres sécrètes et curiales du Pape Jean XXII (1316/34) relatives á la France*, ed. M. A. COULON (BEF), n. t., 5 fasc., Paris
Lett. com. Jean XXII	*Lettres communes du Pape Jean XXII*, ed. M. G. MOLLAT, 30 fasc. Paris 1905/47 (BEF)
Reg. Nik. V	*Register des Gegenpapstes Nikolaus V* (1328/30), ed. EUBEL in Arch. Zschr. 1893, pp. 123/212
Reg. Ben. XII	*Les Registres et Lettres communes de Benoit XII* (1334/42), ed. M. VIDAL (BEF), 6 fasc., Paris 1911
Lett.clos. Ben. XII France	*Lettres closes de Benoit XII relatives à la France*, ed. M. G. DAUMET (BEF), 3 fasc., Paris
Lett.Clos. Ben.XII(E)	*Lettres closes de Benoit XII interessant des pays autres que la France*, ed. M. VIDAL (BEF), 6 fasc., Paris 1913/50
Lett.clos. Clem.VI(F)	*Lettres closes de Clément VI (1342/52) relatives à la France*, ed. M. VIDAL (BEF), 5 fasc., Paris, n. t.
Reg. Innoc. VI	*Registres d'Innocent VI* (1352/62), ed. M. DEPREZ (BEF), 1 fasc. n. t. Paris
Lett.(F) resp.Reg. Urb. V	*Lettres sècrètes d'Urbain V (1362/70) relatives à la France*, 2 fasc n. t., ed. P. LECACHEUX (BEF) *Registres d'Urbain V*, 1 fasc. n. t., ed. M. DUBRULLE (BEF), Paris
Reg. Greg. XI	*Les Registres de Grégoire XI (1370/78)*, ed. M. Mirot (BEF), 3 fasc n. t., Paris
Reg. Mart. V	*Bullenregister Martin V* in MIÖG Ergbd. I (1885) 401 ff., 1894 661 ff.
Reg. Leo X	*Register Leos X.* (bis 1515), n. t., edd. J. HERGENRÖTHER 1884/91

DE ACTIBUS CAPITULORUM GENERALIUM ORDINIS NOSTRI

Dolendum est valde, hos fontes praestantissimos quoad maiorem partem periisse. Pro saeculis XII/XV, extant tantum hinc inde collectiones excerptarum definitionum, quaestiones disciplinares et liturgicas generatim tangentium. Tenebantur enim abbates, a Capitulo Generali reduces, quam citius decreta et definitiones fratribus suis promulgare[1]). Quae decreta, ea solummodo referentia, quae ad Ordinem integrum vel ad illam abbatiam in specie spectabant, sedulo sunt collecta, et saepius codicibus Statutorum, Ordinarii et aliorum huiusmodi ad calcem adscripta[2]).

Duae tamen collectiones generales Actuum Capitulorum Generalium ab anno 1498 subsistunt. In secundo volumine MS 538 Bibliothecae Municipalis Laudunensis (quod abbreviamus: Act. Cap. Gen. Laon) habetur collectio a D. Gregorio Ducrocq, Capituli Generalis Secretario, annis 1660/61 ex archivis archicoenobii Praemonstratensis congesta. Complectitur sequentia: 1. Fragmenta decretorum Capitulorum Generalium, ex archivis Sti. Martini Laudunensis desumpta, sola monasteria gallica tangentia, annorum: 1432, 1442, 1446, 1452, 1461, 1477, 1473, 1486, 1492. 2. Acta Capitulorum integra, annorum: 1498—1544, 1552—65, 1569, 1571—75, 1577, 1579, 1582, 1584, 1586, 1605, 1618, 1619, 1622, 1625, 1627, 1630, 1633, 1657, 1660[3]).

Ad annum 1544 usque, quotannis enim Capitulum Generale fuit celebratum, etsi venerint postremo tantum aliqui abbates vel priores monasteriorum Praemonstrato vicinorum; abhinc usque ad annum 1586 celebrata sunt cum interruptionibus. Deinde nonnisi „ad convocationem",

---

[1]) Secundum LEFEVRE (*Etudes sur la Liturgie de Prémontré, An. Praem.* III 1927 ed. text. p. 5) iniunctio capitularis est ex saeculo XIV

[2]) Exemplum praebet idem LEFEVRE (l. c.) in Codice 3956/60 Bibl. Regiae Bruxellensis. proveniens e Dieleghem

[3]) Confer de hac collectione E. VALVEKENS in *Anal. Praem.* XIV (1938) p. 62, nota 5. Dictus auctor summo cum zelo, maximoque cum fructu haec Acta excerpsit articulis suis supra in bibliographia nostra allatis.

interstitiis sat longis intermissis. Saeculo XVIII, duo tantum Capitula fuerunt: 1717 et 1738.

Secunda collectio habetur in Bibliotheca Publica Nanceii (Bibl. Publ de Nancy, MS 994, a nobis abbreviatum: Act. Cap. Gen. Nancy)[4]). In qua tamen collectione, cum lucidus ordo, foliorumque notatio, tum integritas actuum et textuum desiderantur. Invenimus ibi decretorum excerpta, interdum satis ampla, sed pariter res disciplinae et liturgiae tantum tangentia, ex Capitulis annorum: 1247, 1273, 1279, 1280, 1285, 1286, 1288, 1289, 1292, 1294, 1298, 1336, 1432, 1434, 1442, 1446, 1451, 1452, 1461, 1473, 1477, 1481, 1484, 1486, 1492, et ex compluribus Capitulis ab anno 1498, quorum textus integre in Collectione Laudunensi invenitur. Insuper habentur ibi Capitula sequentia in extenso: 1618, 1619, 1622, 1657, 1660, 1663, 1670, 1686, 1717. Non desunt in hac collectione Acta multorum Capitulorum Provincialium variarum Circariarum, praesertim vero Congregationis Antiqui Rigoris Lotharingiae. Tales collectiones Actuum Capitulorum cum Generalium tum Provincialium ab anno circiter 1600 ceteroquin inveniuntur in multis archivis singularum domuum[5]).

---

[4]) Ex abbatiis Mussipontana et Stivagiensi superest ibi haereditas litteraria cum abbatis S. de Lairuelz et successorum eius, tum Ch. L. Hugo, ingentem materiam historicam complectens, numquam exhaustam, et ad omnes quidem circarias Ordinis referentem. Hugo ipse tantum minima parte parte huius materiae potuit uti in Annalibus suis. Confer MARTIN, *Servais de Lairuelz et la Reforme des Prémontrés,* Nancy 1893, et articulos a nobis citatos U. BERLIERE et J. RAMACKERS.

[5]) Tepl. MS Cap. Gen. 4 (600 pp, 1657—1738, ex Roggenburg), alia huiusmodi ex Weißenau in BB. S. J. Feldkirch, et in HStArch. München, Praem. in Genere.

CIRCARIAE ANGLIAE

Versus medium saeculum XII stupenda evolutio ac propagatio Cisterciensium in Anglia finem acceperat, cui successit tempus illustrium ordinum canonicorum[1]). Sti. Augustini scilicet (vulgo „Black Canons"), qui habuerunt in hoc regno 193 canonias, et Praemonstratensium, vulgo „White Canons" nuncupatorum. Ordo noster venit in insulas anno 1143 e Flandria (Licques). Cum esset gallici originis, favit illi inferior nobilitas anglo-normannica, praesertim familia et latior propinquitas Ranulphi Glanville, fundatoris de Leiston[2]). Nulla autem fundatio procedit a domo regia.

Iam saeculo XIII triginta eius canoniae in Anglia erant divisae in tres circarias, australem enim sive meridionalem, mediam sive medianam, et borealem, quae per saecula etiam canonias Scotiae complectebatur. Sed cum sit evidens, Circariam Scotiae in fine fuisse sui juris, illam infra separatim tractabimus. Quia ceteroquin evolutio et historia domuum in Anglia quoad omnia concordant, cunctas coniunctim proponimus. Secundum catalogum quendam ex abbatia Stae. Radegundis anni 1288[3]) divisio earum in singulas circarias erat sic:

Circ. australis: Leyston, Langley, West Derham, Torre, Tichfield, St. Radegund, Bayham, Durford, Langdon, Beleigh, Wendling.

Circ. mediana: Newhouse, Croxton, Welbeck, Barlings, Sulby, Halesowen, Tupholme, Beauchief, Dale, Lavendon, Newbo, Hagneby.

Circ. borealis: Alnwick, Dryburgh, Easby, Tongland, Whithorn, Holywood, Soulseat, Cockersand, Shap, Blanchland, Coverham, Eggleston.

Quibus accedit Fearn, de qua vide infra apud Circariam Scotiae, et abbatia unica in Wales sita, Tal-y-Llychau, quae tunc ad nullam circariam pertinebat, et nonnisi post annum 1290 medianae est aggregata. Asceteria et prioratus in nullo indice occurrunt. Notandum est, abbatiam Welbecensem in indicibus in Anglia redactis[4]) me-

[1]) Notandum est, evolutionem in Circ. Saxoniae fuisse vice versa (WINTER)

[2]) Confer genealogiam apud COLVIN pp. 33 sq.

[3]) St. Radegunds Cartulary f. 186, publ. apud Colvin p. 352. Quo in catalogo Fearn est omissa, et Talley in margine infra apponitur.

[4]) In indice vix allato, et in alio saeculi XV (CAP nr. 41)

dianae esse adscriptam, dum ceteri omnes, nobis noti, eam boreali attribuunt. Etsi nullus praelatus Ordinis in Anglia vel in Scotia fuerit infulatus praeter priorem capituli cathedralis de Whithorn[5]), canoniae Praemonstratenses optime floruerunt, et haud paucae inter illas erant conspicuae et insignes, ut Torre, Welbeck, Alnwick, Easby, et Bayham. Quoad bona et divitias autem potius modestae erant dicendae, quia fundatores earum, barones secundi gradus (sic dicti „curiales") generatim non erant locupletes. Fuerunt in Anglia abbatiae aliorum ordinum, perantiquae et regiae pluries fundationis, quorum redditus annui excedebant mille vel duo millia librarum, dum ex 30 domibus ordinis nostri octo tantum gaudebant proventibus annuis inter 200 et 400 libras[6]). Ditiores erant Torre (398 libr.) et Croxton (385). Eggleston, quae habuit 36 libras tantum, Tupholm, Durford et Wendling semper penuria laborabant. Primae duae fundationes de Dale, prioratus de Snellshall et de Blackwose egestate perierunt, canoniae Otham et Brockley tantum unione potuerunt salvari, quod et intendebatur pro Langdon et St. Radegund.

Videtur systema „autarchiae", initio in Ordine ad normam Cisterciensium vigens, quo bona monasterii in curiis divisa a conversis colebantur, in Anglia iam ocius quam alibi fuisse abolitum. Rarissime in documentis fit curiarum mentio, conversi vero, saeculis XII/XIII, et rarius XIV memorati, saeculo XV iam non inveniuntur. — Nobiles fundatores titulo „patronatus" (anglice: advowson) ampla sibi in monasteria vindicaverunt jura. Quae jura erant hereditaria, at pluries exstinctione familiae, donatione regia, vel immo alienatione transierunt ad alias manus. Patroni illi, quomodocumque haec jura sint adepti, semper fundatores se nuncupaverunt, et raro tantum advocati et fundatores erant duo diversi. Multi eorum habuerunt ius praesentandi abbatibus canonicos et fratres ad proprium arbitrium ad receptionem in Ordinem („ius faciendi canonicos")[7]). Numerus horum „canonicorum additionalium" per contractum erat fixus. Hic mos, saepius sane in abusum degenerans, a Capitulo Generali anni 1231 expresse pro patronis abbatiae Torrensis est legitimatus.

---

[5]) Quoad alios Ordines, in hisce regnis, perpauci tantum ex praesulibus abbatiarum maxime praecipuarum hoc privilegio gaudebant. De Whithorn v. infra apud Circ. Scotiae.

[6]) Libra (Pound Sterling) saeculi XV vel XVI idem valuit circiter quam triginta Librae anni 1930.

[7]) Ita in Croxton (P. R. O. Ancient Deeds A 3264), in Easby et Barlings (COLVIN pp. 271 resp. 305). Aliquando immo abbas quidam alius Ordinis habuit jus praesentandi canonicum in Ordine nostro (cf. notam infra sub Durford)

Tempore, quo Ordo in Angliam advenerit, monasteria duplicia proprie dicta iam erant derogata. Ideo asceteria ibi non extiterunt praeter tria, quae initio in vicinia duarum primarum fundationum (Newhouse et Alnwick) circa annos 1143/54 sunt orta, illisque quoad omnia erant unita atque subiecta. Probabiliter ab ipsa abbatia matre erant condita ex bonis fundatitiis, et nobiles, quos habent pro fundatoribus varii auctores, nil erant nisi benefactores. Elucet ex amplo archivo Neohusiensi, quod abbas loci saeculo XII in ambabus asceteriis sibi subiectis vestivit sorores, et professiones earum recepit. Obituario eiusdem abbatiae insertae sunt „sorores nostrae in Irford", et „in Brodholme", in chartis et donationibus memorantur „fratres et sorores de Newhouse". In asceteriis aderant aliquot canonici, initio etiam conversi. Superior asceterii erat „magister" ad nutum abbatis, cui prior et custos erant adlati. Probabiliter etiam aliqua asceteria aliorum ordinum se subiecerunt directioni spirituali Praemonstratensium, quod videtur constare de Stixwould et de Swine, de quibus vide infra.

Clausura monialium, a Capitulo Generali „per gratiam" valde mitigata, a patribus circariae anno 1316 est redintegrata, sanciente postea ipso Capitulo Generali. Medio saeculo XIV, parthenon Guizance videtur desiisse[8]); superstites Irford et Broadholme, pauperes et haud conspicui, hoc eodem tempore quoad bona facti sunt sui juris. Moniales vocatae sunt „Dame".

Dryburgh in Scotia iam anno 1184 obtinuerat privilegium administrandi ecclesias incorporatas ternis vel quaternis canonicis. Quam secutae sunt, ante finem saeculi sequentis, canoniae in Anglia: Westdereham, Shap, Tichfield, Torre, Halesowen et Welbeck. Dein et reliquae hoc fecerunt, et quidem praecipue ob rationem pecuniariam. Notandum est enim, canonias administrationem ecclesiarum extra claustra assumpsisse saepius coacti ab episcopis, praesertim ab Hugone Grosseteste, archiepiscopo Eboracensi. Illi nempe jure merito non cessabant urgere, ut apud ecclesias rurales, a nobilibus monasteriis datas, propter plebem exponantur sacerdotes. Ita monasteria coacta sunt, ut aut sacerdotes saeculares ibi alerent, aut, ex parsimonia, proprios confratres ibi exponerent. A saeculo XIV, ex defectu personarum generatim unus tantum parochus in istis ecclesiis erat expositus. Multae ecclesiae ab initio administrabantur excurrendo. Possederunt abbatiae etiam capellas incorporatas (cantariae,

[8]) Pestilentia, qua probabiliter est diremptus, atrociter saeviit in Anglia, ita ut circa annum 1350 multae abbatiae interitui erant proximae (cf. P. G. MODE, *Influence of the Black Death on the English Monasteries*, Chicago 1918)

chantries), capellanis ex Ordine instructas. Modus administrationis ecclesiarum incorporatarum erat valde irregularis. Ecclesiae commissae sunt tum canonicis parochis „ad vitam“, tum iisdem „ad nutum“, tum sacerdotibus saecularibus, et saepius invenimus canonicos Ordinis apud ecclesias huic alienas[9]). Praeter morem, immo contra Statuta, Ordo noster habuit in Anglia etiam aliquot prioratus, qui neque ut merae curiae, neque ut parochiae habendi videntur, sed qui saltem initio erant domus vere formatae. Sic dictae „cellae“ enim, id est prioratus dependentes ab aliqua abbatia, in Anglia pluries erant corpora juridica separata, propriis bonis fundatitiis, et propriis ecclesiis incorporatis gaudentes. Videtur viguisse in illis, saeculo XIII, vera vita conventualis, et verbum fit de „priore et capitulo“, ex abbatia-matre desumptis[10]). Aliquae canoniae, tamquam prioratus fundatae, postea in abbatias sunt evectae, ita Hagneby, Dale, et Cockersand[11]), probabiliter etiam Tal-y-Llychau. Ceteroquin duplicem speciem prioratuum distinguimus in Anglia. Prior sunt cellae abbatiis anglis subditae (Warburton, Hornby, Snellshall, Blackwose, Kayland). Ipso saeculo XIII autem, Warburton, Snellshall et Blackwose interierunt, de Kayland nil scitur certi. Hornby sola superstes, saeculo XV duobus vel tribus canonicis praedita, considerabatur exinde tamquam pars integrans bonorum Croxtoniensium. Secunda species sunt prioratus ad abbatias gallicas spectantes, vulgo „alien prories“ nuncupati. Ordinis nostri erant tres in Anglia: Cammeringham, Charlton, et West Ravendale. A nobilibus normannis maturo tempore fundati, pluries bonis fundatitiis abbatiarum adnexi sunt. Reges Angli, Gallos debellantes, in posterum eos aegre tulerunt, ideo in decursu saeculi XIV suppressi, dein venditi vel ad alios fines conducti sunt. Numquam de iure pertinuerunt ad circarias Angliae.

Nec monasteriis Angliae defuerunt tempora, quibus disciplina erat relaxata, sed numquam tantopere, sicut in quibusdam circariis in continente sitis accidisse lugemus. Peculium certe viguit a saeculo XIV. in cuius fine singuli religiosi, immo et novitii, haereditates privatas acce-

---

[9]) Confer quod ad hoc referimus in praefationibus ad Circarias Hiberniae, Scotiae et Saxoniae.

[10]) Confer evolutionem in Gallia, ubi saeculo XIII plures prioratus sunt orti partim loco asceteriorum exstinctorum, partim ad curam animarum exercenda. Et in Anglia interdum ecclesiae parochiales, a pluribus canonicis administratae, „prioratus“ vocabantur, ut Kirby in Malhamdale (dep. a West Dereham). Confer etiam quod dicimus de ecclesia Hailsham infra sub dubiis.

[11]) Dale et Cockersand ortae sunt ex eremitoriis, quod saepius accidit in ordine (St. Salvator, Vicogne, St. Elisabeth etc.) Cf. ad hanc rem J. C. DICKINSON, *The Origin of the Austin Canons*, London 1950, p. 143.

perunt. In fine saeculi XV a reformatore Redman peculium est restrictum ad unam libram quotannis pro vestimentis, sed non abrogatum. Systema commendarum vix fuit in usu in hoc regno. Paternitates singularum domuum saepius fuerunt mutatae.

Ex tribus catalogis bibliothecarum qui supersunt, videmus has canonias libris bene fuisse praeditas. Ita bibliotheca Tichfeldensis anno 1400 mille circiter opera complectebatur. Ceteroquin de cultu scientiarum in his circariis pauca tantum habemus testimonia. Abbates nec domi, nec Oxonii et Cantabrigii collegia seu scholas instituerunt, ut fecerunt omnes fere Ordines. Nec scriptores inveniuntur multi: citari queunt Joannes Wigenhall abbas, et Thomas Wigenhall, ambo ex abbatia West Dereham (saec. XV). Richardus Anglus, qui in abbatia Arnsbergensi vitam suam finivit, eodem saeculo scriptis excelluit. Notandi sunt insuper plures chronistae, praesertim Thomas de Muskham, auctor pretiosi Chronicae de Dale medio saeculo XIII[12]). Ex qua Chronica scimus, saeculo illo in Anglia nonnullos fratres fuisse consideratos in Ordine tamquam „sanctae memorie" vel „venerabiles". Ita Joannes Grauncorth, abbas in Dale, et „Beatus Augustinus de Lavendon", qui ibi erat abbas annis 1233/37. Aliunde hoc nobis notum est de fundatore canoniae Cockersand, Hugone Eremita. Invenirentur certe multo plures viri scientia vel sanctitate eminentes, si bibliothecae et archiva monasteriorum in Anglia minus essent deleta vel amissa.

Saeculo XIII, nexus cum Ordine et cum Praemonstrato erant arcti. Abbates de Bayham et de St. Radegund, jure paternitatis ipsi archicoenobio submissi, circa multa, praesertim in visitationibus, aliquo modo erant privilegiati. Ex Anglia sunt orti duo abbates generales: celeber ille Gervasius[13]), et Wilhelmus de Dale (1233—38). A saeculo XIV, Circariae Angliae per bella continua illius regni cum Gallia et cum Scotia, a capite Ordinis sicut ab abbatiis scoticis paulatim sunt separatae. Eduardus I Angliae rex monasteriis alta vectigalia imposuit, ac ea vetuit tallias quaslibet solvere capitulis et Abbatibus Generalibus in Gallia. Anno

[12]) De Wigenhall cf. GOOV. II 397, et COLVIN 323, de Richardo ibid. II 91 et COLVIN 324 de Thoma Muskham COLVIN 170, Zacharias Chrysopolitanus, quem nonnulli auctores habent tamquam Anglum, revera erat Gallus, cf. VALVEKENS in An. Praem. 1952 pp. 53/58

[13]) Qui erronee usquedum per confusionem quandam „de Chichester" erat appellatus. Rectius nuncuparetur „Gervasius Anglus". Cf. de eo C. R. CHENEY, *Gervase, abbot of Prémontré, a mediaeval Letter-Writer (Bulletin of the John Rylands Library* XXXIII Nr. 1, 1950) et K. MINTEN, *Gervasius*. Staatsexamensarbeit Bonn 1950 MS. Epistolae eius sunt editae apud HUGO (SAM 1—124), et aliquae nuper detectae a CHENEY o. c.)

1307 immo abbatibus anglis omne iter in Galliam est interdictum sic dicto Statuto Carleolensi. Etiam nobiles Angli, id est patroni et advocati abbatiarum, certatim huic statuto applauserunt. Abbates nostri, anno 1310 Lincolnii adunati, decreverunt regi potius obtemperare quam Ordini. Exinde Abbas Generalis anno sequenti eos excommunicavit praeter abbates de Sulby, Langdon, Beeleigh et St. Radegund, qui ei manserant fideles. Abbates appellaverunt ad Sanctam Sedem, felici cum exitu, et ideo anno 1313/14 Abbas Generalis anathema suum revocare coactus est. Anno 1316 Capitulum Generale statuit sequentia:

1. Soli visitatores annui Circariarum in posterum tenentur Capitula Generalis adire, item abbates neoelecti.

2. Abbas Generalis potest visitare Circarias Angliae personaliter omni tempore, sed per deputatos omni quinquennio tantum. In neutro casu abbates Angli aliud quid contribuere debent quam sustentationem illorum durante itinere in Anglia. Visitatores deputati nequeunt deponere abbates.

Ad inducendos abbates Angliae ad oboediendum conventioni supradictae, Adam de Crecy, Abbas Generalis, hoc tempore dicitur construxisse Praemonstrati amplam et sumptuosam „Aulam Angliae et Scotiae". Usque ad bella cum Gallia (ab an. 1343) tamen quotannis aliqui abbates Angli in Praemonstratum venire solebant. Ab anno 1369 nonnisi rarissime praelatus quidam extraneus visitationes in Anglia potuit peragere. Deinceps abbas Generalis nominavit quendam abbatem Anglum commissarium et visitatorem. Durante schismate Avenionensi scissura adhuc increvit. Cum enim Abbas Generalis fuerit assecla antipapae, Urbanus VI ad tempus omnem potestatem generalitiam transtulit ad abbatem Welbecensem. Saeculo XV, quo conventio anni 1316 non amplius erat in vigore, hoc munere functi sunt abbates Bayhamenses, et ab anno 1459 Richardus Redman Shappensis, de quo infra.

A saeculo XIV abbates Angli tenuerunt omni triennio capitula sua tum nationalia[14]), id est, demptis quidem Scotis, tribus circariis communia, tum provincialia, id est pro singulis circariis tantum. Fieri solebant haec capitula regulariter in ecclesiis mendicantium in urbibus favorabiliter sitis. Saeculo XV, cum abbates praecipuarum canoniarum inter se aemularentur, partitiones sunt ortae, quae separatim habuerunt sua capitula. Separatio a capite Ordinis ansam dedit neglectui statutorum et abolitioni habitus Ordinis[15]), cuius loco nigrae ac caeruleae vestes sunt

---

[14]) Quae vocabantur „generalia" ab anno 1387

[15]) Anno 1401 Easby, et cum ea etiam ceterae canoniae, obtinuerunt privilegium assimilandi habitum Ordinis illi Canonicorum OSA. (P. L. V 355)

introductae. Iubente vero Summo Pontifice, anno 1429 iterum albae sunt resumptae. A medio saeculo XV, ope Richardi Redman, abbatis de Shap et Visitatoris generalis Ordinis in Anglia, reformatio tanto successu est peracta, ut circa annum 1500 dictus visitator vix aliquid invenerit vituperandum in singulis canoniis. Gratum est nobis, quod Relicta visitationum illius, intimam vitam canoniarum per medium fere saeculum nobis fuse revelantia, omnia sint conservata.

Separatio vero ab Ordine revocata est anno demum 1503 vel paulo post, cum Capitulum Generale instanter insinuaverit abbatibus Angliae et Scotiae, ut tandem aliquando tallias Ordini debitas solverent. Anno 1508 William Curlew, abbas de Langley, ab eo nominatus est visitator Angliae. Qui cum esset persona minime grata et idonea, lites et scandala sunt orta, quae finierunt in exemptione completa Circariarum Angliae, Sancta Sede confirmante, anno 1512[16]). Abbati Welbecensi collata est potestas quasi-generalitia. Nec minus interea Capitulum Generale pro iure suo dimicavit, ac postremo anno 1531 exemptio Anglorum a Sta. Sede denuo ad irritum est facta, sed frustra, quia paulo post totum regnum a fide catholica se separavit. Cardinalis Wolsey abbatiam de Bayham iam anno 1524 de licentia Papae suppresserat, et mox Henricus VIII rex hoc destructionis opus perfecit. Annis 1535 — quo omnes abbates nostri Angli oboedientiae erga Stam. Sedem abiuraverant — et 1536, monasteria minora, quorum redditus annui 200 Libras non excedebant, sunt suppressa. In qua suppressione, superioribus tantum pensio est concessa, reliqui autem religiosi pluries in abbatias superstites refugerunt. 16 de 33 domibus hac lege sunt plexae. Aliquibus autem, et ipsis de minoribus, rex pepercit; ita paupercula Eggleston anno demum 1540, ultima

[16]) Cf. de hac re COLVIN 227/28. Quae sequentibus possumus complere: Abbates Angli initio nequaquam videbantur carere bona voluntate, sese iterum subiiciendi auctoritati Ordinis. Sed Capitulum Generale imprudenter egit nimis in eos. Abbas Curlew, visitator ab eo nominatus, statim excommunicavit Robertum abbatem de Sulby. Thomas, abbas Welbecensis, apud Capitulum Generale magna vi testimoniorum de abbate Langleiensi requestus est, qui dein ab illo depositus et per Joannem Maxey suffectus est. Quem autem abbas Curlew vi expulsit, multa copia testium et diffamationum in eum invehens. Anno 1510 abbates de Welbeck et de Leyston, sicut et ambo abbates de Langley comparuerunt coram Capitulo Generali, quod causam decidit. Tenor huius decisionis quidem nobis non est traditus, sed videtur fuisse nullo modo ad mentem abbatis Welbecensis, qui abbate Curlew deposito, a Capitulo Generali denuo nominatus fuerat visitator Angliae. Quo munere „certa et rationabili causa" ab illo privatus est anno 1511. Valde indignatus de his omnibus, abbas Thomas exinde instantius machinatus est separationem ab ordine, ut fuerat de facto ante annum 1503, quod et obtinuit. (Act. Cap. Gen. Laon pp. 105, 106, 108, 113/17, 124)

domus Ordinis est dissoluta, et anno 1537, rex „novellam plantacionem" monialium Ordinis nostri instituit in Stixwould. Annis 1537/38 plures canoniae sunt suppressae praesertim in circaria mediana, annis 1539/40 vero reliquae domus omnes. Omnia bona dein a fisco regio sunt sequestrata, et simul cum aedibus, sub decursu saeculi XVI, paulatim laicis, praesertim nobilibus de domo regia bene meritis, sunt tradita. Religiosi, quorum multi a fide catholica deficientes matrimonium inierant, pensionem receperunt.

Aedificia, in quantum ex ruderibus adhuc dignosci possunt, inter se sunt valde consimilia. Ecclesiae sunt fere omnes unius navis tantum[17]), cui saepe saeculis XIV/XV altera navis lateralis et unica turris adiungebantur. Capitula, ut de more in Anglia, erant generatim aedificia separata, sacellorum contiguorum instar, rotunda, polygona vel rectangularia cum tribus navibus. Refectorium in Anglia „Frater" nuncupabatur.

Sors aedium desolatarum, quondam, ut elucet e recessibus visitationum abbatis Redman, arte et decore saepe praestantium, post suppressionem erat tristissima. Statim iussu regis omnes ecclesiae suis tectis, ex plumbo confectis, sunt destitutae, quod fuit causa ruinae et interitus. Nulla ex eis versa est in usum parochialem, praeter ecclesiam mutilatam in Blanchland. Ruinas conspicuas ecclesiarum simul et aedium claustralium admiramur in Bayham, Eggleston, Leyston et Torre. In Easby perpulchrae et extensae ruinae, praesertim monasterii, supersunt. Rudera vel aedes superstites minoris momenti invenimus in Beleigh, St. Radegund, Langley, Tichfield, Beauchief, Dale, Halesowen, Tal-y-Llychau, Tupholme, Alnwick, Blanchland, Cockersand, Coverham, Shap, Guizance, Cammeringham et West Ravendale. Fere nihil subsistit in Durford, West Dereham, Barlings et Welbeck. Reliquae canoniae omnino solo sunt aequatae. Saepius, ut in Croxton et alibi, nuper fundamenta sunt effossa.

Archivalium sors est valde diversa. Sunt domus, quarum historia satis bene est documentata, sunt aliae, de quibus omnia documenta perierunt. Generalia supersunt sequentia:

1. „Registrum Visitationum" Richardi Redman 1459/1505, in Bodleian Library, Oxford, MS Ashmole 1519. Publ. a A. GASQUET in CAP (vide infra).

2. Transscriptiones alicuius amissi „Registri Praemonstratensis" factae a Francis Peck (1692/1743), in Brit. Museum, London, Add. (Sloane)

---

17) „ad morem et mediocritatem aedificandi ecclesiam, quibus utuntur canonici eiusdem (scil. Praemonstratensis) ordinis". (*Epistolae Cantuarienses*, ed. STUBBS, II 512)

MSS 4934, 4935. Pariter publicatae sunt a Gasquet eodem loco. Incertum est, num Peck hoc registrum transscripserit ex toto.

Cartularia supersunt de Barlings, Bayham, Beauchief, Cockersand, Croxton (2), Dale, West Dereham, Durford, Easby, Langdon, Langley(2), Leyston, Newhouse, St. Radegund, Torre, Welbeck, Obituaria tantum de Beauchief, et fragmentum de Newhouse. Inventarium bibliothecae ex Tichfield, Welbeck et St. Radegund. Chronica vel Annales de Dale, Hagneby, Alnwick et Barlings.

Integrum, vel fere, archivum periit de omnibus prioratibus et asceteriis, de Coverham, Lovendon, Newbo, Tal-y-Llychau, Tupholme, Beleigh et Blanchland, Eggleston.

Secundum LAIRUELZ p. 400 situm est in Circ. Scotiae, HUGO II 933 autem asserit hanc domum fuisse sitam in Sussex, Dioc. Chichester. Secundum Cat. Ninivensem erat parthenon in Polonia. Cf. quod hac de re diximus in vol. I p. 352.

CIRCARIA SCOTIAE

Ordo noster ingressus est regnum Scotiae nequaquam anno 1125 per fundationem abbatiae de „Kalcou", id est Kelso, ut asserit annalista noster Hugo[1]), sed versus annum 1150 vel paulo post. Quaenam fundatio reapse sit prior, Soulseat vel Dryburgh, non est certum. Relationem sat incertam de fundatione Viridis Stagni, quae videtur deberi, ut postmodum illa Candidae Casae, Fergo domino de Galloway, vide infra suo loco. Censemus tamen traditionem Ordinis, supponentem Viride Stagnum fuisse filiam Praemonstrati et ante abbatiam Dryburgensem fundatum, esse probabilem. Dein fundatae sunt in fine saeculi XII et ineunte saeculo sequenti, in extremo meridie regni, tres aliae domus: Holywood, celebris Candida Casa, et Tongeland. Ultima autem fundatio in Scotia, Fearn, in extremo aquilone longe ab aliis canoniis distans, coepta esse videtur circa annum 1220.

Huius Circariae origines tenebris sunt obvolutae. Catalogi SLV expresse eam quidem adducunt, sed complectitur apud illos praeter Ferniam tantum aliqua monasteria Hibernica, quibus scriptores catalogorum, geographiae prorsus ignari, alia, in Polonia et in Gallia sita adiunxerunt. Quae omnia expresse referimus infra sub Praetermissis. Notandum est, Hiberniam tunc temporis saltem in continente hinc inde fuisse designatam tamquam „Scocia". Videtur ergo haec Circaria constitisse Fernia sola, et monasteriis Hiberniae. Quae unio insolita ultra mare, et haesitatio Fernensium, se aggregandi canoniis Scotiae meridionalis, sic sunt explicandae: Fearn erat linguae et culturae celticae, dum illae concordarent Anglis quoad multa. Haud mirum ergo, quod abbatiae austri ab initio pertinuerint ad Circariam Angliae Borealis, et quod Fernia magis inclinaverit ad Hibernos congeniales, quam ad matrem suam Whithorn, quae illi, apparenter propter hoc, plenam libertatem usque ad medium saeculum XIV concedere noluit. Evidens est enim, Ordinem nostrum in Scotia pariter ac in Hibernia, in manibus reformatorum et principum,

---

[1]) Quae fundatio facta est pro monachis O. S. B., vide infra sub „Praetermissis"

fuisse instrumentum habile ad inducendum Celtas, ut ritum ordinemque romanum assumerent; et quia haec „romanizatio" peracta est per Anglonormannos, ortae sunt ex hoc dissidentiae nationales.

Cum anno 1290 erecta esset propria Circaria Hiberniae, Circaria Scotiae disparet, remansitque sola Fernia in catalogis tunc redactis (WHTA), et quidem sub titulo: „in provincia Sti. Andreae". Bis in hisce catalogis occurrit: altera vice enim modo vix allato, altera vero inserta tamquam „Nova Ferina" inter canonias Circariae Angliae Borealis. Catalogus P habet idem, sed semel coniungit Ferniam cum monasteriis Circariae Slaviae in phantastica illa „Circariam Sti. Andreane et Sclavonie", quod monstrum absque critica transsumpsit annalista noster Hugo. Duplex insertio Ferniae innuit, eam ab una Circaria ad aliam fuisse translatam, ut in „Conspectu praevio" primi voluminis probavimus. Quaeritur, utrum a seiunctione monasteriorum Hiberniae (in fine saeculi XIII) usque ad aggregationem Ferniae ad Circariam Angliae Borealis (probabiliter maturo saeculo XIV) illa canonia fuerit absque ullo ligamine circariali, an sola formaverit propriam circariam, forte „Sti. Andreae" nuncupatam? In fidem solius catalogi P, qui tamquam copia recentior manuscripti saeculi XIV haud nimii est valoris, hoc asserere non audemus. Sed „provincia" illa Sti. Andreae, de qua loquuntur manuscripta originalia, grande manet enigma. Vox „provincia" enim in nostris catalogis generatim non est synonymum pro „circaria", sed stat pro metropoli, ad quem spectat dioecesis, in qua aliquod monasterium erat situm[2]). Atqui metropolis scotica, St. Andrews, anno demum 1472 hac dignitate est aucta, et catalogi nostri redacti sunt longe prius. Ergo „provincia Sti. Andreae" aut est designatio mere geographica pro regno Scotiae, quod habet illum apostolum in patronum, aut revera talis circaria extitit. Haud insolitum est enim, aliquam abbatiam solitarie sitam formare propriam circariam, quia et Circaria Livoniae una sola canonia constitit. Vix est credibile, hanc „Circariam Sti. Andreae", si umquam extitit, nomen suum habuisse a dioecesi eiusdem nominis, longe a Fernia distante. Dryburgh, quae sola in illa est sita, in antiquissimis catalogis adnumeratur monasteriis „in regno Angliae sitis", reliquae canoniae in austro Scotiae inscribuntur „in Galoadia".

Haec monasteria Scotiae meridionalis iam saeculo XII arcte erant connexa abbatiis Angliae. Anno 1192/93 abbas Dryburghensis interest capitulo nationali Circariarum Angliae, celebrato in Newhouse, praesidente abbate Licquensi[3]). Anno 1284 abbas de Newhouse peragit visita-

[2]) Confer Baile Mor, in Circ. Hiberniae, Dioc. Meath, quod designatur a catalogis nostris ut situm in „provincia Almacana", id est Armagh.

[3]) *Liber S. M. de Dryburgh*, p. 72

tionem abbatiarum Scotiae[4]). Post aggregationem Ferniae ad Angliam Borealem, nulla extitit alia circaria in regno Scotiae. Tamen in decursu saeculi XIV, bello cum Anglis continuo furente, commercium abbatiarum Scotiae cum Anglis factum est irregulare, et postremo cessavit omnino. Num ligamen circariae, quo illis erant coniunctae, umquam de jure fuerit disruptum, et quando, cum certitudine dici nequit. Anno 1374 rex Angliae prohibuit abbati Alnwicensi, quominus visitationem per abbatem Viridis Stagni, ab abbate Generali ad hoc explicite deputati, toleraret[5]). Anno 1414 visitatio omnium canoniarum Ordinis in Anglia, Wallia et Scotia, quadriennio ante a Summo Pontifice abbati Welbecensi imposita[6]), in Scotia perficienda est non per abbatem quendam Anglum, sed per duo abbates Scotos, Dryburgensem scilicet et Sacriboscensem[7]). Anno 1466 David Rallston, prior Dryburgensis, fit visitator Ordinis in Scotia ad decennium[8]). Hoc tempore separatio de facto, forte etiam de jure, iam diu erat peracta inter Circarias Scotiae et Angliae. Acta enim Capitulorum Generalium ab anno 1498 semper loquuntur de „Circaria Scotiae“ tamquam sui juris[9]). Possumus supponere, abbates Scotiae propter distantiam eorum iisdem dispensationibus esse gavisos quoad aditum Capituli Generalis, ac abbates Scandinaviae, Livoniae etc. A saeculo XIV relationes cum Praemonstrato diminuerunt, et postremo de facto cessaverunt omnino. Abbates, ut in hoc tempore de more, omnia quae spectabant de jure ad competentiam Capituli Generalis, postulaverunt a Curia Romana, quae omnes dispensationes et privilegia facile concessit, et a qua nulla molesta visitatio erat metuenda.

Ineunte saeculo XVI, Capitulum Generale etiam in hac Circaria reformationem studuit imponere, et eius abbates ad solutionem talliarum, tam diu obsoletam, revocare. Capitulo Generali anni 1505, in quo de novis statutis et de reformatione peragenda tractabatur, interfuit Quintinus abbas de Soulseat. Praemonstratum semper Viride Stagnum habuit ut abbatiam antiquissimam et ideo primariam in Scotia, cuius ergo abbati et nunc hoc munus visitationis commisit, reliquos abbates Circariae declarans contumaces, quia etsi convocati, non comparuerant, nec suffi-

---

4) *Cal. Pat. Rolls 1281/92*, p. 119

5) *Cal. Close R., Edw. III* V 32/33, 151

6) P. L. VI 76

7) *Vat. Transscr.* II 67

8) CAP nr. 145. Quod munus adeptus est per simoniam.

9) Iure igitur merito hanc circariam, utut de facto a saeculo XIV, de iure a saeculo XV independentem, inserimus ab Anglia Boreali segregatam.

cienter se excusaverant[10]).

Sed tunc statim exorta est discussio de primatu in Circaria tenendo. Prior Candidae Casae, unicus praelatus infulatus in Circaria, praesul unius ex ditissimis coenobiis regni, aegre tulit abbatem cuiusdam monasterii parvi et depauperati se praecedere. Anno 1506 Capitulum Generale „annuit concordiam factam inter abbatem Quintinum Sedis Animarum, et fratrem Henricum priorem Candidae Casae, videlicet quod amodo ipse prior usque ad revocationem Capituli Generalis sit visitator Circariae Scotiae, cum authoritate substituendi praedictum abbatem Quintinum“[11]). Anno sequenti Jacobus rex Scotiae scribit Abbati Generali: „Henricus prior Candidae Casae extorserat litteras a nobis, quibus suam domum apud Vestram Reverentiam commendaremus, ut primatum teneret in ordine intra regnum Scotiae, quem abbas de Soulseat, licet longe inferior, tunc obtinuerat. Nos autem omnia ad prudentiam archiepiscopi Sti. Andreae detulimus, qui nec Candidam Casam, nec Soulseat, sed Dryburgh primatum tenere praetendit . . .“[12]). Nihilominus compromissum supradictum inter praesules Candidae Casae et Viridis Stagni mansit in vigore usque ad annum 1523. Tunc Capitulum Generale visitatorem nominavit abbatem Sacri Nemoris, quia iste tenaciter separationi ab Ordine a praelatis Circariae intentae restiterat[13]). Quae machinatio praelatorum videtur fuisse attentata paulo post separationem Anglorum ab Ordine (1512), quia anno 1514 una voce inculpaverunt apud Capitulum Generale dictum Sacri Nemoris abbatem de criminibus diversis[14]). Quae omnia fuisse calumniae ex animositate ortae, ex eo patet,

10) Acta Cap. Laon p. 71. HUGO II 1120 erronee hunc abbatem nuncupat Eduardum. In Act. Cap. Gen. adduntur sequentia: „Fiat clausula specialis, quod abbates et religiosi amodo non utantur rochetis, nec biretis nigris vel coloratis, gerantque habitum candidum et honestum secundum ritum primitivum institutionis nostrae, et ad hoc compellantur per censuras“. — Notandum est, etiam Circarias Angliae dereliquisse habitum ordinis, sed eum reassumpsisse iam post medium saeculum XV. (P. L. V. 355)

11) Acta. Cap. Gen. Laon p. 79

12) G. GAIRDNER, Letters and Papers Richard III and Henry VII, London 1863, II 246

13) Sic habet HUGO II 717/18, exaltans laudes abbatis Jacobi. Acta Cap. Gen., ut habentur Lauduni, ad annum 1523 tantum notant nominationem abbatis Sacri Nemoris in visitatorem, quod confirmatur usque ad annum 1531. Non elucet, de quo ex tribus abbatibus, hoc anno 1523 Holywood gubernantibus hic agatur. Si Hugo est credendum, agitur de abbate Welch, qui hoc ipso anno obiit, et ideo hoc suo munere — si umquam — nonnisi brevissime potuit fungi.

14) Acta Cap. Gen. Laon p. 144

quod Capitulum, inquisitione peracta, illum videtur invenisse incolumem et omni fide dignum. Anno 1532, David Vaus, abbas Viridis Stagni, nominatus est Visitator a Capitulo Generali. Reformationem circariae tunc nondum vel partim tantum fuisse peractam, apparet ex supplicatione abbatis David, qua petit et accipit ab ipso rege adiutorium in hoc opere exsequendo, timebat enim oppositionem coabbatum[15]).

Anno 1534 Acta Capituli ultima vice memorant monasteria Scotiae. Studia et scientiae in scoticis abbatiis magis videntur floruisse quam in anglis. Gloriantur enim nonnullis viris hac in re illustribus: Adam Scotus, et alii, forte etiam Strode et Joannes de Sacrobosco. De scholis vero et academiis in canoniis constitutis, de quibus, aliquomodo exaggerans solus refert Dempsterus, nil constat certi. In Scotia, ubi canonici regulares tantum, non autem monachi administraverunt ecclesias, etiam Ordo noster curam animarum exercuit in parochiis incorporatis. Sed factum est hoc irregulariter, praesertim saeculis XV et XVI, quia tunc Curia Romana provisionem omnium beneficiorum sibi reservans, ea promiscue etiam aliis sacerdotibus commisit. Accidit verbi gratia, quod Dominicanus quidam, cui data erat parochia ad Candidam Casam spectans, et „a canonicis Ord. Praem. administrari solita", iussu Curiae in Ordinem nostrum esset recipiendus[16]).

Systema commendarum in Scotia omnino aliter ac in aliis regnis se evolvit. Ad annum usque circiter 1400 abbatiae gaudebant iure liberae electionis, ut oportebat secundum statuta Ordinis. Ab hoc autem tempore Curia Romana sese immiscuit in electionibus abbatum, omnes provisiones sibi reservans. Proh dolor, pluries ad hoc munus non vocavit regulares ex Ordine, sed viros Ordini alienos, episcopos iam pluribus beneficiis provisos, immo extraneos. Parili ratione ac in Hibernia, pluries Curia statuit hos „abbates" designatos in Ordinem esse recipiendos. Ita recepit Andreas Lidderdale, sacerdos saecularis, abbatiam Dryburgensem anno 1482 pro tribus mensibus „tamquam in commendam, donec emitteret professionem"[17]) — subintellige: ut hoc tempore elapso, posset haberi ut abbas regularis. Patet praxim huiusmodi regulari disciplinae fuisse valde nocivam.

---

[15]) ibidem p. 274, et RSS II nr. 1349. Abbas David eodem anno 1532 obiit (confer supra abbatem Welch!)

[16]) P. L. XIII 324. Idem accidit in Galway, vide infra apud Circ. Hiberniae

[17]) P. L. XIII 811. Vide infra notam apud Dryburgh. — In Fearn vero paulo post Episcopus quidam obtinuit commendam a Curia per bullam subreptitiam, legitima electione regulari paulo ante facta. Abbas regularis debuit cedere, et intrusus praevaluit in perniciem abbatiae.

Haud mirum ergo, clerum Scoticum, ipsumque regem talia aegre tulisse. Ideo anno 1487, rex privilegium praesentandi a Curia postulavit et etiam obtinuit[18]). Abhinc viguit commenda regia, quod systema in Scotia erat longe mitius, et minus odiosum, quam verbi gratia in Gallia vel in Italia. Abbates commendatarii generatim videntur fuisse recepti in Ordinem[19]), et erant residentes. Separatio mensarum in Scotia iam invenitur saeculo XIV. Peculium, hic „portio" appellatum, erat commune.

Ab anno 1513 circiter res regni coeperunt dilabi, ac cum eis et abbatiae. Substiterunt tamen diutius quam abbatiae Angliae. Anno 1560 quidem abolita est catholica religio in Scotia, sed monasteria non sunt suppressa. Prohibita est tamen admissio novitiorum, cessavit plus minusve vita regularis, poenis coerciti sunt illi religiosi, qui aperte novationibus restiterunt[20]). Multi canonici transierunt ad Protestantes, tamquam ministri uxorati novae fidei quiete praebendis suis ex bonis monasterii usque ad obitum gaudentes. Paulatim tantum communitates sunt exstinctae, immo anno 1585 invenimus adhuc superiores domuum, vel abbates commendatarios, qui „de consensu conventus" diplomata signant, vel de bonis monasterii disponunt. Anno 1587, defunctis ultimis religiosis, illa adjudicantur coronae, et subsistente corpore juridico monasterii, constituta sunt commendae haereditariae in familiis, vel episcoporum protestantium. Labente vero saeculo XVII, hoc ultimum residuum disparuit.

Ecclesia presbyteriana Scotiae postmodum vera rabie insaeviit in omnia, quae veterem ecclesiam in mentem posset revocare, et ideo archivalia fere omnia perierunt. De tribus abbatiis Soulseat, Holywood et Tongland fere nihil nobis est relatum. Maior pars aedium disparuit. Supersunt tantum pulchrae ruinae in Dryburgh, ecclesia mutilata in Fearn, modica ruina in Whithorn, et parum quid in Tongland.

Historia monastica in Scotia est ager inexaratus. Deficiente autem documentatione, perpauca tantum exarari possunt, praesertim quoad saecula XII/XIV. Post reformationem, Ordo in hoc regnum non est rever-

---

[18]) THOMSON, Acts II 183. Cf. ad hoc R. K. HANNAY, *The Scottish Crown and the Papacy 1424/1560*, Edinbg. 1931

[19]) Ita adhuc anno 1539 rex praesentat pro vacante prioratu Candidae Casae Malcolmum Fleming, decanum in Dunblane, petens pro eo privilegium, ut nonnisi post biennium habitum Ordinis assumere debeat (BREWER Lett. Henry VIII vol. XIV p. 8)

[20]) Concilium Ecclesiae Presbyterianae in Kelso anno 1569 convocavit duos religiosos Dryburgenses: „Dene (= Domnus, quod est titulus canonicis competens in Scotia) James Jamesoun, et Dene Mungo Wilsoun", propter persistentiam in fide catholica. (Reg. Privy Council Scotl., 1st. Ser. II 40)

sus. Circa annum 1745, William Grant, natione Scotus, et canonicus alicuius abbatiae Praemonstratensis in continente sitae, per multos annos missioni inter catholicos in Strathavan, Banffshire, insudavit[21]).

FONTES

J. ANDERSON *Calendar of the Laing Charters 854/1837* (quorum originalia sunt in Edinburgh, University Library) Edinbg. 1899

A. O. ANDERSON *Early Sources of Scottish History*, 2 voll. ibidem 1922

A. I. CAMERON *The Apostolic Camera and Scottish Benefices 1418/88* (Univ. of St. Andrews Publ.) Oxford 1934

G. DONALDSON, *St. Andrews Formulare 1514/46*, 2 vols. Edinbg. 1944 (Stair Soc.)

IDEM, *Accounts of the Collectors of Thirds of Benefices 1561/72* (Publ. Scott. Hist. Soc. III, XLII) Edinbg. 1949

W. FRASER, *The Book of Caerlaverock*. Edinbg. 1873

W. GOODALL, *Joannis de Fordun Scotichronicon, cum Supplementis et Continuatione Walteri Boweri*, 2 vols. ibidem 1759

E. R. LINDSAY / A. I. CAMERON, *Calendar of Scottish Supplications to Rome 1418/22* (Publ. Scott. Hist. Soc. III, XXIII) Edinbg. 1934

J. STEVENSON, *Documents illustrative of the History of Scotland 1286/1306*, 2 voll. Edinbg. 1870 (de Ordine nostro I 129, II 59, 68, 70)

Th. THOMSON *Acts of the Parliament of Scotland*, 12 vols folio, 2 voll. Index Edinbg. 1814/75

Acc. Treas. — *Accounts of Lord High Treasurer of Scotland* (Late XVth Cent.) 11 vols. Edinbg. 1877 sq.

C. S. P. Scotl. — *Calendar of State Papers relating to Scotland 1547/1603*, ed. J. BAIN, I 1547/63, Edinbg. 1898

Chron. Melrose — *Chronicle of Melrose*, edd. A. O. ANDERSON, M. J. ANDERSON et W. C. DICKINSON, London 1936

Exch. R. Scotl. — *Exchequer Rolls of Scotland* (Rotuli Scaccarii Regum Scotorum) 23 vols., Edinbg. 1878/1908

Lib. Cart. St. Cruc. — *Liber Cartarum Sancte Crucis*, edd. Bannatyne Club, Edinbg. 1840

Lib. Melrose — *Liber Sancte Marie de Melrose*, edd. idem, ibidem 1837

RMS — *Registrum Magni Sigilli Regum Scotorum*, voll. I—VI (1306/1609) Edinburgh 1882 sq.

RSS — *Registrum Secreti Sigilli Regum Scotorum*, 3 voll. ibid. 1908/36

A. THEINER, *Vetera Monumenta Hibernorum et Scotorum historiam illustrantia*, Romae 1864

---

21) *Scottish Catholic Directory* 1855

FONTES NONDUM PUBLICATI

Cal. Chart. *Calendar of Charters and other Original Documents preserved in H. M. General Register House at Edinburgh*, 9 vols MS ibid.

Vat. Transscr. *Vatican Transscripts*, 3 voll. — Item 1 vol. *Petitiones, 1437/65*, item 2 voll. *Dispensationes*. (MS General Reg. House Edinburgh)

CASSILLIS *Cassillis Papers* (Regesta MS ibidem) et alia archiva familiarum nobilium, ut Buccleuch, Caerlaverock, Maxwells of Annandale et aliorum, quae partim tantum sunt publicata

LITTERATURA

N. BACKMUND O. Praem., *The Premonstratensian Order in Scotland*, in: Innes Review 1952

G. CHALMERS *Caledonia, or an Historical & Topographical Account of North Britain*, 2a ed., 7 vols. Paisley 1887/1902, Index ibid. 1902

T. DEMPSTER *Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum Libri XIX*, Bononiae 1627, 2a ed., Opera D. IRVING, 2 vols Edinburgh 1829

J. F. S. GORDON, *Ecclesiastical Chronicle for Scotland*, 4 vols, III: *Monasticon Scotiae*, Glasgow 1867

F. GROOME, *Ordnance Gazetteer of Scotland. A Survey of Scottish Topography* 3 vols. London 1893

R. KEITH, *An Historical Catalogue ... also an Account of all the Religious Houses, the were in Scotland at the Time of Reformation*. Edinburgh 1824

D. MAC GIBBON / T. ROSS, *Ecclesiastical Architecture of Scotland*. 3 voll. Edinburgh 1896

P. H. MAC KERLIE, *History of the Lands and their Owners in Galloway*, 5 vols Edinburgh 1870/79

H. MAXWELL, *History of Dumfries and Galloway*, Edinbg. 1896

A. MITCHELL, *A Contribution to the Bibliography of Scottish Topography*, 2 voll. Edinbg. 1917

J. SLEZER, *Theatrum Scotiae*, London 1693

A. SYMSON, *A Large Description of Galloway*, 1684, 2a ed. Edinbg. 1823

Ch. S. TERRY, *A Catalogue of the Publications of Scottish Historical and Kindred Clubs and Societies*, Glasgow 1909

W. B. TURNBÙLL, *Fragmenta Scoto-Monastica*, Edinburgh 1842

M. E. C. WALCOTT, *Scotimonasticon. The Ancient Church of Scotland*. London 1874

R. Com. Hist Mon. *Royal Commission of Historical Monuments. An Inventory*. London

Innes Rev. *The Innes Review*, Glasgow

Proc. Soc. Ant. Scot. *Proceedings of the Society of Antiquaries of Scotland*

TDumfrGall *Transactions of the Dumfriesshire and Galloway History and Antiquarian Society*, Dumfries 18 . . sq.

Trans. Scott. Eccl. Soc. *Proceedings of the Scottish Ecclesiological Society. Edinburgh*

Nondum publicatum:

G. HUTTON, *Collection of the Shires. Monasticon Scotiae*. 13 vols. MS National Library Edinburgh

Confer apud Circ. Angliae:

omnes fere publicationes P. R. O., praesertim P. L., Brewer Lett. Henry VIII, insuper Beck, Colvin, Cram, Dugdale, CAP, Grose, HMCR, Geudens, Hall, Ker, Kirkfleet, Nichols, Reg. Archb. York, Val. Eccl.

VISITATORES CIRCARIAE SCOTIAE SAEC. XVI.

(Acta Cap. Gen. Laon)

Abbas Generalis 1502—05

Abbas de Soulseat 1505

Prior de Whithorn cum abbate de Soulseat 1506—15

Prior de Whithorn 1515—23

Abbas Sacri Nemoris 1523 (—32?)

Abbas de Soulseat 1532 (—34)

Prior de Whithorn 1534 ad annum

Deinceps nominaliter Abbas Generalis, vel Prior Collegii Parisiensis, vel alius praelatus gallicus titulum huius muneris gessit, munus tamen numquam exercuit.

DRYBURGH M. M. V., SS. Joannes Evangelista et Modanus[23])

Drie-, Dri-, Dryburg, -burgh, -burch, -burc, -borch, -brughe, -bart. In catalogis nostris antiquioribus occurrit sub voce Newnburgh, Neumburch, Novum Castrum (V et S), L habet: Neumburch sive Drieburc

Iuxta flumen Tweed, in parochia Mertoun, Berwickshire, Dioec. St. Andrews. Abbatia percelebris. Probabiliter erat ibi sanctuarium celticum,

[23]) Sigillum simul et stemma canoniae demonstrant abbatem quendam sanctum, qui nemo alius esse potest ac Stus. Modanus, qui ex hoc certe ut tertius patronus considerari potest.

ubi Stus. Modanus dicitur abbas extitisse circa annum 520. Anno 1150 ope Hugonis de Morville, baronis cuiusdam ex Northumbria, qui factus est constabularius regni Scotiae, dictum sanctuarium traditum est Praemonstratensibus ex Alnwick, qui de facto biennio tantum post novam fundationem ingressi sunt. Filias genuit: Dieulacresse et Carrickfergus-Woodburn in Hibernia. Ecclesiae incorporatae et administratae: Lauder, Pencaitland. Sowerby, Borgue, Lanark, Lessudden, Maxtoun, Sembry, Vogrie, Kilrenny, Gullane, Channelkirk, Saltoun. Quibus accedit Smailholm (Smalham), quae anno 1420 incorporatur mensae abbatiali cum jure administrationis per proprios canonicos[24]). Canonia saepius (1322, 1385, 1522, 1545), utpote in limitibus regni sita, bellis multa patiens, demum destructa et combusta est. Iam saeculo XII floruit ibi Adam Scotus, saeculo XIV vero, Radulphus Strode (?) et Patricius quidam, poetae notissimi. Parthenon opulentus O. Cist. in South Berwick propter collapsum anno 1390 cum omnibus pertinentiis datus est abbatiae Dryburgensi, similiter hospitale de Trefountain anno 1436. Redditus annui canoniae erant 912 Librarum[25]). Ad tempus ibi vixerunt 50 religiosi. Anno 1584 adhuc duo erant in vivis. Familia Erskine, quae possedit commendam annis 1541—1700, adhuc saeculo XVII in claustro habitabat. Ruinae perpulchrae, in quibus sepultus est famosus scriptor Walter Scott, anno 1918 35000 Libris a gubernio sunt emptae tamquam monumentum nationale. Superest capitulum integrum (saec. XII), et maior pars ecclesiae et aedium claustralium.

Archivalia: Gen. Reg House, Edinburgh — Registrum Dryburgense (Liber Stae. Mariae de D.) in National Library, ibidem — Tax Roll, Harleian MS 4623

Fontes et Litteratura: HUGO I 641, prob. 533/34 - WAEFELGHEM 80 — *Acc. Treas.* I, II, V, VI, VIII, IX, XI cf. ind. — A. O. ANDERSON, Early Sources II 211, 218, 249, 363, 371, 517, 521, 565, 697 — J. ANDERSON *Laing Ch.* Nr. 727, 969, 1077 — AUVRAY 379, 4467 — BECK VI 69/71 — BREWER, *Lett Henry* VIII, vol. II, IV, V, VIII, XIV/XVI, XIX/XXI — *Cal. Chart.* I 46, 105, 151, 155 — C. S. P. Scotl. 4, 7, 47, 97, 695 — CAMERON *Ap. Cam.* cf. ind. — CAP II 13/28 — CHALMERS III 336/41 et passim — *Chron. Melrose* 34/36, 53, 142/43 — COLVIN 367 — COTTINEAU 1003 —

[24]) LINDSAY/CAMERON Suppl. p. 197. Parochiae Sowerby (Sorbie) et Borgue postea transierunt ad canoniam Whithorn (v. infra).

[25]) Notandum est, valorem redituum quam indicamus, referre tantum ad reditus pecuniarum, non vero naturalium. Libra scotica longe minoris erat valoris quam anglica (Saec. XVI: 1:12) Cf. R. KEITH, *History of the Affairs of Church and State in Scotland*, Spottiswoode Soc. III pp. 377 sq.

CRAM 171 sq. — DONALDSON *Accounts* cf. ind. — IDEM, *St. Andrews Form.* I, II cf. ind. — DUGDALE VI (2) 1152 — *Exch. R. Scot.* I 67, 299, 353, V 647, VI cf. ind. — J. FERGUSON, *Notes on Dryburgh Abbey and some of its Associations*, in *History of the Berwickshire Naturalists Club*, vol. XXIV (Edinburgh 1923) — GOODALL I 475, II 278, 401 — GOOVAERTS I 9/11 II 19, 217, III 7/10, IV 331 — GORDON 321/45 — GROOME I 376/77 — GROSE Scotl. I 103/11 — JAFFE 10784, 11044, 11936, 14998 — C. INNES *Liber Stae. Mariae de Dryburgh*, ed. Bannatyne Club, Edinburgh 1847 — KIRKFLEET 169/76, 187/90 — *Lib. Melrose* I 42, 59, 60, 105, 106, 124, 125, 294, 299, 301, 320, II 343, 349, 367, 380, 385, 389, 442, 490, 575 — A. C. LAWRIE, *Early Scottish Charters prior to 1153*, Glasgow 1905, p. 436 et passim. — LINDSAY/CAMERON, 152n, 196, 197 — McGIBBON/ROSS I 448/64 — G. MANUEL, *Dryburgh Abbey in the Light of its Historical and Ecclesiastical Setting*, Edinburgh 1922 — MITCHELL 103/04 — J. MORTON, *The Monastic Annals of Teviotdale, or the History and Antiquities of the Abbeys of . . . Dryburgh*. Edinburgh 1832, pp. 289 sq. — *Ob. Praem.* I 16, II, 3, V, 25, VI — P. L. I/IV, VII, IX, X, XII, Pet. I — POTTHAST 7070, 7071, 8260, 8358, 8364/65, 8373/74, 8381, 8384, 8394, 8412, 8414/16, 84,70, 8940, 12031, 12035/36, 12053, 12113, 13086, 12033, 10843, 6632, 4273, 12034, 15637, 16488, 25518/19 — Lett. Com. Jean XXII 11573 — PRESSUTTI 3496, 4163, 5416 — Reg. Archb. York, Greenfield II — RICHARDSON J. S. WOOD M., *The Abbey of Dryburgh*, Edinburgh 19, 37 — F. ROSS, *The Ruined Abbeys of Britain*, London s. d. pp. 125/48 — RMS I/VI — RSS I 1975, 2796, 3519 — SLEZER (1814) p. 36, plan 32/33 — THEINER nr. CLXXI, MLVII, MLIX — THOMSON *Acts Parl.* Index Gen. I 454 — *Val. Eccl.* V 329 — *Vat. Transscr.* I 3, II 67 — WALCOTT 328/31 — *Agreement between the Canons of D. and of St. James of Northampton concerning the Patronage of the Church of Boysegate*, in: STEVENSON, *Illustrations of Scottish History*, Publ. Maitland Club, Glasgow 1834 — *Dryburgh Abbey, its Monks and its Lords*. Edinburgh 1860 — Roy. Com. Hist. Mon., *Report Inventory, County of Berwick*. Edinburgh 1915, pp. 132/48

De Ada Scoto cf. N. WEYNS O. Praem., *Het Premonstratenzer Kloosterleven volgens Adam van Dryburgh*, Tongerloo 1948 (cum fusa bibliographia), et A. WILMART, *Magister Adam Carthusiensis*, in *Melanges Mandonnet*, Paris 1930, pp. 145/61. — Scripta eius apud MIGNE PL voll. 153, 184 et 198 cf. indd.

Series abbatum

(si fontem non adducimus, ex GORDON vel RICHARDSON/WOOD)

Roger	1152—77, res.	Adam Scotus?	inter annos
Gerardus	1177/84		1184 et 90?[26])

[26]) Adam videtur fuisse potius abbas locumtenens, seu coadiutor pro infirmo Gerardo. Cf. E. M. THOMPSON, *A Fragment of a Witham Charterhouse Chronicle and Adam of Dryburgh*, in *Bull. John Rylands Libr. Manchester* XVI (1932) nr. 2, p. 6

Richardus	1190/96
Alanus	1196
Galfridus	1203/09
(deinde abbas in Alnwick)	
Wilhelmus	1209/12
Hugo	1221/28
Henricus	1230
Walter	1235, res. an. 1240[27])
Joannes	1240/45
Oliver	1261/68
Thomas	1270
Wilhelmus	1296/1324[28])
Roger	1324—28
David	1329/42
Andreas	1354/69
Johannes	1381
Andreas	1385

Joannes	1398
William of Dryburgh	† 1408[31])
John of Aberdeen	1408/14[32])
Thomas	1434—44
Jacobus	1444
Walter	1461—77
John Crawford	1478[33])
Andreas Lidderdale	1483—1506
Andreas Forman	1509—16
James Ogilvie	1516—18
David Hamilton	1518—22
James Stewart	1523—39

Thomas Erskine 1541—47[34])
John Erskine 1547—56
David Erskine 1556—1608

Inseri nequit: Valentinus (saec. XIII) Ob. Praem. I 25. VI

---

27) W. FRASER, *The Scotts of Buccleuch* (Edinbg. 1878) II 41?

28) STEVENSON II 70

29) *Cal. Charters I*

30) P. L. IV

31) P. L. Pet. I

32) ibidem, et *Vat. Transscr. II 67*

33) Defuncto abbate Waltero, Curia Romana nominavit Joannem (Whitelaw sive?) Crawford, qui erat de gremio domus. (Cf. *Munimenta Almae Universitatis Glasguensis,* Maitland Club, Glasgow 1854, II 86). Inde lites inter illum, et alium canonicum abbatiae, Hugonem Douglas, qui, appellatione ad Sedem Apostolicum facta, rejectus est. Ambo aemuli simul tetenderunt Roman, ubi Joannes mox obiit. Dein Hugo valide nominatus est abbas. Sed antequam bullam provisionis reciperet, pariter defunctus est Romae. Statim Andreas Lidderdale seu Lauderdale, sacerdos saecularis, accepit abbatiam anno 1482 vel 83, primo ad trimestrem „in commendam, donec professionem emitteret". Qua emissa, fuit abbas regularis (P. L. XIII 811, 833)

34) Curia Romana anno 1539 nominaverat Robertum Wauchope, clericum scotum piissimum ac praestantem, in continente versantem (Cf. DURKAN, *Robert Wauchop, Archbishop of Armagh,* Innes Review I 48/65). Sed rex rejecit eum, intrudens secretarium suum Thomam Erskine, dicens: „abbatiam Dryburghensem opus habere abbate qui non solum potest bene praeesse claustro, sed etiam patrefamilias liberali, discreto et circumspiciente". Curia anno demum 1541 Thomam confirmavit (BREWER, Lett. H., vol. XV 87 et saepius)

F E A R N St. Ninianus

Fearne, Fern, Feryn, Ferina, Fernia, Farne, West Fern, Noveferne, -fferne. Nova Fernia, -Verina, -Ferina, -Farina.

Prope Sandwick in comitatu et dioecesi de Ross. Vitetur confusio cum canonia Ferns O. S. A. (Co. Wexford, Hibernia)

De aggregatione serotina ad circariam vide supra in praefatione[35])

Abbatia fundata est annis 1220/27, prope Edderton, juxta Dornoch Firth[36]), a Farquhard Macintaggart primo comite de Ross, cuius familia in posterum advocatiam exercuit. Filia de Whithorn, a qua initio dependebat, ita ut priores Candidae Casae usque ad annum 1350, de gremio suo nominaverint abbates Fernenses. Canonia Fearn unica fuit Ordini nostri in Scotia, quae mere celticum characterem potius habuit quam angloscoticum, et exinde nonnisi sero et valde cunctanter reliquis canoniis in austro sitis se adiungere voluit. Factum, quod priores Candidae Casae tam diu nominationem abbatum Fernensium sibi vindicaverunt, pariter videtur innuere, patres Circariae omnia fecisse, ut hos Gaelos recalcitrantes ad sermonem moresque suos traherent.

Ferocitate clani vicini coactus, conventus residentiam versus annum 1238 in alium locum transtulit, 15 leucis distantem (Kill of Fearn, prope Cromarty versus aquilonem), ubi inter annos 1261 et 64 definitive sedes collocavit. Inde nomen „New Fearn, Nova Ferina". Primus abbas, Malcolm de Galloway, a populo habebatur ut sanctus. Aedibus primitus ex luto constructis ab anno 1338 lapideae sunt substitutae. Quo anno, septem fratres regnum peragrarunt, mendicantes in hunc finem. Canonia, quae videtur enituisse generatim bona disciplina, pluries habuit abbates strenuos et zelosos. Ecclesiae incorporatae: Tarbart, Tarradale? Redditus annui fuerunt modici: 165/7 Libr. scot. Abbas Finlay II. Mc Faed. sae-

[35]) Catalogus Stae. Radegundis, de qua supra apud Circ. Angliae, enumerans abbatias illarum (1288), Ferniam omittit. In catalogis vero a nobis relatis diverso modo occurrit: N 1 omittit. N 2: in Scotia (separatim a Circ. Angliae) — LSV: Circ. Scocie, simul cum canoniis Hiberniae — H: in prov. Sti. Andree (separatim. Apud Circ. Angliae desideratur) — WT duplicant. Semel tamquam Nova Ferina apud Circ. Angliae Borealis, altera vice separatim tamquam Ferina „in Provincia Sti. Andree", vel erronee apud Circ. Daniae. P: Circaria Sti. Andreane et Sclavonie.

[36]) In hoc loco fuerat antiqua parochia „Fern". Ibi tamen fuisse iam saeculo VIII monasterium celticum ad Candidam Casam spectans, ut praetendit SCOTT o. c., vix probari potest. Abbas Rheoddaidhe de Fern, quem adducit, probabiliter pertinet ad Ferns in Hibernia.

culo XV comparavit organa, suppellectilia et pulchra ornamenta ecclesiae ex Flandria.

Brevi ante annum 1490, non obstante Thoma abbate regulari optime moderante, Episcopus de Caithness per bullam subreptitiam abbatiam obtinuit in commendam. Thomae fuit recedendum in curiam quandam abbatiae, nomine Mid Geanies, ubi anno 1516 obiit.. Exinde Fearn erat in commenda, sed nonnulli commendatarii fuerunt veri benefactores eius, reformatores cum ad extra tum ad intra. Anno 1557 dormitorium combustum est. Biennio post, signant 5 conventuales, anno 1578 adhuc unus. Anno 1597 bona eius versa sunt in dominium saeculare, vulgo „Barony of Geanies", quod traditum est anno 1617, episcopis protestanticis de Ross. Ecclesia exinde inserviit, ut parochialis, eidem confessioni. Anno 1742, fornices eius corruerunt; anno 1772 vero media pars est restaurata, et adeo mutilata inservit ecclesiastico usui usque in hodiernum diem. Capellae laterales sunt in ruinis, de aedibus claustralibus nihil superest.

Archivalia: Obituarium in Bibl. Ducis de Sutherland, Dunrobin — *Ane Breve Cronicle of the Earlis of Ross, including notices of the abbots of Fearn,* in: Advocates Library, Edinburgh (ed. B. W. R) — Documenta saec. XVI et XVII: Laing Charters, University Library ibidem.

Fontes et Litteratura: HUGO I 653, II 389 nihil praebet — WAEFELGHEM pariter duplicat 83 et 182 — *Acc. Treas.* VI/VIII, XI — ANDERSON, *Laing Charters* cf. ind. — E. Ch. BATTEN, *The Charters of the Priory of Beauly,* Edinburgh 1877, pp. 205, 313/16 — BREWER, *Lett. Henry VIII.* vol. XVI — *Cal. Charters* I 140 — DONALDSON, *Accounts,* cf. ind. — GORDON 349/52 — GROOME II 12 — HUTTON, Ross (XI 12sq.) — C. INNES, *Origines Parochiales Scotiae,* Edinburgh 1855, II 2, 404, 416, 434/39 — KER 47 — KIRKFLEET 176 — McGIBBON u. ROSS II 542/47 — D. MACRAE, *The Kalendar of Fearn,* in: *Transactions of the Inverness Scientific Society and Field Club,* IX (Inverness 1918/25) — D. LAING, *The Works of John Knox,* Edinbg. 1846, passim — P. L. III, VIII, IX/XI, XIII cf. ind., XIV 162 — RMS III/VI — RSS I 4267, II 1446 — B. W. R., *Ane breve cronicle of the Earlis of Ross, including notices of the Abbots of Fearn, and Ross of Balnagown,* Edinburgh 1850 — A. B. SCOTT, *The Celtic Monastery and Roman Abbey of Fearn,* in: *Transactions of the Gaelic Society of Inverness,* XXVIII (Inv. 1918) pp. 391/410 — THOMSON Acts. Parl, Gen. Index I 532 — WALCOTT 331/32 — *Fearn Abbey, Rosshire,* in: *Scots Magazine,* Perth 1899, New. Ser. XXIII. pp. 98/100 — *New Statistical Account* XIV pp. 361, 400 — Obituarium edd. MACRAE, ut supra, et HMCR II (1874) app. p. 179

Series abbatum (BATTEN, sec. „Ane breve cronicle")

1. Malcolm of Galloway ca. 1220/36[37])
2. Malcolm of Nigg ca. 1236/46, † ante 1252
3. Machabaeus (Macbeth) Mackersin 1252/72, † post 1274
4. Colin post 1274, 1281, † ca. 1298
5. Martin ca. 1299/1311
6. Johannes ca. 1311—20
7. Marcus Ross 1321— ca. 1350
8. Donald of Peebles 1350—68[38])
9. Donald Pupill 1368—83
10. Adam Monilaw 1383—1407
11. Thomas Kethirnathie sive Cattanach 1407, res.
12. Finlay I. McFaed, sive Ferrier 1408—36
13. Finlay II. McFaed 1436—85
14. John McFaed sive Fearn? 1485[39])
15. Thomas McCulloch 1486—1516

Andreas Stewart, Episc. de Caithness, intrusus ca. 1490, † 1517
Patrick Hamilton † 1527
Donald Denoon 1527—40
Robert Cairncross 1540—45
David Panitar 1545/ca. 46
James Cairncross ca. 1546— post 1550
Nicolaus Ross (primus acatholicus) post 1550—1569
Thomas Ross 1569—95
Walter Ross 1595—97

HOLYWOOD Sta. Crux (et Stus. Congall?)

gaelice Dair Congall, id est quercetum Congalli. Dercongal, Derchungale. Darnounguille, Dawonguill, Retingal. Haly-, Holy-, Haliwode, -wod, -woid, -vod. H. in Nithsdale. Sacer Nemus, -Boscus, Sanctum Nemus, Sanctus Boiz. Holy Bush, Saint Boyse.

Prope Dumfries, versus aquilonem, Dumfriesshire, Dioc. Galloway, saepius etiam attribuitur Glasguensi.

Abbatia. In loco vetusti sanctuarii druidici, ubi vixit circa annum 1013 eremita quidam nomine Congall, ante annum 1225 (1180?) collocati sunt Praemonstratenses ex Soulseat. De fundatore nihil certi potest dici. Erronea opinio habet, ibidem iam fuisse abbatem anno 1154[40]). Ecclesiae incorporatae et pluries administratae: Holywood, Dunscore, Kirkconnell, Penpont, Tynron. Joannem de Sacrobosco, celebrem illum mathematicum

---

37) Rexit 15 annis, ergo fundatio videtur esse coepta circa annum 1220.
38) Obiit 25/VII/68, secundum obituarium loci, ergo non potest esse idem ac sequens Donaldus.
39) Hic abbas videtur esse dubius. Successor eius enim Thomas iam occurrit in P. L. XIII 162 die 29a martii 1485 — si datatio est correcta.
40) Vide infra apud seriem abbatum

saeculi XIII, fuisse professum huius abbatiae, non est certum[41]). Saeculo XIV Eduardus Bruce, frater regis Roberti, fundavit juxta abbatiam hospitale cum capella, amplis proventibus dotatum. Dum Scotiae abbates, circa annum 1512, separationem sunt machinati a capite Ordinis, solus abbas Sacri Nemoris ab unitate non potuit avelli, ideo anno 1523 Vicarius Generalis et reformator Circariae ab illo est institutus [42]). Valor redituum anno 1544: 700 Libr. Scot. Anno 1562 signant 5 canonici cum Suppriore, cui hoc eodem anno parochia quaedam saecularis committitur. Chorus ecclesiae abbatialis, quae in crucis forma fuerat constructa, deinde factus est templum parochiale protestantium, usquedum anno 1779 ex eius, et monasterii residuis lapidibus nova ecclesia construeretur. Nil superest de antiqua canonia nisi duae campanae, in turri dictae ecclesiae pendentes.

Archivalia: Cartularium dicitur fuisse ablatum in Collegium Scotorum Parisiis vel Duaci saeculo XVII, et non iam invenitur (HUTTON) — Varia documenta 1557/1617 apud Dumfriesshire Antiquities Society — Diploma anni 1548 apud Soc. Antiqu. Scotland

Fontes et Litteratura: HUGO II 717 — WAEFELGHEM 208 — *Acc. Treas.* II, V, VI, XI — J. C. AITKEN, *Some Notes on the Abbey of Holywood*, in *TDumfrGall* 1887/90 pp. 110/26 — ANDERSON, *Laing Cl.*, cf. ind. — ANDERSON, *Early Sources* II 468, 495, 644 — J. BARBOUR, *The Church Bells of Holywood and Kirkmahoe*, in *TDumfrGall* 1898 pp. 82/87 — BECK VI 71 — G. F. BLACK, *Holywood Abbey*, *TDumfrGall* 1891 pp. 126/29 — *Cal. Charters* II 232, VIII 1731, IX 1896 — CASSILLIS Papers Nr. 479 — CHALMERS V 149/51, 162 — *Chron. Melrose* 83 — COTTINEAU 1427 — DONALDSON *Accounts* cf. ind. — IDEM, *St. Andr. Form.* I, II — GOODALL II 538 — GROOME II 272 — GOOVAERTS I 542, II 119/21, 417, IV 297/301 — GORDON 135 — J. HAMILTON/GRIERSON, *Some Documents relating to Holywood*, in *TDumfrGall* III ser. vol. VI 1919, pp. 168/92 — HUTTON I Dumfr. 11 — JANAUSCHEK Introd. LIII — KIRKFLEET 176/78 — MAXWELL 118 — P. L. I, IV, VII/XIII, Pet. I — POTTHAST 8386, 8986 — *Proc. Soc. Ant. Scott.* XXIV 17 — *Reg. Archb York*, W. Gray 170, 173 — RMS I 106 — Roy. Com. Hist. Mon. *Dumfriessh.* p. 104 sq., LXVII — THEINER Nr. 67, 945 — THOMSON Acts Parl. Gen. Index I 645

---

41) Eum fuisse Praemonstratensem et Scotum, primus praetendit Dempsterus, (ed. 1829, II 579). Alii dicunt eum fuisse Belgam, Hibernum, vel Anglum. Quae omnia carent probatione. (Cf. *Dictionary of National Biography*, London 1908, 1111)

42) Vide supra in praefatione (cf. HUGO II 717)

S e r i e s a b b a t u m (Nisi alius fons adducitur, secundum AITKEN et HAMILTON)

Odo Ydonc' ante 1225, 1235 [43])
Gregorius 12 . . [44])
Dungald 1296 [45])
Walter 1371 [46])
William of Adavogan 1400/14 [47])
Thomas Adunyl 1431 [48])
Nicholas Welsh 1480
Archibald Douglas 1493
Johannes 1495/1502 [49])
J(ames?) Welch 1505/23 [50])
John Maxwell res. 1523 [51])
William Kennedy 1523/41 [52])
Thomas Campbell 1548/80 [53])
John Johnstone 1600—

Inseri nequit: Michael, secundus et quartus abbas de Sacro Nemore (Beauchief Obituary 29. IV, vide supra apud hanc abbatiam, Circ. Angliae Medianae)

---

43) *Reg. Archb. York*, W. Gray 170

44) Ob. Praem. I 23. IV

45) STEVENSON II 68

46) Cal. Charters II 232

47) FRASER II 417, *Vat. Transscr.* II 58/67

48) P. L. VIII 390

49) FRASER II 450

50) Nondum videtur nobis esse certum, numquid reapse est alius quam praecedens. Inscriptio quadam in una ex campanis ibi relictis hucusque sic legebatur, ut abbatem quendam Joannem Wriah ibi extitisse anno 1154 censerent omnes auctores. BARBOUR o. c. hunc errorem rectificat, legens: I WELCH ABBAS SACR (INEMORIS) . . . 1505. Quem abbatem fuisse Jacobum quendam praetendit Hugo. Sed cum Quintinum, Viridis Stagni abbatem contemporaneum, erronee nuncupet Eduardum, etiam hoc in casu caute est legendus. (cf. etiam *Diocesan Reg. Glasgow*, vol. I)

51) THEINER nr. 945, Cassillis Papers. Vide de eo notam infra suo loco apud Whithorn.

52) THEINER nr. 945

53) Abbas iste propter fidelitatem erga Mariam reginam anno 1568 damnatus est ad mortem, quae sententia vero non est in praxim deducta.

SOULSEAT St. Joannes Evangelista

Sal-, Saul-, Saule-, Sawl-, Soulsait, -syde, -seid, -sait, -sett, -sete, -saitt, -siete, Saulissait, -sete, -seat, Saulesait. Green Loch, Viride Stagnum, Sedes Animarum, Sedes Sauli.

Amoene sita in peninsula a lacu Soulseat Loch formata, in parochia Inch, prope Stranraer, Wigtownshire, Dioc. Galloway.

Abbatia modica et exigua, cuius origo aliquatenus tenebris est obvoluta. Vita Sti. Malachiae praetendit, hunc sanctum ibidem paulo ante annum 1148 collocavisse Cistercienses ex Hibernia, quod aliunde probari nequit[54]). Forte ibi fuerat antiquum sanctuarium celticum, cui implantavit Praemonstratenses ex ipso archicoenobio Lord Fergus de Galloway[55]), inter annos 1148 et 52. Quod factum esse iam ante fundationem abbatiae Dryburghensis (1150/52), vel ex eo elucet, quod Capitulum Generale Viridi Stagno, licet longe minutius illa opulenta abbatia, semper concessit primatum in Circaria, quod concedi solebat tantum abbatiis primum fundatis. Quod si non fuisset certum quoad Soulseat, potens Dryburgh, secunda in aetate, nihil omisisset, ut hunc primatum sibi vindicaret. Abbatia, quae habebatur ut filia Praemonstrati, magnas partes habuit in regimine Circariae: exercuit dominium civile in baronias Soulseat et Drummaston, genuitque filias Whithorn et Holywood. Praeter parochiam loci, et alia in Kirkmaiden in the Rhinns eidem incorporatur

---

[54]) *Vita S. Malachiae* apud MIGNE t. 182, pp. 1073/1118. — Secundum ANDERSON, *Early Sources* p. 208, forte est confusio cum „Viridi Ligno" (= Newry), abbatia Cisterciensium in Ultonia, a Sto. Malachia pariter fundata. Confer tamen casum Carrickfergus in eadem provincia, quod Cisterciensibus videtur fuisse fundatione destinatum, quibus mox alio profectis, Ordini nostro est traditum (vide infra apud Circariam Hiberniae). Idem Anderson proponit aliam hypothesim de fundatione Viridis Stagni. Putat nimirum, canonicos O. S. A. abbatiae Saul in Ultonia, quae anno 1170, secundum Annales Ultonienses, est dispersa, novam domum sibi erexisse ultra mare in „Saulis Sede". Quae sententia optimam quidem explicationem praebet pro origine nominis, videtur autem minus probabilis. Fundationem enim Viridis Stagni vix tam seram licet supponere, et insuper canonia Saul mox est restabilita in suo loco.

[55]) In *Ob. Praem.* I 12. V. legimus: „Sergi comitis Galoadie, fundatoris abbatiarum de Saulesete et de Candida Casa". Idem (sed: „Fergi") habet eodem die Necrologium de Newhouse, de quo vide supra apud Circ. Angliae. Obituarium de Heylissem (Bibl. Roy. de Bruxelles, excerpta in MS 991 Nancy p. 41) pariter eodem die habet: „Fergi conversi fundatoris duarum ecclesiarum nostri Ordinis". Absque dubio hic agitur de una eademque persona. Tamen Fergus non factus est conversus in Ordine nostro, sed in canonia Holyrood O. S. A. juxta Edinburgh. Confer quod dicimus infra apud Whithorn.

anno 1393, quia „redditus canoniae adeo tenues existebant, quod ipsi abbas et conventus ex eis nequibant commode sustentari, et quia monasterium propter guerras multiplices erat deformatum et collapsum". [56]) Anno 1505 rex Scotiae Quintinum abbatem misit ad Capitulum Generale Ordinis oratorem, qui reformationem monasteriorum regni urgeret. Proposito annuens Capitulum visitatorem eum instituit[57]). Valor redituum anno 1562: 343/13 Lib. Scot. Anno 1568, conventus iuramento se constrinxit ad iura Mariae reginae tuenda. Abbas John Johnston, etsi attritus et persecutus usque ad mortem, per totam vitam fidei catholicae mansit fidelis. Domini de Kennedy nonnisi per inhumana tormenta traditionem bonorum monasterii illi extorquere potuerunt, quod tamen Joannes statim revocavit. Exinde erat commenda haereditaria istius familiae nobilis. Abbatia Viridis Stagni, quae ut corpus juridicum nonnisi anno 1630 est suppressa, cum omnibus bonis et juribus suis, cum infula (quam numquam habuit), quasi „in effigie" tradita est abbatiae Hambornensi in Germania a Capitulo Generali anni 1673.

In fine saeculi XVII in Soulseat adhuc videbantur ruinae. Hodie nihil superest nisi fundamenta, quae bene discerni possunt, et quorum excavatio a reiperitis intenditur.

Archivalia: Perpauca hic et illic inveniuntur (Laing Charters, Cassillis Papers Nr. 409, 460, 520, 526, 536, 540, 600, et reliqua non pauca ex secundo dimidio saeculi XVI, tempore quo conventus iam erat exstinctus. — Tax Roll Harleian MS 4623

Fontes et Litteratura: HUGO II 1119 — WAEFELGHEM 267 — AA. SS. *Vita S. Malachiae* Nov. 3, II 164/65 — *Acc. Treas.* II 191, III 404, IV 394, 395, V 216, 266, 453, VI 123, 146, 227, 307, XI 372, 449, 508 — ANDERSON, *Early Sources* II — ANDERSON, *Laing Charters*, 46, 488 — BECK VI 72 — CHALMERS V 420 — COTTINEAU 3070 — DEMPSTER (1627) VII nr. 593 — DONALDSON *Accounts* cf. ind. — GEUDENS 42 — GOOVAERTS I 321, 495 — GORDON 313/15 — GROOME III 322 — HUTTON I *Dumfr.* — KER 99 — KIRKFLEET 178/79 — McKERLIE I 145/48 — *Cal. Close Rolls, Edward III*, vol. IV 32, 33, 151 — BREWER *Lett. Henry VIII.* IV 852, V, XX — P. L. IX, X, XII, XIII — RMS II 652, 2161, V — R. C. REID, *Soulseat*, in *TDumfrGall* XVII — IDEM, *Dunskey Castle,* ibidem XXI — Statistical Account IV 3, 82, 87 — THEINER Nr. 199 (Faulsete) — THOMSON Acts Parl. Ind. Gen. 1134 — *Vat. Transscr.* I 73 — WALCOTT 333/34

---

56) *Vat. Transscr.* I 72

57) Act. Cap. Gen. Laon p. 72. HUGO, qui falso hunc abbatem vocat Eduardum, II 1120.

Series abbatum

Christianus [58])
Johannes 1273 [59])
Nicolaus Gordon? —1334? [60])
Finlay 1393 [61])
Patrick McChaquhirky —1458 [62])
Gilbert McWilnane 1458— [62])
Gilbert Kennedy ca. 1470 [63])
Quintinus Vaus 1493/ca. 1529 [64])
David Vaus coadjutor 1525,
abbas 1529, † 1532 [65])
James Johnston 1532—45, res. [66])
John Johnston 1545—1600 [67])

TONGLAND (Patronus ignotus est)

Tung-, Toung-, Tongue-, Tongeland, Tongellant.

Prope Kirkcudbright versus aquilonem, ubi flumen Dee in mare se effundit, Kirkcudbrightshire, Dioc. Galloway.

Abbatia, fundata probabiliter ab Alan Lord of Galloway, et quidem, ut refert catalogus N2, anno 1218[68]). Filia de Cockersand. Adhuc anno 1235 religiosi considerati sunt tamquam extranei. In insurrectione enim quadam contra dominos extraneos, etiam illi hoc anno a populo insultationibus sunt affecti. Ecclesiae incorporatae et partim ad tempus administratate: Senwick, Leswalt (1410), Sannat (1410) Balnacross, Minnigaff, Kirkandrews, Stenagar, Tongland. Quidam abbates, ut Caducan, Nicolaus Gordon, et James Herries, asserente Dempstero, excellebant tamquam scriptores. Valor redituum in fine: 206 Libr. Scot. Abbas James

[58]) *Ob. Praem.* I, 25. XII, *Beauchief Obituary* (cf. supra ap. Circ. Angliae), 1. XII. GORDON o. c. ex nomine canoniae, vel ex traditione aliqua, cuius fontem non affert, concludit primum abbatem fuisse Saulum quendam. Quod veritati potest concordare quoad primum abbatem vel fundatorem monasterii cuiusdam fundationi Fergi pro Ordine nostro antecedenti.

[59]) ANDERSON, *Laing Ch.* 46

[60]) DEMPSTER VII 593. Vide infra apud Tongland.

[61]) *Vat. Transscr.* I 73

[62]) RMS II 652

[63]) A. I. DUNLOP, *JamesKennedy, (St. Andrews Univ. Publ.)* Edinbg. 1950

[64]) BREWER, *Lett. Henry VIII*, IV 852

[65]) vide de eo McKERLIE o. c., et in praefatione

[66]) RSS II 1404

[67]) REID oo. cc. — BREWER o. c. XX 615, Cassillis Papers

[68]) „In dyoc. Candide Case filia de Cokersand, fundata est anno gracie mccxviij: Tongelant". Ut Fearn, etiam Tongland erat ante suam fundationem antiqua parochia, quae tradita fuerat abbatiae de Holyrood O. S. A. ab Uchtryd Domino de Galloway, filio Fergi (1160/74). cf. *Lib. Cart. St. Cruc.* pp. 24/169.

Herries monasterium post longam ruinam collapsum penitus instauravit[69]). Annis 1503/08 ibi erat commendatarius Italus quidam impostor et alchimista, qui etiam volare tentavit, sed frustra. Anno 1510, canonia episcopatui de Galloway est incorporata, sed ad personam tantum, anno 1525 enim iterum apparet abbas regularis. Anno vero 1536, post longas lites, in perpetuum sedi illi iam erat adnexa. Perstitit tamen conventus, nam anno 1557 signant praeter suppriorem 11 canonici. Bona abbatiae, annis 1587—1605 sub commenda, annis 1605—41 iterum sedi Galloadiensi sunt adnexa; item usque ad annum 1689, postquam ad breve tempus spectaverint ad Universitatem Glasguensem.

Anno 1740 adhuc ibi videbantur turris, 4 columnae cum arcubus, et extensae ruinae monasterii. Hodie ecclesia parochialis protestantium continet quasdam partes antiquae ecclesiae, inter alia pulchram portam romanicam.

Archivalia: Vetera perierunt. Acta saec. XVI extant mixtim cum Archivis Candidae Casae, de quibus vide infra. — Cassillis Papers 345, 653, 658 —

Litteratura: HUGO II 965 — WAEFELGHEM 294 — *Acc. Treas.* II/VII cf. indices. Rex permultas expensas habuit cum abbate illo alchimista — ANDERSON, *Early Sources* II 497, 565 — ANDERSON, *Laing Ch.* 46, 772, 801 — BECK VI 72 — *Cal. Charters VI* 1132, 1154, VIII 1667, 1712/13 — CAMERON, *Apost. Cam.* lxxiv n., 104/05 — Cant. & York Soc. vol. XII, p. 21, 41, 64 bis, 268, 289 — CHALMERS V 302/04, et passim — COLES F. R., *Tongland, with notes on its flora*, in: *TDumfrGall* 1883 — COTTINEAU 3170 — COLVIN 368 — DEMPSTER (1627) VII 593 — DONALDSON, *St. Andrews Form.* I, II — IDEM, *Accounts*, cf. ind. — *Exch. Rolls Scot.* VI 206/09 — GOOVAERTS I 384, III 31, 37 IV 13 — GORDON 345/49 — GROOME III 442/43 — HUTTON I Dumfr. — KIRKFLEET 179/80 — McGIBBON & ROSS, II 301/03 — McKERLIE V 188/94 — P. L. I, III, VIII, X, XII/XIV, Pet. I — POTTHAST 8386 — RMS III 1100, IV, VI, cf. ind. — RSS I 1727 — THOMSON Acts Parl. Ind. Gen. II 1194 — *Vat. Transscr.* II 46, III 47 — *Sketches on Early Scottish Alchymists (John Damian)*, in: *Proc. Soc. Ant. Scot.* XI, pp. 183/89

Series abbatum (Dempster, Gordon)

Caducan 1225
Alexander 1273, 1297 (idem?)[70])
Elias 1307[71])
Nicolaus Gordon? 1334?

---

[69]) Abbates Nicolaus Gordon et James Herries, quorum alter occurrit etiam apud Soulseat, inveniuntur apud Dempsterum tantum, et ideo sunt incerti. Ceteroquin fides huic auctori nequaquam pro toto est neganda, probabiliter enim fontibus est usus, quae non iam subsistunt, et insuper hisce annis in ambabus canoniis nullus alius abbas authentice occurrit.

[70]) STEVENSON II 68

[71]) *Cal. Charter Rolls* (cf. ap. Circ. Angliae), III 92

Walter 1331, 1351[72])
Gilbert 1381[73])
James Herries? 1411 / ca. 1429?
Gilbert de Gamdia 1429[74])
Gilbert McDowell —1458[75])
Patrick McChaquhirky 1458— [76])
Joannes Damianus 1503/08
David Arnot, Episc. Candidae Casae 1510—25 res.

David (abb. regularis) 1525[77])
Sequuntur episcopi Candidae Casae:
Henry Wemyss ca. 1531—41[78])
Andrew Durie 1541—58
Alexander Gordon 1559—75
Roger Gordon 1578
John Gordon —1586
George Gordon 1586—88
Commendatarius de Tongland tantum: William Melville 1588—

WHITHORN SS. Martini et Niniani

Candida Casa, Leucophia, With-, Hwith-, Whiteh-, Whyth-, Hwit-, Quhith-, Qwhith-, Quhit-, Qwyth-, Qwhethorn, -orne, -ern, -erne, -erna, -irn, -yrrne, Witerna, Quhittern, -erne, Galloway, Galweia.

Hodie est parvus vicus juxta mare. Wigtownshire.

Sedes ecclesiae cathedralis dioecesis de Galloway. Fundata est saeculo quarto a Sto. Niniano episcopo, tamquam incunabula fidei totius regni. Saeculo XII formaliter est erecta. Fergus Dominus de Galloway, qui iam fundaverat canoniam Soulseat, inter annos 1154 et 61 Capitulum regulare adiunxit huic ecclesiae cathedrali[79]). Hi canonici primo fuerunt Ord. Sti. Augustini, sed ope Christiani episcopi postea transierunt ad Praemonstratenses, vel, quod est minus probabile, nostro Ordine sunt

[72]) P. L. III, et FRASER II 408

[73]) FRASER II 427

[74]) Unus ex compositoribus statutorum Facultatis Theologiae in Universitate Sti. Andreae anno 1429 erat „Gilbertus monasterii de Tongland abbas ... et in praedicta facultate licentiatus" (R. K. HANNAY, *The Statutes of the Faculty of Arts and the Faculty of Theology*, St. Andrews 1910, p. 112). Gamdia probabiliter est corruptela pro Galvidia (= Galloway). Forte est idem ac Gilbert McDowell.

[75]) RMS II 652

[76]) ibidem. Vide supra apud Soulseat.

[77]) Hoc anno 1525 David Episcopus Candidae Casae resignat abbatiam in favorem David abbatis regularis, „reservata praebenda in casu decessus vel resignationis ipsius" (*Vat. Transscr.* III 47).

[78]) *Vat. Transscr.* III 246

[79]) Canonia Candidae Casae semper Fergum sibi vindicavit in fundatorem praecipuum, etsi ille fundaverit eam pro alio ordine (O. S. A.), in quo et ipse mortuus est tamquam conversus in Holyrood anno 1161. (*Chron. Stae. Crucis*, ed. Bannatyne Club 1828, p. 33)

substituti. Quod videtur esse factum anno 1177[80]). Subdita est nova canonia paternitati Viridis Stagni non longe distantis. Filiam genuit Whithorn in Fearn, quae ad annum usque 1350 plus minusve ab ea dependebat. Constitutio eius non fuit ad instar ecclesiarum, quas habuit Ordo in Germania, sed potius ad normam ecclesiae Burgilaviensis in Dania[81]). Duobus exceptis, nullus episcopus ex Ordine prodiit. Capitulum regebatur a priore, qui ab anno 1450 erat infulatus, ut unicus praelatus Ordinis in insulis Brittannicis[82]). Priores, qui licet magni habiti fuerint in regno, tamen cum suo capitulo exiguam tantum partem videntur habuisse in administratione dioecesis. Originarie capitulum ius eligendi episcopum non habuit, anno vero 1235 prima vice tale ius reclamavit, et pluries exercere potuit ad annum usque 1359, a quo tempore episcopi a Summo Pontifice sunt nominati. Fere semper capitulum contendebat cum episcopis. Anno 1408, episcopus impetravit, ut capitulum ad aedificandam et ampliandam ecclesiam cathedralem, immo ad erectionem domus episcopalis deberet contribuere[83]). Canonia Whithorn erat unum ex ditissimis et praestantissimis monasteriis totius regni, fuitque florentissima usque in finem. Ideo priores eius saeculo XVI ineunte primatum sibi vindicaverunt in circaria. Valor redituum in fine: 1159/3 Libr. Scot. Possedit ecclesias incorporatas: Borgue (pertinuerat primitus ad Dryburgh. ante an. 1473 transiit ad Whithorn), Clayshant 1428, Cruggleton 1428, Gelston 1325, Glasserton 1473, Kilcolmkill ante 1325, Kirkandrews 1503, Kirkdale 1508, Kirkinner 1306, Kirkmaiden in Fairnes 1559, Kirkmichael, Sorbie (antiquitus ad Dryburgh), Toskertoun, Whithorn, Wigtown (ante 1325), et complures ecclesias in insula Man. Nonnullas harum ecclesiarum administravit religiosis suis. Status personalis: 1235 19 can., 1 diac., 1 acolythus. 1408: 12 claustrales canonici, 1536: 18 canonici. Propter reliquias Sti. Niniani, ad hanc ecclesiam cathedralem semper viguit per-

---

80) M. DUPRE, *Annales O. Praem.*, quem sequitur partim HUGO l. c. habet sequentia: „Circa hoc tempus (scil. 1177) Christianus Episcopus Candidae Casae in Galoadia canonicos suae ecclesiae cathedralis, iam regulares, in Praemonstratenses convertit". Christianus episcopus (1154—86, cf. DONALDSON, *The Bishop and Priors)* propter hoc in variis necrologiis Ordinis, praeter Fergum, laudatur fundator canoniae Candidae Casae, ita in *Ob. Praem.* I 5. IV, et Fergus ibidem die 12. V (vide supra notam apud Soulseat)

81) De hisce, ceterisque ecclesiis cathedralibus Ordinis vide in Vol. I pp. 215, 223, 241, 266, 296, et 410.

82) concessum est ei gerere „mitram non gemmatam" (P. L. X 470)

83) *Vat. Transscr.* II 29/30. RALEGH/RAFORD o. c., analyzando constructionem ecclesiae cathedralis, non memorat hanc structuram, quae forte mansit intenta tantum.

magnus concursus undique eo peregrinantium, quod sanctuarium praesertim regibus erat carum. Versus finem saeculi XVI communitas paulatim est exstincta. Annis 1606—88, episcopi protestantici loci habuerunt usumfructum bonorum. Ecclesia, quae fuerat valde extensa, partim superest in ruinis. Nuper excavationes sunt factae. De monasterio nihil subsistit.

Archivalia: Edinburgh Gen. Reg. House — Cassillis Papers nr. 227, 239, 289, 305, 312, 314/15, 334, 346, 348, 363, 384, 386, 391, 395, 414: 416: 422/23 472, 482/85, 502, 507/10, 512, 653, et passim — Harleian MS 4623

Fontes et Litteratura: HUGO I 453 — IDEM, SAM Ep. Gerv. 92 — WAEFELGHEM 94 — *Acc. Treas.* II/VIII, IX/XI cf. ind. (Praesertim dona votiva et expensa regum occasione peregrinationum) — J. ANDERSON, *Laing Charters* 46 — A. O. ANDERSON, *Scottish Annals from English Chroniclers* pp. 347/48 — BECK VI 69 — CAMERON, *Apost. Cam.* 12, 36, 156 — *Cal. Charters* I 64, 201a, IV 730, VI 1108, IX 2009/10 — CHALMERS I 315, II 678, V 416 sq. et passim — COTTINEAU 1243 — DALRYMPLE H. H., *The Seal of the Priory of W.*, in: *Ayrsh. Gall. Arch. Assoc.* 1894 (VII) pp. 53/55 — DONALDSON, *St. Andrews Form.* I/II — IDEM, *Accounts*, cf. ind. — IDEM, *The Bishops and Priors of Whithorn*, in: *TDumfrGall* XXVII (1950) pp. 128/54, cf. 173/82 — *Exch. Rolls Scotl.* VI 574 — GOOVAERTS IV 13, 58, 87 — GORDON 318/21 — GROOME III 103/05 — HUTTON I (permulta documenta saec. XVI in extenso) — KERR H. F., *The Priory Church at Whithorn*, in: *Trans. Scott. Eccl. Soc.* XI, i, (1933/34) pp. 31/39 — KIRKFLEET 180/85 — LINDSAY/CAMERON 234 — McGIBBON & ROSS, II 479/86 — (IDEM), *Five Great Churches of Galloway*, (*Coll. Ayrsh. & Galloway Archaeol. Assoc.* vol. X, Edinburgh 1899) pp. 169/97 — McKERLIE, I 465/76, II 409/25 — A. McKERRAL, *The Kintyre Properties of the Whithorn Priory and the Bishopric of Galloway*, in: *TDumfrGall* III ser. vol. XXVII, 1950, pp. 183/92 — MAXWELL, *Candida Casa*, in: „*Good Words*", London 1891, vol. 32, pp. 109/16 — P. L. I, VII, VIII, X, XI, XIII, Pet. I — RAINE, *Historical Papers and Letters from the Northern Registers*, London 1873, pp. 104. 105 — IDEM, *The Historians of the Church of York*, London 1894, III 146/48. Series canonicorum anno 1235, quae invenitur etiam in *Reg. Archb. York*, W. Gray p. 173 — C. A. RALEGH/RAFORD, *Excavations at Whithorn, First Season 1949*, in: *Ayrsh Dumfr. Transact.* 1950, pp. 85/126 — *Reg. Archb. York:* Grav, J. Le Romeyn II — *Reg. Urbain IV* 133, 141 — RMS I/III, V, VI — RSS I 1889, 2844, 3299 — BREWER *Lett. Henry VIII*, vol. IV, XIII, XIV, XV, XVIII, XXI — SYMSON 46 — T. TALBOT, *The Priory of Whithorn and its Lands and Churches in Man*, 1900 — THOMSON, Acts. Parl. Ind. Gen. II 1638 — *Vat. Transscr.* II 29, 30, 79, III 21 — *Stud. Mitt. O. S. B.* 1910, pp. 260/63

Series Priorum

(nisi aliter notatur, sec. DONALDSON, The Bishops and Priors)

Adam (O. S. A.?) inter an. 1150 et 64?[84])
Michael ca. 1164 (1177?)
Paulus ante 1200?
Michael inter an. 1200/06
Paulus? (Paulinus) res. ante 1235[85])
Duncan 1235
Dungal sive Duncan 1273/79[86])
Thomas 1287[87])
Joannes 1294[88])
Mauritius 1296
Michael of McKenlagh —1355
Gilbertus res. 1413
Thomas Macilhachnisi 1413/26[89])
Jacobus —1446 (postea abbas OSA in Holyrood)
William Douglas 1446—66, depos.
Fergus McDowell 1466
Roger 1473
Patrick Vaus 1477—1503, res.
James Beaton? 1503
Henry McDowell 1503—14
Alexander Stewart 1515—18 (non confirmatus)
Gavin Dunbar 1518—24

---

[84]) Adam ille non est idem ac Adam Scotus, ut praetenderunt auctores quam plures (cf. WEYNS pp. VI/VII). Quoad primum antistitem Candidae Casae viget contradictio in fontibus Ordinis: *Ob. Praem.* I 23. XI „Edamus primus prior et prelatus in Candida Casa", in eodem Obituario die 24. X: „Michaelis primi abbatis nostri Ordinis in Galweia". HUGO l. c. praetendit primum priorem fusse Walterum quendam, quem errorem rectificat DONALDSON, *The Bishops* p. 145. Edamum seu Adam putamus fuisse primum priorem canoniae O. S. A, inter annos 1150 et 64. Primus superior canoniae Praemonstratensis autem, qui ergo cum capitulo suo ad Ordinem nostrum transiit, probabiliter fuit ille „Michael prior in Wythorn", qui, tacito ordine, circa annum 1164 occurrit in *Lib. Cart. St. Cruc. p. 39.* Non enim in vanum Obituarium praeter morem nuncupat illum „primum abbatem Ordinis nostri", ex quo elucet, antea alium Ordinem ibi extitisse. Cum secundum DUPRE hic transitus peractus sit anno 1177, Michael iste anno 1164 occurrens, hoc anno adhuc erat in vivis, nisi forte agatur de successore quodam homonymo. Cur autem Obituarium eum nuncupat „abbatem", non intelligimus, quia ceteri superiores omnes, ut oportuit pro ecclesia cathedrali, erant priores, etsi hinc inde, praesertim saeculo XVI, per abusum appellabantur abbates.

[85]) *Reg. Archb. York, W. Grey* 173

[86]) ibidem, *R. de Romeyn* II 84. Vix est probabile, Duncanum hunc esse eundem ac praecedentem, ut supponere videtur DONALDSON l. c.

[87]) *Lib. Cart. St. Cruc.* p. 73

[88]) *Reg. Archb. York, J. le Romeyn* II 115

[89]) P. L. Pet I 600 — *Vat. Transscr.* II 79 habet „Makillehachuyfy", quod est certe peior corruptela ac forma allata, quae saltem ex petitionibus e Scotia Romam missis provenit.

John Maxwell 1524[90])
Ninian Fleming 1524—36
Malcolm Fleming 1538—68
Robert Stewart 1568—81
Patrick Stewart 1581—92

PRAETERMISSA

„Circaria Scocie" in catalogis SLV est magna, sed nullum continet monasterium scoticum nisi Ferniam. Reliqua quae afferunt hi elenchi, de facto spectant ad Hiberniam:

Gratfex = Gracfexgos, Grafergos = Carrickfergus, Woodburn
Galmemnal = Ballineval = Bailé Mor
Chelmemenach = Cill na Manach

cum quibus saeculo XIII, Fernia formasse videtur unam circariam, „Scocie" nuncupatam; vel sita sunt in Gasconia (Ibelma = Huveaune), vel in Polonia[91]):

Strebna = Strzelno
Sancta Maria = Plock
Werincia = Zwierzyniec
Calis et Oleboch = ?

Qui errores omnes reproducuntur ab HUGO, WAEFELGHEM, COTTINEAU et aliis. De quibusdam aliis canoniis, ex confusione Lairuelii et Hugo ortis, respective Ordini nostro adscriptis, breviter loquemur hic infra.

CALLAT

in dioec. Galloway, ut asserit Lairuelz 333, quem sequuntur HUGO I 433, et alii. Revera idem esse puto ac Tallacht = Tal-y-Llychau (Circ. Angliae Medianae), quae usque ad finem saec. XIII ad nullam circariam pertinuit.

KALCOW BMV

Kalcho, Kalcou, Kelchou. Pariter in dioec. Galloway. Secundum HUGO II 189, hoc monasterium fuit fundatum anno 1125 a David Rege. Ex fon-

[90]) Fuit de gremio capituli. Anno 1523 post brevem possesionem, resignaverat abbatiam Holywood, anno sequenti apparet tamquam prior in Whithorn, et abbas in Dundrennan O. Cist (BREWER, *Lett. Henry VIII*, IV 852. RSS I 3299)

[91]) Notandum est, elenchum canoniarum Hiberniae apud catalogos SLV nequaquam esse completum. Quoad monasteria polonica etc. confer quod diximus in vol. I pp. 351/53. Quomodo tales errores sunt orti, vide in eodem volumine p. 253 et 275.

tibus vero indigenis apparet hanc domum semper regulam Sti. Benedicti esse secutam. Revera Kelso nomen eius fuit, situm est non longe a Dryburgh in dioc. Sti. Andreae. Falsa proferunt WAEFELGHEM 260, GOOVAERTS I 418, IV 304, vera autem COTTINEAU 1509, GORDON etc.

NOVUM CASTRUM

(HUGO II 389) idem est ac Dryburgh, quod Lairuelio p. 389 iam fuerat notum.

NOVA SCRINIA

(HUGO II 389) sicut Nova Verina, ibidem, idem sunt ac Fearn.

ST. ANDREWS

(HUGO I 171, WAEFELGHEM 216) sequentes LAIRUELZ 333 adscribunt hanc canoniam Ordini nostro. Revera fuit capitulum cathedrale, adnexum Ordini Canonicorum O. S. A.

CIRCARIA HIBERNIAE

Nullibi forsan praeter Hungariam et Frisiam, furor antimonasticus tantopere saeviit, omnibus reliquiis tam in scriptis quam in monumentis nos destituens, quantum in Hibernia. Rubricam „Archivalia“ hac in Circaria omittimus, quia reapse supersunt nulla, praeter aliqua generalia, in quibus monasteria nostra passim occurrunt, tria circiter documenta, canoniam Woodburn respicientia, ac nonnulla circa reliquas e tempore suppressionis saeculi XVI[1]). Archiva monasteriorum proprie dicta perierunt omnia. Celebres sunt in Hibernia varii Annales, de quibus vide infra apud Fontes. Sed cum passim prostent de illis transscriptiones tantum mutilatae temporis recentioris, hi Annales, quamvis partim originis monasticae, historiam profanam potius illustrant quam ecclesiasticam. Praeter elogium Clari Mac Mailin, de quo audiemus infra, pauca tantum de Ordine nostro continent. Quod valet a fortiori de perpaucis reliquis fontibus contemporaneis historiae mediaevalis huius insulae, quae supersunt. Ergo circa multas quaestiones redigimur ad coniecturas, et manent varia problemata quae solvere nequimus, nisi inopinate inveniantur fontes hactenus absconditi.

Saeculo XVII, Ware compilavit materiam satis tenuem de monasteriis Hiberniae ex fontibus, quae hodie pluries non iam subsistunt. Hugo, Annalista noster, Waraeo est usus tamquam unico fonte, idem fecerunt, parum adaugentes materiam, anno 1722 Allemand, 1762 Harris et anno 1786 Archdall. Pauca praebent hi omnes, saepe dubia, et caute semper legenda, quae usque ad nostra tempora nec emendata sunt nec aucta, nisi per Grattan Flood (1913), nec ipsum quoad omnia fide dignum, et nullos fere fontes afferentem.

Indoles gentis, et evolutio politica iam medio aevo effecerunt, ut fata Ordinum circa multa secus se evolverint ac in continente, immo ac in Anglia vicina. Hiberni, a saeculo quinto ad fidem conversi, longe maturius plurimis nationibus Europae, habuerunt suam Ecclesiam formatam, suaque monasteria. Religio christiana saeculis VI—VIII, cum reliqua pars occidentis recidisset in barbariem, optime floruit in „Insula Sanc-

[1]) Maior pars eorum asservatur in P. R. O. et in aliis Archivis Guberniorum in London et in Dublin.

torum et scholarium". Nihilominus propter suam reclusionem in insula longinqua in margine mundi tunc noti, manserunt satis barbari et inordinati. Rempublicam proprie dictam numquam habuerunt, sed regnaverunt ibi iure violentiae reguli innumeri, a regibus regionalibus plus minusve coerciti, et semper inter se discordes Quae omnia versa sunt in peius per continuas invasiones gentium ex Scandinavia saeculis IX—XI. Unde regulus quidam advocavit Anglos in adiutorium anno 1170, qui exinde non cessaverunt, simul cum Scotis, Hiberniam invadere, et rebus eius se immiscere, tunc amicaliter, perfectiorem ordinem Ecclesiae Romanae et culturae continentis imponere studentes, tunc tamquam rudes vastatores. Hiberni evidenter hos invasores habuerunt in odium, simulque omnia quae illi attulerant, et ideo novum ordinem ecclesiasticum, calendarium romanum, et novos ordines religiosos hostiliter oppugnaverunt. Qui ex adverso talibus faverunt — quod fecerunt non pauci, inter quos Clarus Mac Mailin — habebantur tamquam anglophili.

Usque ad medium saeculum XII in Hibernia extiterunt tantum permulta monasteria secundum regulas Sanctorum indigenarum: Sti. Columbae, Comgalli, Columbani, Galli, et aliorum, quae omnia hoc tempore iam satis erant collapsa. Brevi ante invasionem Anglorum, Stus. Malachias initiaverat reformationem quandam ecclesiae, et introduxerat Cistercienses et Arroasienses[2]). Post invasionem autem, in diem magis hi „novi ordines" sunt propagati per nobiles anglonormannos, et per Hibernos culturae illorum faventes. Monasteria regulas antiquas sequentia aut paulatim sunt exstincta, aut per ordines supradictos substituta.

Sic erant res, cum Ordo noster insulam ingressus est circa annum 1200. Humilem locum tantum obtinuit, comparatus aliis. Omnes eius fundationes, e triplici radice ortae (Steinfeld, Dryburgh, Prémontré) et in septentrionali parte insulae sitae, peractae sunt praeter Tuam per nobiles anglonormannos vel per asseclas eorum indigenas, scilicet familias de Courcy, de Burgo, de Lacy, Bisset, et praesertim per Clarum Mac Mailin. — In catalogis antiquioribus, inter annos 1270/90 redactis, monasteria Hiberniae, una cum Fearn in Scotia, formant Circariam „Scocie". Ab anno tamen 1290, dempta Fernia, Circaria iam vocatur „Hybernie".

Habemus impressionem, tres sectiones extitisse in Circaria nostra, valde distinctas quoad originem et evolutionem. Prima est Tuam cum filiis suis. Haec abbatia videtur esse prima fundatio Ordinis in Hibernia,

[2]) Congregatio Canonicorum Ord. Sti. Augustini de Arrouaise habuit in Hibernia 26 capitula cathedralia et permultas alias domus. Cf. P. J. DUNNING, *The Arroasian Order in Medieval Ireland*, in: *Irish Historical Studies* IV *(1945) 297/316*, et D. LAWLOR, *St. Bernards Life of St. Malachy*, London 1920 (Soc. Prom. Christ. Knowl.)

peracta a regulo quodam indigena, inter annos 1170 et 76, e Steinfeldia matre genita. Secunda est sectio Ultoniae. Monasteria ibi sita, Carrickfergus et Dieulacresse, ab abbatia scotica Dryburgh annis circiter 1200/05 per nobiles anglonormannos fundata, et in posterum ut putamus, in unam abbatiam Woodburn coadunata sunt. Nullum habemus vestigium praeter indices, ea communicationem ullam cum reliquis monasteriis Circariae habuisse. Tertia sectio est Loch Ce cum filiabus suis, circa annum 1220/24 fundata ex archicoenobio Praemonstratensi per Clarum Mac Mailin, de quo viro vere claro manet quid dicendum. Clarus Mac Mailin O'Mulchonry, vir praestans et sanctus, fuit archidiaconus ecclesiae cathedralis Elphinensis. Videtur multum peregrinasse, et forte esse educatus in exteris regionibus. Forte commoratus est in Gallia, ubi primum contactum habere potuit cum Ordine, tunc (1209/20) a Gervasio Anglo gubernato. Eum fuisse anglophilum, ex multis indiciis liquet. Ordinem nostrum, in patria redux, summo cum zelo propagavit. Ad annum 1251, quo Clarus obiit, ALC habent sequentia: „Clarus Mac Mailin, archidiaconus Oilfinnensis, vir providus et discretus, qui carnem suam jejuniis et orationibus macerabat, qui pauperes et orphanos defendebat, qui patientiam et coronam observabat, qui persecutionem a multis propter iustitiam patiebatur, venerabilis fundator monasteriorum Sanctae Trinitatis per totam Hiberniam, et specialiter fundator monasterii Sanctae Trinitatis apud Loch Cé, ubi locum sibi sepulturae elegit, ibidem in Christo quievit sabbato Dominicae Pentecostes, cuius animae propitietur Deus . . . in cuius honore ecclesiam de Rinn Duin, et monasterium Ss. Trinitatis apud Loch Uachtair, ecclesiam Ss. Trinitatis apud Ath Moighe, ecclesiam Ss. Trinitatis apud Cill Raiss aedificavit.“ Causa, cur persecutiones passus fuerit Clarus, qui specialem devotionem habuit erga Ss. Trinitatem, ex supra dictis elucet.

Clarum coenobia aliorum Ordinum condidisse nobis ignotum est, eum fundasse „omnia monasteria Ssmae. Trinitatis in Hibernia“ est exageratio. Abbatia Tuamensis, eodem patrocinio insignita[3]), ante eum ab aliis est fundata. Tamen constat eum fuisse fundatorem abbatiae de Loch Cé et ecclesiarum ab illa dependentium. Quaeritur, quo anno coeperit hanc suam actionem. Secundum Archdall, fundatio de Loch Cé, quae est quasi „lapis angularis“ in hac Circaria, peracta est anno 1215. Annales annum fundationis reticent. Terminum post quem habemus in Epistola Gervasii

[3]) Nisi forte — quod est possibile — patrocinium, primitus sub invocatione alius cuiusdam sancti, ab ipso Claro sit mutatum. Notandum est tamen, perplures domus religiosas omnis generis in Hibernia fuisse dedicatas SS. Trinitati.

Angli, abbatis Generalis[4]), quae secundum Cheney conscripta est inter annos 1216 et 19[5]). Gervasius dicit in ea, canoniam Tuamensem esse unicam, et quidem languentem domum Ordinis in Hibernia. Si Loch Cé tunc iam extitisset, profecto Gervasius, de statu Ordini satis instructus, non omisisset mentionem eius facere, et forte Clarum nostrum, probabilius ei notum, laudibus exaltare. Terminus ante quem existit in AConn, qui anno 1224 incipiunt, et qui pariter fundationem illius praeclarae canoniae, si post hoc datum accidisset, memorassent utique.

Suspicari licet, Clarum per reformationem abbatiae Tuamensis impulsum, Praemonstratenses advocasse in Loch Ce, et quidem paulo postea. Ergo fundatio de Loch Ce videtur esse peracta inter annos 1217 et 24. Zelus Clari Circariam egregie auxit, et novam vitam et spiritum gallopraemonstratensem ei insufflavit, quin tamen influxum eius ullum in duas canonias Ultonienses, et immo in Tuamensem filiisque eius invenire valeamus.

Quaeritur nunc, numquid fuerint asceteria monialium in hac Circaria. Secundum Grattan Flood, ibi erant duo: Baile Mor, et Cill na Trinoide.

---

[4]) HUGO SAM Ep. Nr. 73, cf. KIRKFLEET p. 261. Gervasius abbas scribit ad abbatem Viconiensem: „... Lator praesentium Isaac canonicus ecclesie sancte Trinitatis in suburbio metropolis Tuamensis, quae sola nostrum Ordinem in Hibernia profitetur, venit nuper ab extremis illis terrae finibus Praemonstratum, ab abbate suo missus in Franciam, causa gallici idiomatis addiscendi, et videndi disciplinam Ordinis et rigorem, quem in ecclesiae sua forte propter raritatem fratrum et gentis illius barbariem non videret. Placuit autem nobis satis haec illius intentio, quae tamen multo amplius placuisset, si competenter vestitus nobis oneri non venisset. Anno siquidem praeterito, circa adventum Domini, quando hiems erat asperior, venerunt ab eadem ecclesia Praemonstratum tres fratres, singuli singulas tunicas habentes, et illas quidem vetustate tenues, textura subtiles. Venerunt autem, ut libros Ordinis et ecclesiasticos et secundum usum nostrum conscriptos, ad propria reportarent. Oportuit igitur, ut curaremus eorum succurrere nuditati, et multiplici eorundem indigentiae subvenire. Cum igitur hoc anno fuerimus gravati et illis, et aliis septem hospitibus, quibus omnibus provideri oportuit in vestitu, nec sufficiant nobis vellera ad omnes, qui veniunt, vestiendos, non valentes soli onus Ordinis sustinere, dictum Isaac ad vos mittimus, rogantes et mandantes vobis, quatenus illum detineatis ad tempus supplentes ex reliquiis fratrum vestrorum suorum vestium paucitatem, et solantes eum nihilominus tamquam hominem in claustri arctitudine vel Ordinis rigore non nutritum."

[5]) CHENEY, *Gervase, Abbot of Prémontré (Bulletin John Rylands Libr. Manchester* 1950 XXXIII) p. 34. Quoad silentium Gervasii de duabus canoniis in Ulster vide infra notam sub Woodburn.

Primum a Waraeo designatur tamquam parthenon Ordinis nostri, quod tamen neque ab Annalibus hibernicis, neque ab aliis documentis probatur. Fieri autem potest, moniales Cistercienses, quae una cum canonicis (O. Praem vel O. S. A.) a saeculo XIV ibi occurrunt, primitus fuisse Praemonstratenses. Si hoc admittimus, facile explicanda est earum origo. Certe venit prima turma earum ab exteris, et quidem non ex Scotia, ubi nullus extitit parthenon Ordinis, multo minus autem e Praemonstrato, quod monialibus tunc temporis minime favebat, easque supprimere iussit in universo Ordine. Nil restat nisi Steinfeld. In circaria enim Westfaliae sorores magno erant in honore, canonicos longe superantes numero, et Steinfeld omnibus suis fundationibus usque ad annum 1176 coetum earum solebat adiungere. Forte hae moniales statim collocatae sunt in Baile Mor, forte initio degebant in vicinitate abbatiae Tuamensis, etsi illa vix fuerit monasterium vere duplex. Quomodo hae moniales tunc venerint in Baile Mor, coniicere tantum possumus[6]). Alter Parthenon, Cill na Trinoide, videtur esse adinventio Grattan Flood, existentia enim eius nullo argumento potest probari.

Maximum problema, hucusque non elucidatum, constituunt prioratus et ecclesiae dependentes in hac Circaria. De pluribus enim non constat, utrum fuerint merae ecclesiae incorporatae, ab uno canonico rectore administratae, an domus vere formatae, scilicet cellae seu prioratus dependentes. Hinc etiam numerus domuum nostrae Circariae est incertus.

Catalogi Ordinis nostri omnes sex tantum canonias ei attribuunt: SS. Trinitas (Tuam) ut domus primaria, Grafergos, Diex la Croisse, Kelvemenach, Loke et Ballineval, de quarum igitur existentia tamquam domorum virorum sui juris nullum iam viget dubium. Attamen indices omittunt Enach Duin et Loch Uachtair, quas certe fuisse domus formatas pariter dubium non est. Registrum Tychfeldense[7]), in fine saeculi XIII conscriptum, dicit: „monasteria habet Ordo noster in Regno Angliae 30, et 2 monialium, in Wallia nisi unum tantum, in Hibernia 13, in Scotia 6.“ Numeri quos habet registrum pro Scotia, Anglia et Wallia, ad amussim traduntur, praeterquam respectu monialium in Anglia, quas hoc tempore tria asceteria habuisse constat. Ergo, cum vix possimus dubitare de veracitate illius registri, quaenam sunt haec quinque monasteria supernumeraria quae affert? — Archdall enumerat decem monasteria in circaria nostra. Ignorat tamen Cill na Manach, Dieulacresse vero et Carrickfergus redigit in unum, sed habet cellas Ath Muige, Cill na Trinoide, Gaillimh et Cill Raiss, quae erant usque modo ignotae. Atqui constat ex

[6]) Cf. hypothesim nostram hac de re infra apud Baile Mor et Tuam.

[7]) A. GASQUET, CAP (cf. supra apud Circ. Angliae), I 251.

ABoyle, Athmuige fuisse verum monasterium dependens a Loch Ce. In ALC et in Ann. Conn. quidem Cill Raiss et Ath Muige sunt inserta tamquam „ecclesiae" a Claro Mac Mailin exstructae, de reliquis vero in nullis aliis fontibus Medii Aevi, ne quidem in Litteris Papalibus, verbum invenimus. Sola Gaillimh occurrit ibidem bis saeculo XV, sed tantum ut nuda capella ab uno canonico administrato. Cill Raiss pariter memoratur, sed absque ulla connexione cum Ordine. In concessionibus reginae Elisabeth anni 1594 Ath Muige, et Cill na Trinoide designantur tamquam „cellae" ad abbatiam Loch Ce quondam spectantes.

Certum est, canonias Hiberniae habuisse ecclesias per religiosos administratas. Ex Litteris enim Papalibus discimus, plures extitisse ecclesias, „a canonicis Ord. Praem. serviri solitas", sed simul apparet hunc modum administrandi fuisse sat irregularem[8]). Non videntur extitisse parochiae permanenter administratae, praesertim cum a saeculo XV Curia Romana, provisiones omnium beneficiorum sibi reservans, illa promiscue dederit sacerdotibus omnis generis.

Ecclesias supradictas (Cil Raiss, Gaillimh, et Cill na Trinoide) revera saeculo XIII fuisse cellas vel prioratus, verisimilitudine non caret. Haec species domus minutae sed formatae, pluries absque jure parochiali, invaluit apud Circarias nostras in Gallia et in Anglia saeculo XIII. Sed probabiliter hoc systema iam saeculo sequenti erat derelictum, deficiente enim numero sacerdotum, canoniae in cellis istis iam non exposuerunt nisi unum sacerdotem tantum, administratorem bonorum, et titulo prioris insignitum. Forsitan evolutio talis fuit etiam in Hibernia.

In Loch Ce, fundatione Clari, ab ipso probabiliter directa, et corona quatuor vel plurium filiarum circumdata, quae sicut mater ipsa, tempore Clari videntur fuisse prioratus tantum, tunc viguit systema sat insolitum in Ordine nostro, ut videmus ex ABoyle ad annum 1232: „Hoc anno per Clarum Elfenensem arcediaconum inceptum est monasterium canonicorum regularium apud Ath Mugi, assumens secum canonicos de Insula Sancte Trinitatis, ita ut conventus Insole Trinitatis utrique serviret monasterio alternatim, ut qui uno anno servirent in uno, alio servirent in alio." Ex quo apparet intentio Clari: ex canonia matre fratres alternatim mittuntur in varios prioratus, qui illi fere aequiparantur, sicut est de more, mutatis mutandis, in ordinibus mendicantium. Quae consuetudo certe etiam in Loch Uachtair, ac probabilius etiam in aliis prioratibus adhibita, in decursu saeculi XIV paulatim erat desueta, ex penuria sacer-

[8]) P. L. X 222: „a certain vicarage or chaplaincy in the church of Annadown, wont to be assigned to secular clerks, and sometimes wont to be governed by Premonstratensian canons . . ." Anno 1615 tamen dicitur, septem parochias spectasse quondam ad abbatiam de Loch Ce (Royal Visit. Book, v. infra)

dotum. Tantum in Loch Uachtair forte adhuc saeculo XV erat parva communitas ad nutum abbatis de Loch Ce.

Tamen fieri potuit, hoc „novum systema" a Claro introductum, violento modo iam prius fuisse turbatum. Ordinem nostrum fuisse oppugnatum tamquam extraneum, et Clarum subiisse persecutiones, iam supra audivimus. Notabile est, hoc eodem tempore systema anglonormannicum, quod instituerant Cistercienses abbatiis suis in Hibernia occidentali, misere corruisse. Maximae consecutae sunt perturbationes, abbates complures sunt necati, monasteria partim suppressa vel ad statum „grangiae" reducta, omnes filiationes hibernae ad abbates Angliae translatae[9]). Est possibile, minori tamen gradu, post mortem Clari etiam Ordini nostro talia accidisse. Magna est probabilitas, monasteria Baile Mor, Cill na Manach, et Carrickfergus auctoritate Capituli Generalis a dignitate abbatiali ad statum prioratus fuisse reducta.

Tamen vix credere possumus assertioni Registri Tychfeldensis, in Hibernia extitisse 13 domus Ordinis. Si enim omnes „cellas" nobis notas ex Archdall et Grattan Flood admittimus, si recte inter Dieulacresse et Carrickfergus distinguimus, habemus 12 monasteria. Ut tertium decimum attingamus, necesse esset admittere etiam aut Rinn Duin, aut Sligo, ecclesias quas secundum ALC et AConn Clarus noster exstruxit vel construere intendit.

Sed nihilominus manet difficultas: si Registrum cellas huiusmodi admittit tamquam monasteria, quare non idem facit quoad Angliam, ubi hoc tempore varii prioratus ut domus vere formatae extiterunt? Ergo censemus rem ita se habere: Registrum, sicut catalogi Ordinis, non respicit nisi monasteria virorum sui juris, quorum tamen numerum dat accuratius illis. Numerus xiij potest esse falsa lectio vel error copistae, recte deberet esse viij vel viiij, qui numeri, gothicis litteris scripti, facile confundi possunt cum xiij. Septem autem monasteria sui juris saeculo XIII in nostra Circaria extitisse constat: Dieulacresse, Carrickfergus, Tuam, Loch Ce, Cill na Manach, Baile Mor et Enach Duin. Quaenam habuerit redactor registri pro octavo vel nono, nescimus. Forte Loch Uachtair et Ath Muige tunc temporis revera habebantur ut sui juris, sed in confusione continua in hac insula existenti, viguit probabiliter incertitudo hac de re vel apud ipsos religiosos, et res insuper saepius se mutaverunt[10]).

---

[9]) B. GRIESSER, *Registrum Epistolarum Stephani de Lexington*, in *Anal. S. O. Cist.* II 1946, pp. 1/118

[10]) Confer infra apud Loch Uachtair, quae dicunt contradictoria Litterae Papales de statu iuridico huius domus.

De historia Circariae saeculis XIII et XIV, quae erant decisiva, praeter ea quae habemus in variis Annalibus, perpauca tantum scimus. Sed aliunde notum est totam vitam ecclesiasticam in Hibernia, saeculo XIV iam ante schisma Avenionense ruisse in peius, usque ad collapsum fere totalem. Influxus Anglorum, qui servaverant ordinem a se ibi introductum, propter bella continua cum Scotis et Gallis diminuit, invaluitque ubique confusio maxima. Cohaesio familiarum (clan) radicitus Celtis innata, ex praelaturis fecit beneficia haereditaria nobilium, plus semel a patre in filium transeuntia, maximum in damnum disciplinae clericalis et regularis. Res saeculi XV per Litteras Papales nobis melius innotescunt, et parum confert ad aedificationem, quod ibi legimus. Curia Romana, ut iam diximus, sacerdotes tum saeculares, tum aliorum ordinum indiscriminatim abbatiis et prioratibus nostris providebat, simul iubens eos ad professionem Ordinis esse admittendos. Praemonstratenses ita facti sunt abbates et commendatarii in monasteriis aliorum ordinum, et vice versa, quod saepius videtur esse factum per simoniam. Finaliter omnis distinctio inter singulos ordines in praxi evanuit, ita ut saepe iam sit incertum, ad quem ordinem unum alterumve monasterium pertinuerit. Transitus ad alium ordinem quemlibet, alibi generatim rarum et extraordinarium quid, videtur fuisse in Hibernia res communis et quotidiana, quod innuunt forte iam ALC ad annum 1250. Annales ibi referunt, Clarum instituisse Praemonstratenses ex Loch Ce in Loch Uachtair, statimque subnectunt: „et idcirco Clarus hoc fecit in Domino, quia Praemonstratenses gaudeant consimili privilegio cum monachis, ita quod ad ullam aliam religionem postea transire possent.“ Quid sit huius incisi nexus logicus cum secunda fundatione de Loch Uachtair, difficile est dictu[11]).

Monasteria Hiberniae, quorum abbates numquam erant infulati, comparata cum Anglis et Scotis, generatim erant paupera. A saeculo XIV nullam taxam videntur solvisse Praemonstrato. Summa talliarum, quae accurate unicuique canoniae in catalogis post annum 1290 redactis est adscripta, apud Circariam Hiberniae ubique desideratur. Tamen in copia saeculi XVII alicuius catalogi circa annum 1300 redacti legimus: „Talliae non adnotantur ad singulas, sed in principio ponitur, quod in tota hac Circaria quaelibet solvit tres florenos Renenses“[12]).

---

[11]) Notandum est, Statuta annorum 1236/38 transitum huiusmodi nullo modo prohibere, sed tantum providere „si postea redierint, non recipiantur nisi per ... Capitulum Generale“ (LEFEVRE, *Les statuts*, p. 123). Qui passus et in redactiones posteriores Statutorum fuit transsumptus.

[12]) MS Ducrocq, Bibl. Mun. de Laon 538 I 10

A saeculo XIV omne commercium Circariae Hiberniae cum Praemonstrato paulatim videtur cessavisse. Haud mirum quidem. Schisma enim Avenionense, separatio ab Ordine Circariarum Angliae, a quo regno magna pars Hiberniae tunc iam dependebat, sicut et magna distantia sunt causae huius seiunctionis. Praemonstratum, et ipsum saeculo XV satis declinans, non amplius curavit de partibus dissitis, et sic corruptio completa, quam vidimus vigere in hac nostra Circaria ex testimonio Litterarum Papalium, a nullo visitatore umquam fuit correpta. Neque videtur attigisse Circariam Hiberniae reformatio illa, post medium saeculum XV in Circariis Angliae peracta. Richardus Redman, Abbas Shappensis in Anglia, anno 1459 quidem nominatus est „Visitator Ordinis in Anglia, Wallia, Scotia et Hibernia", sed activitas eius, ceteroquin vigorosa et efficax, videtur fines regni Anglici non excessisse. Quidquid sit, certum est tamen, scandala supra allata nec in hac Circaria fuisse normam. In abbatia Loch Ce, saeculo XV, abbas Magnus Mc Donnchayd, durante regno suo sexagenario fuit egregius fautor artis et litterarum, ut ALC magna cum laude pronuntiant, quod non est signum corruptionis, sed potius vitalitatis. Et Praemonstratenses hiberni habuerunt sua tempora fervoris et prosperitatis, ut a gente tam funditus christiana erat exspectandum. Maximae res gestae a monasteriis sunt illae, quas nescimus et quas nullus chronista notavit.

Initio saeculi XVI Circaria constituit adhuc tribus canoniis: Woodburn, Loch Ce et Tuam. Enach Duin iam antea interiit, et Loch Uachtair tunc vix adhuc erat domus formata. Ab anno 1540, monasteria in parte ab Anglis occupata sita (The Pale), suppressa sunt, scilicet Woodburn et Baile Mor, quod ultimum tamen Ordinem nostrum tunc iam liquisse videtur. Ab anno 1584 Elisabeth regina coepit monasteria etiam reliquae partis insulae supprimere et nobilibus sibi devotis tradere, addita conditione: „si contigit ei possessionem horum bonorum adipisci", quod fluctuante semper bello, nequaquam erat securum. Anno 1594, omnes domus residuae ita sunt alienatae, et paulo post exstinctae.

Grattan Flood dicit ultimum abbatem Tuamensem, Joannem Kieran, anno 1580 Dublini martyrio esse coronatum. O'Flanders idem habet, et Eugenium O'Mulkeran, ultimum abbatem de Loch Cé, dat ei in socium. Revera hi abbates numquam extiterunt, agitur insuper de uno eodemque, et utrum reapse fuerit Ordinis nostri ille martyr, adhuc manet valde dubium. In indice officiali Martyrum Hibernorum elaborato a Commissione canonizationis[13]), invenimus: „27. Joannes Kieran,

[13]) I. E. R. 5th Ser. XI (1918) p. 313

canonicus O. Praem., aut Owny Mulcheran, monachus O. Cist, suspensus anno 1580". Edwards[14]) adducit in serie martyrum tantum: „Eoin (Mul)-cheran O. Cist", absque mentione alicuius martyris Ordinis nostri[15]).

De tota Circaria hodie nihil superest praeter modicas ruinas ecclesiarum in Loch Cé, Loch Uachtair et in Cill na Manach, omni decore carentes. Nostro tempore tamen ordo revixit in Hibernia. Abbatia Tongerloensis in Belgio anno 1924 fundavit prioratum Kilnacrott in Co. Cavan, non longe a Loch Uachtair. Quae domus iam bene floret.

Nota. Omnia nomina propria damus in lingua gaelica, etsi communiter in anglica tantum sint nota. Pronuntiatio gaelica est difficilis nimis, nec in gallicam commode transscribi potest phonetice. Forma autem anglica nominum, recte prolata, generatim pronuntiationi gaelicae bene consonat. Notetur etiam quod in gaelico idiomate ce et ci profertur tamquam ke et ki.

---

[14]) R. D. EDWARDS, *Church and State in Tudor Ireland*, London 1935

[15]) Confer tamen quod supra diximus de incertitudine et negligentia, tunc temporis circa attributionem ordini cuidam vigentes! Notandum est, Chrysostomum Vandersterre iam anno 1625, id est 45 annis post factum, martyrium Joannis Kierani abbatis in opere suo „*Natales SS. O. Praem*" exaltare laudibus. Dicit eum fuisse Ordinis nostri, et ex stirpe clarissimo Tyrconnell.

FONTES

ABoyle	*Annales de Boyle*. Asservantur in Brit. Mus. Cotton MS Titus A XXV. Ed. A. M. FREEMAN in „*Revue Celtique*" voll 41—44 (1924/27) separatim Parisiis 1929. Nota introductoria a R. FLOWER, ibidem vol. 44 (1927) pp. 339/44[16])
AConn.	*Annales de Connacht*. ed. A. M. FREEMAN, Dublin 1944
AFM	*Anala Rioghachta Eireann (Annals of the Four Masters)*. 7 vols ed. J. O'DONOVAN 1848/51
ALC	*Annales de Loch Cé*, rectius Liber familiae Mac Diarmada (1014—1590), ed. W. M. HENNESSY, 2 voll., London 1871, nova ed. Dublin 1939
Ann. Ul.	*Anala Uladh (Annals of Ulster*, sive „de Senat", Annales Ultonienses 431—1131, 1151—1541) ed. W. M. HENNESSY et B. McCARTHY, 4 voll. Dublin 1887/1901
De Annatis	*De Annatis Hiberniae* 1400—1535, vol. I Ulster, ed. M. A. COSTELLO, Dublin 1912
CDI	*Royal Letters. Calendar of Documents relating to Ireland* 5 voll. 1171/1307, London P. R. O. 1875/86
C. St. P. Eliz.	*Calendar of State Papers relating to Ireland during the Reign of Elizabeth* 1574/85, 11 voll. London 1867 sq.
Fiants Eliz.	*Reports of the Deputy Keeper of the Public Records in Ireland*, Appendices: *Fiants of Elizabeth*, Dublin 1870 sq.
	W. KING, *Collectanea. Church History of Ireland* (Vol. XIII of the Harris MSS in the National Library, Dublin)

[16]) Fons iste praecipuus primo continet Annales abbatiae de Boyle (O. Cist., non longe a Loch Ce distantis) ad annum usque 1228, in quibus vix est insertio de Praemonstratensibus, sed permulta et magni ponderis de Boyle et de ordine Cisterciensi. Ab anno 1228, ab alia manu prosequuntur, et exinde est vice versa. Reliqua nempe usque ad finem (1257) videntur esse archetypus, mutilatus quidem, Annalium de Loch Cé, et in hac abbatia redactus. Textus est, ut asserit Flower, antiquior et fide dignior aliis annalibus infra allatis, qui Annalibus his nitentes, partim eadem ad amussim proferunt. Quod sic tantum explicare possumus: in Capitulo Generali, Cistercii anno 1227 celebrato, abbas de Boyle tamquam rebellis deponitur, anno sequenti per visitatorem anglum Boyle submittitur paternitati abbatiae Claraevallensis in Gallia (GRIESSER, art. supra citat). Nescimus, quid, hoc nuntio allato, in Boyle acciderit. Sed fieri omnino potuit, partem communitatis, de hisce indignatam, emigrasse in Loch Cé. Facti sunt deinde ex monachis canonici Ordinis nostri, et Annales sui monasterii, quos secum attulerant, prosecuti sunt tamquam Praemonstratenses (P. A. Gwynn S. J.)

Taxatio — *Taxatio Ecclesiarum Hiberniae 1302/07*, in: CDI (ut supra). ed. H. S. SWEETMAN 1886, pp. 202/323, cf. Nr. 2207

A. THEINER, *Vetera Monumenta Hibernorum et Scotorum historiam illustrantia*, Romae 1864

Litteratura

L. A. ALLEMAND, *Monasticon Hibernicum*. ed. anglica translata a J. STEVENS, London 1722

M. ARCHDALL, *Monasticon Hibernicum*, Dublin 1786. Secunda editio revisa, sed non terminata, auctore P. F. MORAN, 2 voll. Dublin 1873/76

E. C. R. ARMSTRONG, *Irish Seal Matrices and Seals*, Dublin 1913

W. COBBETT, *History of the Reformation in England and Ireland*, London 1927

H. Irel. — D'ALTON, *History of Ireland*, 2 voll. Dublin 1849

H. A. T. — E. D'ALTON, *History of the Archdiocese of Tuam*, 2 voll. Dublin 1928

W. H. GRATTAN FLOOD, *The Premonstratensians in Ireland*. in: I. E. R., Dec. 1913 pp. 624/31

J. F. KENNY, *Sources for the Early History of Ireland*. Columbia Univ. Press. 1929

H. T. KNOX, *Notes on the Early History of the Dioceses of Tuam, Killala and Achonry*, Dublin 1904

S. LEWIS, *Topographical Dictionary of Ireland*. 2a ed.. 2 voll. London 1846

J. LYNCH, *De Praesulibus Hiberniae*, 2 voll. ed. J. O'DOHERTY. Dublin 1944

Ph. O'CONNELL, *The Diocese of Kilmore, its History and Antiquities*, Clonskeagh 1937

A. O'FLANDERS O. Praem., *Erin*, Nieupoort 1922 (in lingua flandrica)

IDEM, *The Annals of Lough Key*, *Anal. Praem.* VI 1930 pp. 410/14

J. WARE (Waraeus) *De Monasteriis Hiberniae* (cap. 26 operis eius „*De Hibernia et de eius Antiquitatibus Disquisitiones*". London 1654)

Versio anglica in W. HARRIS, *Complete Works of Sir James Ware*, Dublin 1739/64, II 262/84

I. E. R. — *Irish Ecclesiastical Records*, Dublin 1903 sq.

Cf. apud Circarias Angliae: Brewer, Grose, Kirkfleet, et maiorem partem editionum P. R. O., praesertim Litteras Papales (P. L.)

ATH MUIGE Ss. Trinitatis

Ath Mugi, -Moighe, Athmoy, Attymas, Killamoy, Killeen

Non longe ab oppido Boyle, in parochia Geevagh (quondam Kilmactranny), in comitatu Sligo, Dioc. Elphin

Prioratus dependens a Loch Ce. Ad annum 1232, ABoyle dicunt de eius fundatione: „Hoc anno per Clarum Elfenensem arcediaconum inceptum est monasterium canonicorum regularium apud Ath Mugi, assumens secum canonicos de Insula Sancte Trinitatis, ita ut conventus Insole Trinitatis utrique serviret monasterio, ut qui in uno anno servirent in uno, alio servirent in alio“ [17]). Ex quo liquet, ibi degisse medio saeculo XIII spectabilem communitatem canonicorum. Postmodum vero hic prioratus non amplius memoratur. Anno 1594 regina concessit Roberto Harrison „the ruined chapel or cell called Killamoye... parcel of the possessions of the monastery of Holy Trinity Loghkee“. Nihil de ea superest.

Litteratura: ARCHDALL 626 — GRATTAN FLOOD 628 — *Fiants. Eliz.* 5877 — KIRKFLEET 158/59 — KNOX 274 — O'CONNELL 247 — WARE 115 — WARE HARRIS 272

BAILE MOR B. M. V.? (St. Owens? LEWIS l. c.)

Anglice Bally-, Ballimore. — Lough Sewdy, Loch Semhdidhe, Lochseiudi, Lochsewdy. Locsidi alias Villamagna (quod est versio latina nominis gaelici Baile Mor)

Juxta lacum Loch Sewdy in toparchia Rathconrath, Prov. Westmeath, Dioc. Meath.

Problema sat intricatum praebet monasterium hoc. Catalogi nostri omnes norunt tantum: „Ballineval, filia Tuamensis (LW), in provincia Almatana (LWT)“, S et N 2 dant nomen absque additione; solus H habet: „dyocesis Armacensis, filia Praemonstrati“. In Obituario abbatiae anglicae de Beauchief[18]) invenimus „Berasdum abbatem de Ballimore“. Ceteri fontes Ordinis tacent, et Hugo videtur materiam suam haussisse e Waraeo. Atqui existunt loca varia nominis Ballimore, immo etiam Ballineval (White, o. c., cf. ind) in provincia Ultoniae (Ulster), ergo intra

[17]) Cf. quod diximus hac de re supra in praefatione.

[18]) Hoc necrologium saec. XIII asservatur in Brit. Mus. Cotton MS. Caligula A VIII. Vide de eo supra suo loco apud Circ. Angliae.

fines diocesis vel saltem ditionis metropolitanae de Armagh, sed nullo vestigio suadetur ibi umquam fuisse monasterium.

Ware omnium primus dicit, parthenon Baile Mor fuisse Ordinis nostri, quod vero ex nullo fonte medii aevi probatur. Dioecesis Meath, in qua est situs, reapse pertinet ad „provinciam Almatanam“, quod est certe corruptela pro Armacanam = Armagh. Indicatio duorum catalogorum, Ballineval fuisse filiam abbatiae Tuamensis, longe minus distantis a Baile Mor quam Armagh, hanc sententiam Waraei reddit probabilem. Ergo possumus supponere, parthenon Baile Mor esse idem ac Ballineval occurrens in nostris catalogis[19]). — Archdall praetendit: Baile Mor fuit antiquitus abbatia celtica, dein opulentum monasterium duplex, cuius moniales Ordini Sancti Benedicti, canonici vero Ordini Praemonstratensi adhaeserunt. Fundatum est (vel potius renovatum) anno 1218, a Walter de Lacy, e stirpe normannica in Hibernia occidentali notissima. Swarbrick[20]) dicit, Baile Mor fuisse filiam abbatiae Stae. Radegundis in Anglia, nullo fonte attamen allato.

Haec omnia, etsi videantur esse valde contradictoria, tamen partim vera esse possunt. Variae coniecturae fieri possunt: Aut Tuam iam in fundatione sua collocavit ibi moniales suas, quas una cum Steinfeldensibus e Germania fuisse advolatas videtur esse probabile. Moniales autem post reformationem canoniae Tuamensis, circa annum 1218 a Praemonstrato peractam, zelo reformatorio factae sunt odiosae, et sibimetipsis derelictae, ad ordinem Cisterciensem transierunt, dum separatim ab illis ibi esset instituta abbatia virorum. Aut Tuam moniales suas initio habuerat in vicinitate, anno 1218 vero misit eas in Baile Mor, simul cum illis instituens abbatiam virorum, quae primo Praemonstrati, dein Sanctae Radegundis paternitati subdita, mox tamen in prioratum videtur esse reducta. Moniales, a reformatoribus, ut in Gallia de more, ad exstinctionem destinatae, se huic sorti subtraxerunt aggregatione ad Ordinem Cisterciensem, cui eas saeculis XIV et XV revera adhaesisse percrebrae citationes in Litteris Papalibus probant[21]). Mansit simul cum monialibus, parvus prioratus canonicorum. Utrum hi canonici fuerint O. Praem, an O. S. A., non est certum, probabiliter a primo ordine ad

[19]) WARE o. c. econtra putat Ballineval, quam novit ex Lepaige, idem esse ac Loch Uachtair, quod in catalogis nostris, prioratus dependentes ex principio omittentibus, desideratur. Quae opinio est vix probabilis.

[20]) Vide supra apud Cockersand (Circ. Angliae)

[21]) Cf. quod diximus de hisce omnibus in praefatione. Moniales Praemonstratenses ob Ordine suo derelictae, transisse ad alium, nequaquam est rarum, sed permultis casibus analogis confirmatum.

alterum paulatim transierunt. Certe moniales cum illis numquam formaverunt monasterium vere duplex. Tempore Praemonstratensium patres Circariae hoc non toleravissent, et tempore Cisterciensium priorissa agit tamquam sui juris, exercet jus patronatus in varias ecclesias incorporatas, et parochia loci iam anno 1289 spectat ad clerum saecularem[22]). Has moniales fuisse directas quoad spiritualia a religiosis alius ordinis, non est extraordinarium[23]). Opinio Mac Fall[24]), et eum sequentis Grattan Flood, Baile Mor fuisse monasterium duplex Ordinis Sti. Gilberti, est suppositio omni argumento carens. Secundum Grattan Flood, anno 1470 a monialibus derelictum, monasterium datur canonicis Ord. Sti. Augustini. Quod quidem nullo probat fonte, tamen potest consonare veritati. Revera in actu suppressionis, anno 1540, verbum fit, tacito quidem ordine, de „canonicis in Lough Sewdy" a priore directis. Probabiliter prioratus canonicorum, de quo supra locuti sumus, iam fuerat exstinctus.

Anno 1536 solus prior erat domi. Henricus VIII rex post suppressionem intendit ecclesiam huius canoniae, etsi ruinosam, evehi in cathedralem dioecesis. Si umquam factum est, certe ad breve tempus tantum. Attamen cognoscimus ex hoc tentamine, ecclesiam fuisse amplam et spectabilem. Redditus annui in actu suppressionis erant Librarum 26/12. Nihil de monasterio superest.

Litteratura: HUGO I 233 — WAEFELGHEM 19 — ARCHDALL 706/08 — *De Annatis* I 60, 61, 63, 64, 67, 71, 101 — *Fiants Eliz.* Nr. 5495, 6130 — GRATTAN FLOOD 626 — DHGE VI 405 — CDI I 259 — KIRKFLEET 153 — BREWER, *Letters Henry VIII*, XI 564 — LEWIS I 144 — O'CONNELL 245 — P. L. I, VI/VIII, X, Pet. I cf. ind. — WARE 88 — WARE HARRIS 272 — N. B. WHITE, *Extents of Irish Monastic Possessions 1540/41*, Dublin 1943, pp. 284/85

Abbas et priores (P. L., et Beauchief Obituary)

Berasdus abbas † 29. Apr. 12..	Cornelius O'Casey, prior 1479
Geraldus prior † 1324	Thomas Tuite, prior 1536/40

---

22) Cf. P. L. locis infra citatis.

23) Parthenon Cisterciense Swine in Anglia saec. XII stetit sub directione canonicorum O. Praem. de Croxton (vide infra suo loco ap. Circ. Angliae), et asceterium Ichtershausen O. Cist prope Weimar, vigore instrumenti confirmationis, dirigendum erat non per monachum Cisterciensem, sed per canonicum regularem Ord. Sti. Augustini (HERMANN, *Kirchengeschichte Thüringens*, p. 113).

24) In articulo suo, parum scientifico, citato infra apud Woodburn.

CILL NA MANACH B. M. V.

id est, „ecclesia monachorum". Extant varia loca, et plura monasteria huius nominis in Hibernia. Anglice: Kilnamanagh. In documentis: Kilinamanach, Kilnamanoch. In catalogis corruptum est in Kelvemenach vel Schelmemenach.

In parochia Downpatrick, in comitatu Galway, Dioc. Tuam.

Ex fontibus ordinis nil erui potest circa hanc domum, nisi certa eius existentia: occurrit namque in omnibus catalogis, etiam in illis, qui abbatias tantum adducunt. Ex quo licet concludi, eam sicuti Ballimore initio fuisse abbatiam. Archdall et Ware eam ignorant, Hugo fatetur se nihil scire. Secundum Grattan Flood fuit prioratus Ordinis nostri, fundatus in loco perantiqui monasterii celtici anno 1260, ab abbatia Enach Duin. Dotatus est a Dominis de Hackett. In taxatione anni 1302 valet 6'8 shillings tantum. In Litteris Papalibus bis nominatur: anno 1399 data est indulgentia pro „Capella Stae. Mariae de Kilinamanach", quae dependet ab Enach Duin, pro reparatione[25]). Anno 1428 nova indulgentia conceditur, quia aedes in Cill na Manach „multiplicibus aerumnis sunt in ruinis, libri et suppellectilia ecclesiae non sufficiunt"[26]). Ex quibus apparet, hunc prioratum versus finem saeculi XIV iam adeo fuisse collapsum, ut nil aliud fuerit nisi cappella incorporata abbatiae de Cella Parva, ab uno alterove canonico illius administrata. Dubium est valde, quin post annum 1428 statum suum pristinum umquam recuperaverit, eo magis, quod ipsa abbatia mater eodem saeculo videtur desiisse. Circa annum 1590. bona alienata sunt sub Elisabeth regina. Superest pars ecclesiae.

Vicarius generalis archiepiscopi Tuamensis anno 1650 subsignat tamquam „abbas de Kilnamanagh". Nisi agatur de alio monasterio huius nominis, absque dubio est merus titulus.

Litteratura: HUGO II 5, 779 (duplicat) — WAEFELGHEM item 134. 272 — GRATTAN FLOOD 630 — KIRKFLEET 163/64 — *Fiants Eliz.* 4082 — O'CONNELL 248 — P. L. locis citatis — *Taxatio* 224

DIEULACRESSE Stae. Crucis

Drum Cross, Dun le Cros, Druin la Croisse, Deuleucres, Deulacres. In catalogis occurrit: A. N 2 Diex la Croisse, W: Duix Lacroisse, LHT nomen deturpant in Dinp, Dyex, Duix Lacroisse, Latisse, Lacroille. S et V omittunt. Omnes consentiunt, hanc domum fuisse filiam de Dryburgh et sitam in dioecesi Connor (prov. Ulster, in pago Antrim) — Vitetur confusio cum abbatia O. Cist. Dieulacres in Anglia (Staffordshire)

---

25) P. L. V 268

26) ibidem VIII 27

Probabiliter haec domus, cuius existentia est certa, et quidem distincta ab abbatia Carrickfergus-Woodburn, est eadem quae White Abbey (gaelice Mainister Thionn) inter Belfast et Carrickfergus, juxta mare, Dioc. Connor, Antrim.

Abbatia, de qua pauca tantum novimus. Ware, Archdall, Hugo, Grattan Flood et nuper Mac Keown contendunt, Diex la Croisse et Grafergos-Woodburn esse unum idemque. Sed insertio amborum in tot catalogos saeculorum XIII et XIV, et notitia Libri B. M. V. de Dryburgh, duas fundationes hanc abbatiam fecisse in pago Antrim: Carrickfergus et Drum la Croisse non longe distantem[27]), omne dubium excludunt, quidquid dicant auctores supradicti.

Certum est, in White Abbey extitisse monasterium cuiusdam ordinis candidi. Factum, quod in vicinia eius invenimus coenobia „Black Abbey" O. S. B., et Grey Abbey O. Cist, et quod nullus ordo albus ibi fuit nisi noster, iam innuit hoc monasterium fuisse Praemonstratense[28]). De historia eius ceteroquin nihil omnino scitur. Mc Connor supponit anno 1645, has ruinas quondam pertinuisse ad equites Sti. Joannis[29]), quod omni fundamento caret. Ruinae ecclesiae, longitudinis 38 pedum, et tribus fenestris gothicis ornatae, videbantur in White Abbey ad annum usque 1926, quo ab unione dicta „Orange Field Club" solo sunt aequatae.

Diex la Croisse, quam ergo putamus esse eandem ac White Abbey[30]), fundata est probabiliter tamquam prioratus ab abbatia Dryburghensi circa annum 1200. Dotatum est hoc monasterium, sicut vicinum Carrickfergus, absque dubio a familia de Courcy, quod innuit nomen gallo-normannicum „Dieulacresse". Carrickfergus circa annum 1220, etsi erectum interea in abbatiam, iam declinabat, et non amplius de eo fit mentio praeterquam in catalogis, dum in posterum Dieulacresse videatur fuisse aucta divitiis et dignitate. Occurrit enim tamquam testis ante annum 1257[31]) in actu cuiusdam donationis ab Isaac episcopo Connorensi factae: „Joannes Abbas de Deuleucres". Anno 1276 „frater Joannes abbas de

---

[27]) *Liber B. M. V. de Dryburgh*, edd. Bannatyne Club 1847, ad annum 1262, abbas Oliverius p. LXXXVII.

[28]) Notandum est autem, in Hibernia sicut in Anglia Dominicanos fuisse vocatos „Blackfriars", Carmelitas autem „Whitefriars". Monasteria mendicantium insuper per abusum ibi saepius vocabantur abbatiae. Sed de existentia Carmelitarum in hac regione nihil scimus, ergo theoria a nobis allata maiorem habet probabilitatem.

[29]) O'LAVERTY III 7

[30]) Idem putant Mc Fall, O'Flanders, Reeves ll. cc., et alii

[31]) Excerpta Waraei ex Registris de Muckamore, Brit. Mus. Add. MSS 4787 fol 93

Deulacres" factus est thesaurarius Ultoniae[32]). Anno 1279 Nicolaus episcopus de Down, et Joannes abbas de Deulacres insimul fuerant „receptores" eiusdem provinciae[33]). Apparet ex contextu, et ex origine aliorum testium in hisce documentis occurrentium, hic agi de rebus mere Ultonicis, non vero de confusione cum abbatia eiusdem nominis in Anglia, in cuius abbatum serie pro hoc nostro Joanne vix est locus[34]). Anno 1306, secunda in opulentia post episcopum, in tota dioecesi Connor, taxatur „Abbatissa de Dieulacresse"[35]). Deinceps non amplius memoratur haec canonia, sed eius loco vicina Woodburn tantum. Probabiliter, ineunte saeculo XIV (inter annos 1306 et 15), cum Robertus Bruce, rex Scotiae, Ultoniam devastaret, Dieulacresse et Carrickfergus sunt deletae, et communitates amborum ante annum 1326 in unam novam abbatiam Woodburn redactae[36]).

Vide etiam infra apud Woodburn, ubi et invenies Litteraturam.

ENACH DUIN St. Joannes Baptista

Enagh Dune, Anagh Dun, Cella Parva. Anglice: Anna-, Annaghadown.

Oppidum, et antiquus sedes episcopalis in comitatu Galway, Connacht. Mari adiacens. Saeculo XV haec dioecesis unita est Tuamensi.

Abbatia, plane ignota fontibus Ordinis, deest in omnibus catalogis. Ware confundit eam cum canonia B. M. V. de Portu Patrum (O. S. A.) in eadem civitate sita, quem sequuntur Archdall et Hugo. Fundata est haec domus exigua probabiliter tamquam prioratus abbatiae Tuamensis, regnante Muirchertach Ua Flaithbhertaigh, episcopo Enachduensi inter annos 1216 et 24. Donatus canonicus Ordinis nostri, probabiliter huius canoniae, relinquit habitum et ordinem ad amplectendum archidiacona-

---

32) Cod. Clarendon ibidem, vol. XLII fol. 17

33) ibidem fol. 22

34) In Cartulario istius abbatiae anglicae invenimus pro hac nostra epocha: William 1251, Walter de Morton 1272 (*The Cartulary of Dieulacres Abbey*, ed. J. WROTTESLEY, Staffordshire Collections vol. IX, N. S. 1906, cf. ind.)

35) Taxatur enim Librarum 41, paulo minus quam episcopus Connorensis. Certe hic erronee stat „abbatisse" pro „abbatis", ut iam probat REEVES p. 91.

36) Anno 1311 duo abbates Praemonstratenses, scilicet Welbecensis et abbas de „Belacres", licentiam regis Angliae obtinuerunt itineris instituendi ad Capitulum Generale (*Cal. Close Rolls 1307/13*, pp. 351, 430). Probabilius hoc est nil aliud nisi Dieulacresse (Delacres), cuius abbas forte Praemonstrati licentiam voluit petere ad translationem abbatiae suae dirutae in locum Woodburn. Notandum est, Ultoniam tunc spectasse ad regem Angliae.

tum Enachduensem ante annum 1226[37]). Primus vel secundus abbas Cellae Parvae erat Thomas O'Malley, filius episcopi et monialis cuiusdam, qui irregulariter adipiscitur episcopatum loci et probabiliter deponitur[38]). Quae scandala iam in initiis huius abbatiae demonstrant eam fuisse satis inordinatam ab ovo. Forsitan fundatio eius est connexa cum reformatione abbatiae Tuamensis (cf. etiam Baile Mor). Possumus ponere hypothesim sequentem: Pars minus sana canonicorum Tuamensium, innovationes per extraneos illatas aegre ferens, fundavit Cellam Parvam, quam abbatia Sti. Martini Laudunensis deinde studuit reformare. Hoc licet concludi ex facto, quod duo canonici dictae abbatiae saeculo XIII fiunt episcopi Enachdunenses[39]).

Cill na Manach est filia Cellae Parvae, dein prioratus, et postremo una ex ecclesiis ab ea administratis. Sed et alias ecclesias, ut Foranmore[40]), et quasdam in ipso oppido Enach Duin sitas[41]) administrare solebat. Valor redituum annuorum a Litteris Papalibus designatur contradictorie: Ca. 1423: 3 Marcarum (VII 285), ca. 1434:12 (VIII 620), et ca. 1444:20 (IX 128, 513) Taxatio 1302: 10 shillings. Saeculo XV abbatia est valde pauper et collapsa, ideo ut versus finem huius saeculi videatur desiisse. Circa annum 1480 adhuc citatur abbas. Nihil de ea superest.

---

37) De qua re Summus Pontifex ordinat inquisitionem (PRESSUTTI l. c.). Talia scandala, sicut et alterum Thomae abbatis, hoc maturo tempore immo in Circaria Hiberniae omnino erant insolita.

38) THEINER p. 27, et 47

39) Concors (Connor), probabiliter natione Hibernus, occurrit sub die 22a martii in Necrologio Sti. Joannis Ambianensis (MS 995/III Bibl. Publ. Nancy p. 248). Episcopus factus est anno 1251 (Anal. Praem. IV 182, et LIENHARDT, *Ephem.* p. 177 citant eum sub die 21a Junii tamquam Beatum!). Alter est Arnoldus, qui obiit secundum idem necrologium (MS 992/XVII 153, ibidem) tamquam „episcopus creatus Evectuensis" anno 1172. Hoc certe est error pro 1272. Anno 1172 enim episcopatus Enachduensis nondum extitit, nec Ordo in Hibernia, et circa annum 1271 nullus alius episcopus in hac dioecesi est notus. Videntur utrique fuisse installati per familiam anglicam de Burgo, qui hoc tempore omnia fecit ad subvertendam potestatem familiae O'Connor, tunc regnantis in Connacht. Sed gens O'Connor post bella diuturna praevaluit. Thomas O'Connor, eiusdem stirpis, archiepiscopus Tuamensis, annis 1250/79 omni modo dioecesim Enachdunensem studuit supprimere, nec ullum episcopum ibi toleravit. Ideo probabiliter nostri episcopi erant meri „candidati" Anglorum, nec umquam sedem suam occupaverunt, et in Gallia exules occubuerunt, quod insertionem eorum in varia necrologia ibidem explicat.

40) P. L. IV 414

41) ibid. XI 222

Litteratura: HUGO II 213 — WAEFELGHEM 261 eum sequitur, et insuper confundit cum abbatia Dunbrothy O. Cist. — ARCHDALL 283/84, 798 — MORAN ARCHDALL II 206 — C.D.I. 225, 234 — D'ALTON H.A.T. 87, 210 - GRATTAN FLOOD 627 — KIRKFLEET 154 — KNOX 274 — O'CONNELL 245 - P. L. IV/IX, XI, XIII - POTTHAST 12534 (cf. BERGER, *Reg. Innoc. IV* 2737, 4121) — PRESSUTTI, *Reg. Hon. III* 5898 — THEINER 47 — WARE 110 — WARE HARRIS 272 — Taxatio p. 234

Series abbatum

Thomas O'Malley 1227/47 (dein episc. Enachduensis, † 1250)	(Theiner, ALC)
Mauritius —1400	P. L. V. 289
Thomas O'Malley 1° 1400—	ibid.
Dermit Yconcuayr (O'Connor) —1423	P. L. VII 285
Patrick Odubaig (O'Duffy) 1423/28 (antea sac. saecularis)	ibid.
Thomas Omallayd (O'Malley) 2° —1434, depos	P. L. VIII 520
Mauritius Mc Eadagan O. S. A. 1434—40	ibid.
Patrick Odubaigh O. S. A. 1440—44, res.	P. L. IX 128, 513
Joannes Omeallayd (O'Malley) intrusus duobus annis	ibid.
Eugenius Mac Egan O. S. A. 1445/55	ibid.

LOCH CE Ssmae. Trinitatis

(id est: Lacus viri dicti Ké, sacerdotis cuiusdam pagani) — Insula Ssmae. Trinitatis de Loch Qyu, Loch-, Loc-, Lach-, Louchque, Locce. — Anglice: Lough Key, Lough-, Loghkee, -kie, -kea. Holy Trinity Island. — In catalogis fere omnibus occurrit sub voce Loke.

Amoene sita intra fines parochiae Kilbryan (Co. Roscommon, Dioec. Elphin) in insula in medio lacus eiusdem nominis. In alia insula eiusdem lacus erat abbatia O. S. A. (Church Island, Inish Mac Nernin), Stae. Mariae dedicata, cum qua saepius ut v. g. b. Archdall, confunditur canonia nostra.

Abbatia totius Circariae celeberrima. Loco eius fuisse monasterium celticum iam tempore Sti. Columbkill, videtur esse certum. Inter annos 1216 et 24 Ordini nostro traditum est ope Clari Mc Mailin, de quo vide supra in praefatione. Filia Praemonstrati, initio, ut videtur, prioratus. Ditavit hanc canoniam potens familia Mac Diarmada (Mc Dermot), in cuius dominio erat sita. Clarus tradidit suae fundationi varias ecclesias incorporatas, inter quas Loch Uachtair et Ath Muige certe, Cill Raiss vero, Cill na Trinoide et Rinnduin forsitan erant prioratus et domus

vere formatae („cellae"). In dioecesi Elphinensi ecclesiae parochiales a canonia administratae erant septem[42]). Incorporatae et ad tempus administratae erant Mynbrisg sive Sligo „Inter duos pontes"[43]), Geewagh et Kilvegond[44]), et Killadoon[45]). Clarus fundator, qui anno 1251 in abbatia est sepultus, videtur eam direxisse quidem, sed probabilius non erat abbas, ut supponit O'Connell p. 253. Taxatio anno 1302: 40 sh. („Lochque canonicorum"). Valor monasterii anno 1427: 24 marcae. Mensa abbatialis, quae erat separata, anno 1421 valebat 15 marcas[46]). De praeclaris Annalibus de Loch Cé vide supra inter Fontes. In ecclesia abbatiali erat peregrinatio ad celebrem quandam imaginem B. M. V., quae adhuc saeculo XIX videre erat in ruinis, interea autem ablata est. Secundum ALC, abbas Magnus Mc Donnchada († 1504) fautor erat egregius artis et litterarum. Philippus O'Daly poeta, et canonicus Ordinis nostri, qui exeunte saeculo XV scripsit poema de Sancta Margareta[47]), forsitan pertinuit ad hanc abbatiam. Dum Rory Mc Dermot, qui seipsum fecerat abbatem commendatarium, esset potestatem habens in regione (1548—68), canonia damna passa non est, sed circa annum 1585 videtur esse suppressa. Anna 1594, cum bonis suis concessa est Roberto Harrison, pro Libris 26/12 annuatim reddendis. Qui tamen videtur usumfructum quietum non esse adeptum, quia Hiberni, duce familia Mc Dermot, et Angli multimodis de possessione huius pagi dimicaverunt. Anno 1599, Mc Dermot, dux Hibernorum, corpus cuiusdam proregis Angli, in pugna necati, misit „ad sepeliendum ad monachos Ssmae. Trinitatis de Loch Cé". Anno 1608, canonia iterum, et quidem definitive a rege est alienata. Hodie videntur ibi ruinae ecclesiae et monasterii, hedera coopertae omnino, et ad quas difficilis est accessus.

Litteratura: HUGO II 983 — WAEFELGHEM 264 — Passim occurrit in AFM, AConn, ABoyle, et in ALC ad an. 1231, 1234, 1235, 1236, 1237, 1239, 1242/45, 1247, 1249/51, 1270, 1284, 1291, 1294, 1307, 1309, 1343, 1355, 1448, 1466, 1504, 1566, 1568, 1577, 1578, 1599 — ARCHDALL 41 — ARMSTRONG 87 — *De Annatis* I 250 — COTTINEAU 1660 — J. B. CULLEN, *An Unvisited Irish Abbey*, in: *The New Era* 17/VI/1899 — D'ALTON, *History of Ire-*

---

[42]) Royal Visitation Book, Trinity College Dublin (de anno 1615)

[43]) P. L. IX 133. Vide infra sub Dubiis „Sligo".

[44]) *Fiants Eliz.* 5877

[45]) AFM ad an. 1504, item ALC

[46]) P. L. VII 193

[47]) R. FLOWER, *Ireland and Medieval Europe* (London 1927) p. 21. Poema istud habetur inter Egerton MS 1781, f. 49b (Brit. Mus.). Cf. *Catalogue of Irish MSS in the British Museum* II, p. 531

land, Dublin 1845, I 141/43 — *Fiants Eliz.* 1724, 5070, 5877 — GOOVAERTS IV 167, 181 — GRATTAN FLOOD 627/28 — KIRKFLEET 154/58 — KNOX 274 — LYNCH II 300/02 — O'CONNELL 245/47 — P. L. voll. II, IV, V, VII/IX, XI cf. ind. In voll. nondum impressis: XIII 89, 179, 180, XIV 72, 107 — THEINER nr. CCCXCI — P. WALSH, *The Annals of L. C.* in: *I. E. R.* 1940 pp. 113 sq. (Cf. R. FLOWER in *Revue Celtique* XLIV (1927) pp. 339/44) — WARE 228 — WARE HARRIS 272

Series abbatum

Mattheus (Prior)	† 1235	A. F. M.
Gilla Iosa Ua Conchobhair (Gelasius O'Connor), postea episc. Elphinensis	1260/85, † 1296	ALC, AConn
Edruth Mc Craith	† 1291	ALC[48])
Cathal Ua Conchobhair (Carolus O'Connor)	—1307, 1310—43	Theiner 180/81, ALC[49])
Matthaeus	ante 1381	P. L. IV 246
Macharias (antea abbas in Tuam)	1381—	ibidem
Matthaeus	—1397	P. L. V 23
Cornelius Mc Buassaid	1397—	ibidem
Congall	depos. anno 1421	P. L. VII 193
Thady Mc Diarmada O. Cist. monachus de Boyle	1° an. 1421 de facto 1427 resign. 1428	P. L. VIII 50/52 De Annatis I 250
Rory O'Carraid	1428—42	P. L. VIII 50/52

48) In ALC ad annum 1291 tantum dicitur eum fuisse abbatem in Loch Cé, sed non dicitur de quanam canonia. Probabiliter tamen erat abbas SS. Trinitatis.

49) Abbas iste conatus est anno 1307 adipiscendi episcopatum Elphinensem per electionem, ut videtur, subreptitiam. Quae electio anno 1310 a Curia Romana declarata est invalida, et Carolus reversus est ad sua. Res ista tunc temporis multum fecit rumorem, cf. praeter fontes allatas AFM, P. L. II 70, *Annals of Clonmacnoise, Cal. Pat. Rolls Edw. II 1307/13, pp. 213, 295 et Cal. Fine Rolls* ibidem 77/78.

Mauritius Mc Donnchayd	1442—44, depos.	P. L. IX 429[50])
Thady Mc Diarmada 2'	1444, obiit eodem anno	ibidem, et Archdall 620
Magnus Mc Donnchada[51])	1444—1504	P. L. IX 429, XIII 179, ALC
Rory Mc Dermot, laicus commendatarius insimul prior in Loch Uachtair 1548—68		ALC
Bernardus O'Beirne 1660/68		Grattan Flood[52])

LOCH UACHTAIR Ss. Trinitas

id est: Lacus Superior. — Insula Ssmae. Trinitatis in Lochuachdair, -wattair, -woctir, -eauchair, -uarchtair. Logh Oghter in the Brenie, in the Breifne, Brefne, The Breiffne. — Anglice: Lough Oughter, Holy Trinity Island. Vitetur confusio cum praecedenti, ut accidit apud Waefelghem, et apud omnes qui dicunt eam fuisse abbatiam.

In insula lacus eiusdem nominis, in pago antiquitus dicto Breiffne, Co. Cavan, Dioec. Kilmore, Ulster.

Prioratus dependens a canonia Loch Cé. Secundum AConn, ALC et AFM „anno 1237 Clarus Mc Mailin coepit construere monasterium pro canonicis in Insula Ss. Trinitatis in Loch Uachtair, ex dono Cathal O'Rai-

50) Ille, praetendens se esse „professum Sti. Angeli de Castellis, Praem. Ordinis, Policastrensis dioecesis in Italia", fit abbas in Loch Cé post mortem Roderici O'Carraid. Atqui tale monasterium Ordinis in Italia numquam exstitit, canonia autem, quam revera habebat in dicta dioecesi, vocabatur Sti. Petri de Camerota (vide in vol. I p. 383, et articulum N. BACKMUND in Anal. Praem. XXVII, 1951, pp. 149/55). Mauritius obtinuit confirmationem, quae vero anno 1444 propter falsas indicationes, tamquam subreptitia annulatur. Thady Mc Diarmada, qui iam diu resignaverat, videtur tetendisse Romam, probabiliter ad accusandum intrusorem. Ibidem de novo nominatur abbas, sed paulo post Romae moritur. Confer cum casu praesenti casum abbatis Andreae Lauderdale de Dryburgh (Circ. Scotiae)

51) Non fuit membrum Ordinis ante electionem. Anno 1484 ipse fit insuper abbas commendatarius de Ballysadare O. S. A. (P. L. XIII 179)

52) Secundum auctorem illum, Bernardus archidiaconus Elphinensis et abbas de Loch Cé, interfuit synodo Tuamensi anno 1660. Anno 1668 se praesentat Visitatori Apostolico (Documentum apud Rev. D. Connellan, Kilglass). Probabiliter Bernardus iste erat abbas mere titularis, sicut John Dooley, abbas de Cill na Manach anno 1650, de quo vide supra. Attamen hinc inde constat in Hibernia, saeculo XVII in ruinis monasteriorum adhuc vixisse religiosos.

gillig" nobilis viri et toparchae. Nihil dicitur de ordine et de origine horum canonicorum, sed videtur esse possibile, eos iam fuisse Praemonstratenses ex Loch Cé. Iidem Annales habent ad annum 1250: „Candidi canonici Ord. Praem. translati sunt brevi ante Nativitatem Dni. ab Insula Ss. Trinitatis de Loch Cé, in Insulam Ss. Trinitatis de Loch Uachtair in Brefne, et canonici Ordinis ibidem instituti sunt de consensu Cathal O'Ragaillig, qui donavit locum in possessionem." Adjungunt ALC verba satis obscura: „. . . et idcirco Clarus hoc fecit in Domino, quia Praemonstratenses gaudeant consimili privilegio cum monachis, ita quod ad ullam aliam religionem postea transire possent." In praefatione de hac re iam sumus locuti.

Quidquid sit, hoc primum monasterium anno 1237 insufficienter videtur fuisse fundatum, vel fuisse intentum tamquam „cella" tantum, donec ipse donator anno 1249 eam munifice auxit, advocata nova turba canonicorum ex Loch Cé. Exinde bene floruit domus, de qua nescimus, numquid umquam fuerit sui juris necne. Certum est tamen, eam inter prioratus dependentes a Loch Cé semper eminentem tenuisse locum. In Annalibus enim saepius designatur expresse tamquam monasterium, etsi in nullo indice Ordinis occurrat. Dum reliqui prioratus Lochcenses saeculo XIV, vel forte iam antea, interissent seu in simplices cellas fuissent reducti, Loch Uachtair substitit usque in finem. Saeculo XV quidem erat pauper, redditus annui Libras 5/4 non excedebant, ideo ut anno 1412 eius prior insimul obtinuerit parochiam de Tornregan, longe pinguiorem prioratui suo, in commendam ad vitam. Hoc tempore, status iuridicus eius erat disputatus. Eodem anno 1412, legimus in P. L. VI 231: „prioratus est absque cura parochiali, non est dignitas, non est prioratus conventualis, nec habet jus electionis, dependet a Loch Cé, et solet gubernari a canonicis illius ad nutum abbatis. Valor non excedit 5 marcas." Anno 1444 vero ut prioratus conventualis agnoscitur a Curia Romana, et provisio novi prioris ab abbate facta, ab illa pronuntiatur invalida, quia ipsa abhinc provisiones huiusmodi voluit sibi reservare[53]). Revera tamen hoc tempore certe a paucis tantum religiosis erat occupata. Anno 1427, prior sibi procuravit indulgentiam ad ecclesiam suam restaurandam. Versus finem saeculi XVI, familia O'Raigillig (O'Reilly), quae in ecclesia eius suam habebat sepulturam, et sub cuius tutela semper steterat, in vanum omnia fecit ad salvandum monasterium. Anno 1585 fuit suppres-

[53]) P. L. VII 429 et saepius. Haec tamen subreptitie videtur fuisse obtenta a familia O'Sheridan, quae prioratum voluit sibi reservare in haereditatem. Quae gens revera per integrum fere saeculum hoc munus occupavit, et nominationes aliorum, per abbates annis 1421 et 1444 factas, cum successu per machinationes suas apud Curiam Romanam ad irritum fecit.

sum, sed probabiliter, ut in Loch Ce, hoc non statim fuit eius finis. Anno 1646 Mgr. Massai, secretarius Nuntii Apostolici, visitando canoniam, iam invenit eam in ruinis. Modica rudera ecclesiae, amoenissime sita, hodie adeo cooperta sunt hedera, ut muri vix discerni possint. Pulchra porta romanica ecclesiae nunc vestiario ecclesiae cathedralis Kilmorensis (nunc acatholicae) est apposita.

Litteratura: supra apud Loch Ce notata fere integra etiam sese refert ad hunc prioratum. Specialia: HUGO II 983 — Ann. Clonmacnoise (ed. D. MURPHY 1896) p. 243 — *De Annatis* I 240, 247, 244, 250 — ARCHDALL 42 et passim — *C. St. P. Eliz.* II 452 — COTTINEAU 1660 — *Fiants Eliz.* 1681, 4025, 4923 — GRATTAN FLOOD 629 — *Journ. of the Breiffne Antiqu. and Histor. Soc.* I 192 — KIRKFLEET 159/63 — KNOX 274 — MORAN ARCHDALL I 70 — O'CONNELL 247/48, 249/89 — P. L. V/VII, IX/XIII — WARE 193 — WARE HARRIS 272

Series Priorum

John O'Cullinan	1390	P. L. V 107
Mauritius Odulmean	† 1412	ibid. VI 231
Joannes O'Sheridan 1°	1412—	ibid. IX 425
Araltheus Ocathalaan	ca. 1421—27[54])	ibid. VII 505
John O'Sheridan 2°	1427—44, res.	ibid. VII 516, IX 425
Lucas Mc Gallgaile	1444, res. vel depos.	ibid. IX 429
Fergal O'Sheridan	1444-66 depos.	ibid. XII 513
Malachy O'Sheridan	1466—	ibidem
William O'Sheridan	1491	ibidem XIII 372
Rory Mc Dermot prior commendatarius	1542/68	O'Connell l. c.

TUAM Ss. Trinitatis

Tuain, Tuaum, Thome, Thuam, Toam, Tome, Toome

Oppidum cum sede archiepiscopali in Com. Galway, in pago Connacht.

---

[54]) In P. L. VII 193 dicitur eum per abbatem Congallum anno 1421 munus suum simoniace obtinuisse, inde est depositus.

Historia fundationis huius abbatiae, in Circaria primariae, satis est ambigua. Videtur esse fundata a Domnaldo quodam rege[55]), inter annos 1170 et 75 tamquam filia abbatiae Steinfeldensis in Rhenania[56]). A plerisque confunditur cum Capitulo Cathedrali Tuamensi, quod tamen spectabat ad Arroasienses. Ex epistola Gervasii scimus, hanc canoniam iam existentem, e Praemonstrato fuisse reformatam[57]). Waraeus dicit fundatores fuisse nobiles de Burgo, Grattan Flood putat, Wilhelmum de Burgo, qui obiit anno 1205, anno praeterito fundasse canoniam nostram. Quod veritati concordare nequit.

Primo decennio saeculi XIII, Connacht maxima versabatur in confusione, belloque civili continuo erat lacerata. Anno 1203 oppidum Tuam est dirutum, et ideo fundatio Domnaldi, canonicis rhenanis paulatim mortuis, videtur fuisse collapsa. Richardus de Burgo, filius Wilhelmi supradicti, ab anno 1215 haereditatem patris adiit, et bona extensa in Connacht adeptus est. Ille probabiliter canoniam collapsam restauravit, reformationem eius insinuavit, dotationem eius adauxit, et ideo iure merito tamquam secundus eius fundator potest designari.

Filiae eius erant Enach Duin, quo forte secessit pars minus sana conventus post reformationem, et Baile Mor, ubi videntur degisse moniales, quae cum Steinfeldensibus e Germania probabiliter advenerant. Vide de hisce coniecturis supra in praefatione, et suo loco sub coenobiis supradictis. Clarum Mc Mailin partem aliquam habuisse in secunda fundatione, probari nequit, sed est possibile, eum fuisse impulsum per eam ad propagationem Ordinis. Tuam habuit ecclesiam incorporatam et administratam, quae forte initio erat prioratus: Gaillimh sive Galway, de qua vide infra sub dubiis. Anno 1244 canonia combusta est. De putativo abbate Joanne Kieran, martyre, vide supra in praefatione. Anno 1578 bona

---

55) Quod constat ex Necrologiis Praemonstrati et Floreffiae (v. infra). Probabiliter hic Domnaldus est idem ac Domnall, filius Toirdhebach Ua Conchobhair, regis Hiberniae. Domnall ille, qui obiit anno 1176, numquam erat vere nominis rex, sed habuit titulum „Domini de Connacht septentrionali" (AFM), et omnino fieri potest, eum, ut filium regis, lato sensu titulo regis a quibusdam fuisse insignitum.

56) Quod scimus ex traditione illius abbatiae praeclarae, quae ceteroquin varias fundationes fecit in exteris regionibus. Terminus post quem pro fundatione sunt Epistolae Praepositi Udalrici (1152—70, ed. F. W. ROTH, vide in Vol. I 194). Praepositus iste Steinfeldensis commercium habuit in illis cum omnibus filiis canoniae suae, praesertim cum longinquis. De Hibernia ne verbum quidem dicit. Terminus ante quem est annus 1176, quo obiit Domnaldus. Insuper Steinfeldia ante hoc annum semper, postea vero non amplius fundationibus suis turbam monialium adiunxit.

57) cf. tenorem huius epistolae supra in praefatione. Qua reformatione, petente ipso conventu peracta, canonia submissa est paternitati ipsius archicoenobii.

canoniae ab Elisabeth regina data sunt civitati de Athenry. Anno 1791, ruinae superstites sunt subversae, nihil igitur de ea superest.

Litteratura: HUGO II 985 — WAEFELGHEM 265 — HUGO, SAM, *Ep. Gervasii* nr. LXXIII. Cf. KIRKFLEET 261 — ARCHDALL 298, 800 — MORAN/ARCHDALL II 226 — ARMSTRONG 89 — *Calendar of the Justiciary Rolls of Ireland, Edward I* part. 2 (London 1914) p. 14 — COTTINEAU 3229 — D'ALTON H. A. T. I 210 — *Fiants Eliz.* 2378, 3419 — GRATTAN FLOOD 626 — GROSE, *Ireland* I 64 (cum imagine ruinae anno 1790) — KIRKFLEET 152/53 — KNOX 274 — LEWIS II 600 — O'CONNELL 244/45 — P. L. IV 294, 246, 407, 461, V 335, 452, 612, VII 133, 134, X 430, 474, 557, XII 43, 75, 79, 87, 90, 328, 560, XIII 656 — *Cal. Pat. Rolls, James I.* 5 Dec. 8 — WARE 111 — WARE HARRIS 219, 254 — BARBIER, *Obituaire de Floreffe* (AHEB XIII 1876), 2a octobris: „Commem. Dommalli regis, fundatoris ecclesie de Tuain in Hibernia" — J. EVERS, *L'Obituaire de Prémontré, Anal. Praem.* I 1925, eodem die: „Commem. Domnalli regis, fundatoris unius abbatie nostri ordinis in Hibernia".

Series abbatum

Gilla Christ Ua Lachtain	an. 1251 in mare submersus	Ann. Conn., et Ob. Praem I. 22. VIII.
Ua Giolla Raighin	† 1256	ibidem
N. Mac Gallgalaid	† 1355	ibidem
Macarius postea abbas in Loch Cé	— ca. 1381	P. L. IV 246
Patricius	1399	P. L. V 335
Jacobus	—1419	P. L. VII 134
William O'Gillamyn	1419—	ibidem
David	1451, 1467	P. L. X 557, XII 328
Petrus (Wilhelmus?) Birmingham	1468—79[58])	P. L. XII 328
Maurus Ockacualuo	1479—	P. L. XIII 656

Nota. „Domnus Henricus abbas S. Trinitatis", qui occurrit in Ob. Praem. I ad diem 3a Ap ilis, forsitan pertinet ad hanc abbatiam.

[58]) P. L. XII 328: Petrus Birmingham successor abbatis David. Eodem fere tempore nominatur Wilhelmus Bermecham commendatarius ad vitam. Probabilius est idem, nisi forte prior renuntiaverit in favorem cuiusdam laici propinqui.

WOODBURN B. M. V., postremo Ss. Trinitatis

Wt-, Wod-, Utburne, Gutburyn, Goodborn, -burn, Woddeborne, Uytburn, St. Mary's Abbey. Anglicum est nomen hoc, designatio gaelica ignoratur.

In catalogis Ordinis nostri, occurrit tantum sub voce Grafergos (Gracfergos, Gratfexgos, Gratfex), id est Carrickfergus, gaelice pro: petra Fergi. In documentis Cracfergus, Krakfergush.

In dextera ripa rivi Woodburn, non longe a mari et ab oppido Carrickfergus, in pago Antrim, Dioc. Connor, Ulster.

Abbatia, fundata ut videtur, ut modicus prioratus ab abbatia Dryburghensi et Joanne de Courcy equite, circa annum 1200 vel ante, apud ecclesiam BMV. in Carrickfergus. Wilhelmus quidam prior de Cracfergus iam occurrit anno 1180. Forte fundatio Dryburgensis iam ad illum annum ascendit, sed probabilius, ut elucet e Registro de Furness[59]) domus haec fundata est tamquam abbatia Cisterciensium „de Carricke", peracta hoc anno 1180, a Magnello Makenlefe. De Courcy deinceps, circa annum 1200, transtulit Cistercienses in Iniscourcy, in Carrickfergus illis substituens Praemonstratenses ex Dryburgh, eodem enim tempore, quo videtur initium posuisse vicini monasterii de Dieulacresse, cum quo Carrickfergus-Woodburn erronee pluries identificatur. Certum est, post expulsionem Joannis de Courcy ex Ultonia, anno 1205, monasteria ab illo ibidem fundata maximis aerumnis fuisse vexata. Ambae fundationes Dryburgenses in Antrim videntur elanguisse, saltem tribus primis lustris saeculi XIII. Secus enim non potuisset fieri, ut Abbas Generalis Gervasius Anglus, ceteroquin de statu Ordinis in exteris optime instructus, existentiam harum domuum circa annum 1215 adhuc plane ignoraverit[60]). Carrickfergus quidem anno 1212, ut dicit Grattan Flood nullo allato fonte, ampliorem dotationem receperat ab Alano de Galloway, et in abbatiam erat evecta. Nihilominus pauper facta, elanguit. Circa annum 1220, Reginaldus, episcopus Connorensis, scribit ad regem Angliae, proventus monasterii adeo esse reductos, ut vix tres canonicos posset alere; provideat rex intendens in auxilium „abbati et canonicis"[61]). Dein nil amplius audimus de monasterio Carrickfergus. De existentia tamen eius usque ad finem saeculi XIII non licet dubitari, quia insertum est in

[59]) REEVES 232/33

[60]) Fieri tamen potest, Gervasium eas quaesivisse in Scotia ipsa. Monasteria Hiberniae enim in pluribus Catalogis designantur tamquam „Circaria Scocie". Hibernia adhuc saeculo XIII in continente pluries appellabatur „Scotia", haud parva erat exinde confusio.

[61]) REEVES p. 274 epistolam hanc, nunc in P. R. O. Londini asservatam (Royal Letters), in extenso refert.

omnes catalogos Ordinis, inter annos 1240—1300 redactos. Forte paulatim desiit, vel ad statum prioratus est reductum, vel incorporatum abbatiae Dieulacresse, quae sola occurrit, et quidem ut domus opulenta, in taxatione dioeceseos anni 1306. Dein et illa disparet, et anno 1326 prima vice occurrit canonia „Wtburne". Probabiliter irruente Scotorum rege Roberto Bruce, initio saeculi XIV, ut tot alia, etiam monasteria nostra Dieulacresse et Carrickfergus sunt eversa, et quidem tam funditus, ut non in eodem loco fuerint reaedificata in posterum. Auxiliante probabiliter familia scotica de Bisset, coadunata sunt deinceps in alio loco, medio sito inter ambo, in unam novam abbatiam Woodburn bona et jura amborum complectentem.

Woodburn, de qua sola in posterum fit mentio, administravit varias ecclesias incorporatas: St. Nicolaus in Carrickfergus, Loughans-Kildollagh, Antrim, Coole in Carmoney, Ballylinny, Ballyprior. Saeculo XV, videtur fuisse iterum aliquando destructa, quia legimus in Litteris Papalibus anno 1474: „monasterium B. M. V. de Wtburn, reconstructum sub invocatione SS. Trinitatis"[62]). Disciplina tamen erat satis collapsa, quia, hoc eodem anno, abbas, expulsus ab intrusore iam a quinquennio, fit prior commendatarius de Ardullaid O. S. B., cum jure retinendi hanc commendam etiam postquam potestatem in canoniam suam recuperaverit[63]). Anno 1542, abbas et canonici monasterium suum regi Angliae committunt ad supprimendum, ipsis permisso recessu in Ballyprior Island Magee, ubi ultimus abbas, anno 1565, adhuc erat in vivis. Anno 1556, aedificia adhuc erant intacta, sed paulo post annum 1558, et praesertim circa annum 1600, omnia subvertuntur. Anno 1604, bona, quae adhuc constabant 15 agris cum decimis, concessa sunt Arthuro de Chichester. Nihil omnino superest. Dum nuper in loco eius magna fabrica esset erecta, inventa sunt ossa, lapides sculpti et columnae, quae partim nunc asservantur in ecclesia Sti. Nicolai in Carrickfergus, nunc acatholica.

Fontes et Litteratura: HUGO I 569 — WAEFELGHEM 100, 254 (erronee, sequens Hugo et Lairuelz, collocat Grafergos in Norvegiam) — *De Annatis* I Ulster 139/40 — ARCHDALL 6, 7, 781 — *Armagh Archiep. Registers* (MS Arch. Archiep. Prot. in Armagh), *Reg. of Primate Cromer* fol. 27 — (G. BENN) *History of Belfast*, London 1877/80, p. 265. Delineatio fundamen-

62) P. L. XIII 419. Forsan autem haec „reconstructio" non supponit destructionem praeviam, sed tantum erectionem novorum aedificiorum. De iterata translatione in alium locum, retento nomine, certe non agitur. Mutatio patrocinii B. M. V. in Ss. Trinitatis tamen innuit, relationes cum reliquis canoniis circariae tunc iam fuisse arctiores.

63) ibidem

torum de White Abbey, nunc deletorum — F. J. BIGGER, *The abbey of Holy Cross at Woodburn near Carrigfergus*, in: *Ulster Journal of Archeology* XIII nr. 1, Belfast 1907, pp. 174/81 — C. D. I., I nr. 799 — *Cal. St. P. Eliz.* V 257 — W. CASSIDY, *Holy Cross Abbey, at Carrickfergus*, in „*Irish News*" 28/X/1937 — COTTINEAU 1301 — *Fiants Eliz.* 6620 — GRATTAN FLOOD 624/26 — INNES, *Liber B. M. V. de Dryburgh* (vide supra ibidem) LXXXVII — KING 61, 265 — KIRKFLEET 150/52 — Mc KEOWN, *The Abbey of Woodburn*, in: *Journal of the Down and Connor Historical Society* X (1939) pp. 56/60 — Mc FALL, in „*Irish News*" 28/II/1907 et 30/X/1937 — S. Mc SKIMIN, *The History and Antiquities of the County of the Town of Carrickfergus*, 2a ed. Belfast 1909, pp. 162/64 — MORAN ARCHDALL I 11/13 — O'CONNELL 244 — O'LAVERTY, *History of the Diocese of Down and Connor* (Dublin 1875/95) III 4, 7, 67/69, 482 — P. L. VIII, X, XII, XIII cf. ind. — W. REEVES, *Ecclesiastical Antiquities of Down, Connor and Dromore* (Dublin 1847) pp. 61, 160, 232/33, 274/75, 277, 436 — P. ROGERS, *The suppression of the Monasteries in Antrim and Down*, in: *The Down and Connor Historical Societys Journal*, IX 1938, 33 — WARE 213 — WARE HARRIS 272 — R. YOUNG, *Historical Notices of Old Belfast and its Vicinity*, Belfast 1896, pp. 129, 263

Abbates et Priores

(ex fontibus, nisi specialiter indicantur, supra allatis)

1. Carrickfergus
   Wilhelmus Prior? 1180
   Abbas anonymus ca. 1220

2. Dieulacresse
   Joannes abbas ante 1257, 1276, 1279
   Anonymus abbas 1306, 1311

3. Woodburn (abbates)

Patricius 1454	P. L. X 676
Dermit Oconmuil (O'Connell) — ca. 1469, 1474	P. L. XIII 419
Bernardus Mc Caura 1527	Reeves 160
Gillerath Mc Caura —1542, † post 1565	ibidem

DUBIA

Adnectimus hic ecclesias quasdam dependentes ab abbatiis supradictis, de quibus non constat numquid fuerint monasteria vere nominis.

CILL NA TRINOIDE SS. Trinitas

(id est: capella Ss. Trinitatis) — Kileena-, Killenaghtrinody.
In parochia Kilbride, „in Killeen townland" in Triwley, Dioc. Killala, Prov. Mayo.

Anno 1594, regina concessit Roberto Harrison „cellam in Killetrynode, fundatam per et pertinentem ad canonicos SS. Trinitatis de Loch Cé". Archdall scribit: Invenimus cellam vel capellam vulgo Kileenatrynody in hoc pago, quae dotata est „with a quarter of land adjoining". Postea unita fuit abbatiae SS. Trin. de Loch Cé. Knox absque probatione autumat, hanc ecclesiam antiquitus fuisse appellatam „Teampull na gCailleach Dubh", id est: Ecclesia Monialium Nigrarum. Grattan Flood ex hoc iam concludit, Cill na Trinoide fuisse asceterium Praemonstratense sub paternitate abbatiae de Loch Cé. Iam vidimus, hoc argumentum esse nimis debile. Si assertio Knoxii est vera, ex ea possumus concludere tantum, juxta ecclesiam nostram antiquitus extitisse asceterium quoddam celticum, quod a monialibus derelictum, „in posterum (ut dicit Archdall) traditum est abbatiae Loch Cé". Illa autem certe numquam moniales sui Ordinis ibi collocavit, quia, a Praemonstrato fundata, tales vix toleravit, et multo minus de novo fundavit. Sed fieri omnino potuit, eam in Cill na Trinoide habuisse cellam, vel ecclesiam a canonicis administratam. Neque in Annalibus, neque in Litteris Papalibus haec domus certe exigua occurrit, etsi patrocinium aliquomodo innuat, eam esse aedificatam a Claro Mc Mailin. Nihil de ea superest.

Litteratura: Fontes Ordinis nesciunt, item WARE — ARCHDALL 503 — *Fiants Eliz.* 5877 — GRATTAN FLOOD 631 — KNOX 274 — KIRKFLEET 164 et O'CONNELL 248 repetunt theoriam non fundatam Grattan Flood.

CILL RAISS SS. Trinitas

Cell Rass, Kilross, Kilruisse, Kilrasse

Prope Ballintogher in Com. Sligo, iuxta insulam Innisheskilleghan, Dioc. Elphin

Ecclesia dependens ab abbatia Loch Cé, fundata simul cum Athmuige a Claro Mc Mailin circa annum 1235. Forsitan erat domus vere formata sicut Athmuige, sed authentice nihil constat. In P. L., saeculis XIV et

XV, saepius occurrit, sed absque connexione cum Loch Cé vel cum Ordine nostro. Archdall dicit eam fuisse cellam, quod concludit forte ex Fiants Elizabeth, ubi legimus: conceditur anno 1594 Roberto Harrison „the ruined church called Kilrasse, with the island Innisheskilleghan, with lands belonging... parcel of the possessions of the monastery... of the Holy Trinity of Loghkee." Nil superest.

Litteratura: Fontes Ordinis, sicut et WARE ignorant — ARCHDALL 636 — WARE HARRIS 272 — GRATTAN FLOOD 629 — *Fiants Eliz.* 5877 — KIRKFLEET 159 — KNOX 274 — O'CONNELL 247 — P. L. VII et alibi, cf. ind.

GAILLYMH B. M. V.

Bun Gaillmhe, Bongal, Capella B. M. V. extra Muros — Anglice Galway, St. Marys on the Hill.

Civitas in pago eiusdem nominis, mari adiacens, Dioc. Enach Duin, dein Tuam.

In hoc loco fuisse antiquum asceterium celticum, a Grattan Flood negatur; et Knox dicens hic fuisse moniales Praemonstratenses, aperte errat. Ecclesia haec ditata fuisse fertur anno 1235 a familia O'Halleran, et tradita abbatiae Tuamensi, quae initio aliquos canonicos ibi exponere solebat. Anno 1727 quidam Doctor Hibernus sequentia retulit abbati Hugo annalistae nostro[64]): „S. Maria Galviensis, coenobium olim Ord. Praem, nunc Ord. Sti. Dominici, filia Thuamae. Ad Dominicanos abiit postulante D. Bermingham, barone de Athenry. Hospitium primitus fuit Thuamensibus Norbertinis, Galwayensem civitatem petentibus. Deinde prioratus titulo gaudens, divino servitio mancipatos hospites habuit, utique Praemonstratenses, quorum memoriam perennat hodie vulgus prioratum istum patrio idiomate non aliter vocitans quam „Stam. Mariam Assumptionis Praemonstratensium".

Ex Litteris Papalibus quidem elucet, saeculo XV ibi commoratum fuisse unum tantum vel nullum religiosum. Ita P. L. X 557: David abbas in Tuam O. Praem. anno 1451 rectorem capellae B. M. V. de Bongal

---

[64]) Doctor ille Nicolaus Anthony O'Kenny, protonotarius apostolicus, Doctor Sorbonicus, abbas tit. Enaghduensis (O. S. A.), Lovanii degens, duas paginas cum notis de monasteriis Hiberniae abbati Hugo transmisit, quae habentur nunc in B. P. Nancy MS 992/XI fol. 187. Sed Hugo illis non est usus. Multa certe continent erronea, sed supra dicta de prioratu Galway (1727) videntur esse aliqua fide digna, etsi „vulgus memoriam prioratus perennare" non potuerit amplius, erat enim destructus anno 1652.

prope Galway removerat. Curia Romana iubet, sacerdotem quendam saecularem esse recipiendum in Tuam tamquam canonicum Ordinis, et illum huic capellae, quae ceteroquin omni valore caret, providere. Et P. L. XIII 93/94: Anno 1480 capella B. M. V. extra muros, quae valet 6 marcas, et quae solebat administrari a canonicis de Tuam O. Praem., tamdiu vacaverat, ut plane nesciatur quare et quam diu, ita ut provisio eius exinde spectaverit as Stam. Sedem. Data est ab illa canonico cuidam alieno Ordini nostro. — Knox dicit eam fuisse traditam anno 1488 FF. Praedicatoribus de Athenry, a quibus (quod vix est probabile) iam anno 1494 concessa est FF. Minoribus de Galway. Anno 1652 a civibus oppidi est destructa, ne obsessores Angli ea uterentur (Burke)

Litteratura: ARCHDALL 287 — WARE 108 — MORAN ARCHDALL II 213/14 — GRATTAN FLOOD 628 — KIRKFLEET 158 — KNOX 274 — O'CONNELL 247 — P. L. X, XIII — Th. BURKE, *Hibernia Dominicana*, Coloniae 1762, pp. 323, 325 — J. HARDIMAN, *History of the Town and of the County of the Town of Galway*, Dublin 1820, p. 270

RINN DUIN SS. Trinitatis

id est: peninsula munitionis. — Randown, Randoon, Randon. Deryndoyne.

In parochia Sti. Joannis prope Athlone, ad ripam lacus Loch Ree, in pago Roscommon.

Ecclesia aedificata in honorem SS. Trinitatis a Claro Mc Mailin, secundum Annales Hibernicos. Si assertionem „Registri Tichfeldensis", in Hibernia fuisse 13 domus ordinis nostri, admittamus ut veram, forte haec ecclesia non secus ac Ath Muige et Cill Raiss, cum quibus simul enumeratur in Annalibus sub anno 1251, tamquam tertia decima domus erat cella de Loch Cé. Archdall quidem et alii auctores pluries citati nil referunt huiusmodi. Saeculo XV, ibidem erat domus Hospitalitarum Ord. Sti. Augustini, in honorem Sti. Joannis Baptistae, quae saepius in Litteris Papalibus occurrit. Adhuc hodie videntur in hac peninsula variae ruinae.

Litt.: ALC, Ann. Conn. — LYNCH II 302 — KIRKFLEET 277

SLIGO oppidum in pago eiusdem nominis, mari adiacens, in Connacht.

ALC enarrant sub anno 1245: „Castrum Sligo constructum est a Mac Muiris Fitz Gerald, Justiciario Hiberniae . . . quia Fedlim O'Connor iussus est, ut castrum construeret propriis suis expensis, et sumeret lapides et calcem de domo hospitali SS. Trinitatis pro constructione, etiamsi Ju-

sticiarius antea hunc locum donaverat Claro Mac Mailin in honorem Ssmae. Trinitatis." — Secus nil scitur hac de re (cf. Ann. Conn. ad ann. 1242, et Lynch II 302).

Suspicari licet, Clarum intentionem habuisse, secundum suum morem apud hoc hospitale domum vel saltem ecclesiam Ordinis erigendi. Sed videtur frustratus fuisse in hoc tentamine ab inimicis, probabiliter propter suam anglophiliam. Anno 1442, Loch Ce possidebat ecclesiam incorporatam jure patronatus, quam probabilius interdum canonicis suis administravit: Mynbrisg, sive Sligo „inter duos pontes" (P. L. IX saepius, cf. ind.). Numquid aliquid commune habeat hoc templum cum narratione supra allata, cum certitudine asseri nequit.

PRAETERMISSA

CLONDRUMALIS prope Larne, Co. Antrim, in monte Drumalis. Secundum Can. J. O. HANLON, *Lives of Irish Saints* (Dublin 1863) II 437 ibi fuerunt Praemonstratenses usque ad annum 1542. Censemus hoc esse errorem vel confusionem cum Woodburn, vel cum aliqua domo alius ordinis.

DUNBROTHY Co. Wexford, mari adiacens. Falso a GOOVAERTS IV 58, et a WAEFELGHEM 261 (qui insuper confundit eam cum Enach Duin) Ordini nostro attribuitur. Revera erat abbatia Cisterciensium praeclarissima, cuius ruinae adhuc exstant.

CIRCARIA FRISIAE

Origo et evolutio Ordinis nostri in hac regione omnino est specialis, et quoad multa valde differt ab aliis circariis. Sunt Frisones gens germanica, littora Maris Septentrionis habitans. Terra eorum, lutosa et plana, impetui maris semper est exposita et saepissime submersa. Mare magnas partes eius deglutivit, quas zelus hominum ingenti labore partim tantum potuit recuperare, novas tamen terras saepe obtinens, alluviones illius aggeribus cingendo. Ita Frisia faciem suam geographicam a saeculo XII omnino mutavit, ubi nunc est terra, saepe quondam erat mare et vice versa.

Frisia proprie dicta, ubi adhuc hodie lingua frisica viget, et Groningana provincia, ubi a saeculo XIV huic linguae paulatim saxonica est substituta[1]), pertinent ad regnum Neerlandiae, Frisia Orientalis vero ad Germaniam. In hisce tribus regionibus contiguis, quorum evolutio historica inter se differebat, Ordo noster possedit unam ex florentissimis suis circariis, multaque coenobia utriusque sexus[2]), in Frisiae autem partibus prope Bremen et in Holsatia sitis, nulla. Ne una quidem dioecesis extitit in Frisia, sed tota haec regio pertinuit ad jurisdictionem episcoporum distantium. Definitio limitum inter has dioeceses in Frisia est satis intricata. Hodierna provincia Frisiae spectabat ad Utrecht, praeter pagum Achtkarspelen, qui pertinuit ad episcopum Monasteriensem, cui etiam maior pars provinciae Groninganae erat addicta. Ad Osnabrugensem dioecesim spectabant quinque parochiae in pago Westerwolde, regio meridionalis fluviorum Tjamme et Zijpe, et aliquae partes interea in mari submersa. In Frisia Orientali pertinuerunt ad archidioecesim Bremensem terrae Aurich, Borkum, Norden, Harlingen, Astringen, Rüstringen; ad Monasteriensem vero dioecesim spectabant Emsigerland, Reiderland, Overledingerland, Mormerland et Langenerland. Anno 1559, postu-

---

[1]) Vulgo „Niedersächsisch", sive „Plattdeutsch". Quae mutatio in Frisia Orientali eodem circiter tempore videtur esse facta.

[2]) Pars Orientalis Provinciae Frisiae, forte prae multitudine Praemonstratensium, vocabatur „Alba Ostergo".

lante Philippo Rege Hispaniae, ad quam Neerlandia tunc spectabat, 17 novi episcopatus in Belgio et in Neerlandia sunt conditi. In Frisia erectae sunt dioeceses Leovardiensis et Groningana.

Frisones, ab initio libertatis suae avidissimi, ingerentiam alienigenarum semper aegre tulerunt in foro tam civili quam ecclesiastico. Principes non habuerunt, sed terra eorum erat conglomeratio rerumpublicarum rusticorum. Quae respublicae, parvae et numerosae, inter se erant independentes, unaquaque habente suas proprias constitutiones juridicas. Systema hoc oligarchicum feodalia jura non toleravit, nec decimas, nec commendas. Potestatem habuerunt abbates, consules judicesque pagorum libere electi, capitanei et „grietmanni". Magni momenti ibi erant organizationes ad erigendos et instaurandos aggeres et „aqueducta"[3]) ad protegendam terram a fluctibus, vulgo „dijkvesten", et „zijlvestenijen", in quibus abbatiae nostrae magnam habuerunt partem. Paulatim in Frisia orta est nobilitas rustica. Frisia Orientalis facta est comitatus S. Romani Imperii, Occidentalis vero omnino independens fuit usque ad annum 1498. In pagis inter Lavicam et Amasum sitis (Ommelanden), civitas Groningana potestatem sibi arripuit. Circa annum 1500, Dux Saxoniae, postea etiam Comes Frisiae Orientalis, et Dux Gelriae, studuerunt impetere in libertates Frisonum, in qua lite victor evasit Carolus V. Imperator, qui annis 1515/24 Frisiam, et anno 1536 Groningam Neerlandiae incorporavit.

Etiam episcoporum potestas in Frisia erat valde restricta; practice enim transierat ad archidiaconos, qui non erant delegati, sed vere ordinarii. Etiam parochi, qui semper libere eligebantur a plebe, nec umquam nominabantur ab auctoritate ecclesiastica, facultatibus et privilegiis gaudebant longe maioribus, ex iure consuetudinis longaevae, quam alibi. Episcopi longe distantes per sic dictos „praepositos" erant repraesentati, qui saltem in Monasteriensi parte, erant laici uxorati. Frisones, de auctoritate extranea non libenter curantes, nonnumquam aperte inobedientes, ad illam non facile reccurrerunt, ita ut in Archivis Vaticanis, et in Actibus Capitulorum Generalium relative pauca inveniantur „Frisica".

Ordo noster Frisiam nequaquam ingressus est nec ibi propagatus per fundationes nobilium, canonicos eius ab exteris advocantium, sed ex pietate parochorum vel rusticorum, qui vitam claustralem amplexi, huic Ordini bona fama gaudenti fundationes suas iam existentes, post maturam deliberationem aggregaverunt. Ita egerunt Fridericus parochus in Hallum, Sibo et Tjallingus fundatores Lidlumenses, Buwo, Gerco, et ambo Emones in Florido Horto. Reliquae fundationes videntur esse factae per

---

[3]) Sic appellabantur in documentis medii aevi „slusae" (Schleusen, écluses).

abbates et praepositos ipsos, cum adiutorio rusticorum benefactorum, quorum nomina generatim sunt ignota[4]). Numerus religiosorum, ut infra adhuc exponemus, in hac circaria insolitae erat magnitudinis, praesertim in abbatiis virorum. Distributa erat haec multitudo in grangias ubique dispersas, sed etiam fundationes videntur esse factae ad eam minuendam. Praesertim religiosi abbatiarum Doccumensis et Mernensis ineunte saeculo XIII in omnes partes evolaverunt velut examina apum, et maxima pars fundationum in circaria debetur eis[5]).

Patriarcha Ordinis in Frisia, Beatus Fredericus, religionem quidem Praemonstratensem in abbatia neerlandica (Marienweerd) noscere et aestimare didicit, abbatiam autem suam subdidit paternitati alienae cuiusdam canoniae, nempe Steinfeldensi, quod postea, ut suspicamur coacte, fecerunt etiam Merna et Doccum. Etiam Emo Floridum suum Hortum primo canoniae cuidam circariae Westfaliae submisit; quod cum non successerit, nec ille quaesivit tutelam alicuius abbatiae circariae Brabantiae, sed adivit archicoenobium ipsum. In posterum, Wittewierum sola directa erat versus Praemonstratum, dum reliquae abbatiae arcte nexae erant Steinfeldiae, cuius abbas semper in praxi erat „visitator natus“ in circaria Frisiae, sed alios abbates ad hoc delegare solebat[6]).

Extensio circariae, medio saeculo XIII, videtur fuisse amplior per aliquod tempus. Catalogorum antiquissimus, Ninivensis I, in quo nullum monasterium occurrit post annum circiter 1247 fundatum, enumerat tantum quinque abbatias virorum, scilicet Hortum et Vallem Stae. Mariae,

---

[4]) Schildwolde, fundatio independens sacerdotis cuiusdam in proprium emolumentum, a familia illius dotata, monasterium vere duplex sub praeposito (communitas clericorum, conversorum et sororum, *Gesta Abb.* p. 235) forte optimum paradigma praebet pro moribus huius gentis circa fundationes monasteriorum. Generatim enim etiam domus Ordinum Sti. Augustini et Benedicti simili modo ibidem erant conditae et constitutae. Quod systema Frisones videntur habuisse aliquo modo pro proprio quodam nationali, quod et pertinaciter defenderunt contra ingerentias exterorum. Licet supponere, Schildwoldiam non fuisse unicam domum Ordinis in hac circaria, hoc vel simili modo fundatam, etsi certe non omnes fundatores fuissent homines tam effraenati quam Herdericus.

[5]) Eas in hoc casu forte esse factas ex schismate quodam, ex aversione Frisonum contra innovationes a superioribus Ordinis impositas, vide infra.

[6]) Steinfeldiae, saeculo XIII, semper commorabantur aliqui fratres Horti Stae. Mariae, „ut hinc inde mutua dilectio non tepesceret“ *(Gesta Abb.* p. 51)

Doccum, Mernam et Floridum Hortum[7]). Catalogi SLV (1270/90) Frisicae Circariae insuper adscribunt canoniam Clarholtensem[8]), et tria monasteria Neerlandiae meridionalis, videlicet Bernam, Insulam et Sinum Stae. Mariae. Cum hae canoniae apud illos simul circariis Westfaliae et Brabantiae respective sint addictae, ex aliis casibus analogis licet concludere, eas inter annos 1250 et 90 ad tempus nomen dedisse Frisicae, dein vero fuisse reversas ad circarias vicinas, ad quas secundum Ninivensem I iam antea pertinuerant, et secundum catalogos recentiores (HTWA), et in posterum semper spectabant. Hugo aperte errat, attribuendo omnia monasteria Neerlandiae circariae nostrae Frisiae, nec prorsus elucet, unde hunc errorem potuerit haurire, cum contrarium a fontibus localibus innuatur, a fontibus autem Ordinis clare probetur. Inter comites Hollandiae et Frisiam, illo saeculo XIII, saepius saevierunt bella, et libertatis suae avidi, episcopis Ultrajectensibus, dominationem plenam aspirantibus, speciatim erant infensi Frisones, qui propter hoc magis tendebant versus Saxoniam et Germaniam[9]). Ut iam vidimus, patres circariae, Fredericus et Emo, canoniis Brabanticae circariae ne quidem paternitatis ligamine voluerunt iungi. In rebus curiarum, conversorum, et monasteriorum duplicium, circaria Frisiae, ab initio sicut in posterum, viam prorsus aliam est ingressa quam abbates Hollandiae, Geldriae et Brabantiae. Ceteroquin clare patet ex actibus Capitulorum Generalium, qui expresse Marienweerd, anno 1536, attribuunt Circariae Brabantiae, ad initium usque saeculi XVII limites circariarum semper mansisse eosdem qui fuerant statuti circa annum 1300. Admittendum est tamen, has

---

[7]) Cat. Ninivensis II, qui nullam facit distinctionem inter circarias, easdem domus adducit. Parthenones omittit, in fine tamen adiungit indicem pretiosum asceteriorum Circariarum Vadegotiae, Ilfeldiae, Hungariae et Frisiae, qui videtur esse completus et fidelis, et praebere statum exactum circa annum 1235: „In frisia sunt hec. filia dokinghe monasteriens. dyoc: porta ste. marie — filia clarholtensis, eiusdem dioc.: Skedwald — filia dokinghe, monasteriens. dyocesis: Bertze. Ergo licet supponere, reliqua asceteria „sui juris" in nostra circaria esse fundata post annum circiter 1235.

[8]) Notandum est, Herdericum praepositum monasterium suum Schildwolde primo posuisse sub tutela Ludgeri abbatis Clarholtensis (1217/34, cf. vol. I 174), quod tamen abbates Frisiae non habebant ut verum ligamen paternitatis, sed ut tutelam quandam „ad personam" tantum (vide *Gesta Abb.* p. 227).

[9]) Quod lucide exponit M. P. v. BUIJTENEN, in excellenti suo opere *„De Grondslag van de Friese Vrijheid"* (Assen 1953) pp. 127/50

circumscriptiones fuisse pluries „pro forma tantum"; Capitulum Generale, quoad visitationes saltem, parum de illis curabat, et omni tempore nominabat praelatos ex utraque circaria ad visitandas domus Ordinis „in partibus Hollandie, Gelrie, Frisie et Brabancie".

Notandum est, Catalogos SLV enumerare separatim canonias „Merna, Sigeberch et Werethe", quae probabilius sunt eaedem ac Aland, Langen et Barthe[10]). Hoc innuit, dicta coenobia medio saeculo XII non pertinuisse ad circariam Frisiae. Anxie retinuerunt enim hae domus, ultra Amasum in Frisia Orientali sitae, etiam in posterum „vetus systema frisicum", id est monasterium vere duplex, sub praeposito nulli abbati alienigenae subiecto. Opinamur ergo, illas domus esse ortas ex schismate. Videtur quod iam anno 1204 abbas quidam Doccumensis, incontentus de innovationibus a visitatore alienigena impositis (praesertim de segregatione mulierum a viris), cum magna turba religiosorum utriusque sexus secesserit ultra Amasum, ubi Barthense et postea Palmarense monasterium fundavit[11]). Simili ex causa, post annum 1235, Langen et Aland possunt esse exortae et Merna. Qua ex dissensione probabiliter nonnisi sero, et forsan coacte, circariae nomen dederunt hae coenobia ante annum 1287[12]). Tria coenobia minora Frisiae Orientalis, quae videntur habuisse eandem normam (Hopels, Koldinne et Scona Mora) elanguerunt, et finaliter ab Ordine defecerunt.

Coniecturae tantum sunt haec, sed multa sunt indicia, eas habere suam probabilitatem. Tamenetsi abbates circariae, Praemonstrato et Steinfeldiae obedientes, systema supradictum partim mutare studuerint, de abolitione monialium, a Capitulis Generalibus ab anno 1140 saepius instanter inculcata, minime curaverunt, immo monasteria vere duplicia in hac sola circaria toleraverunt usque in finem. Omnis fere fundatio in hac circaria videtur primitus esse facta ut monasterium duplex. Postmodum autem vel viri, vel mulieres praevaluerunt in singulis domibus duplicibus. Si viri, translatae sunt mulieres[13]), si mulieres, paulatim viri

[10]) Cf. vol. I 274/75. Palmar in hisce catalogis est omissa, nisi forte lateat sub voce „Balna Insula", de qua vide infra suo loco.

[11]) Chron. Emonis ed. FEITH p. 4. Vide infra apud Barthe, Kusemer, Palmar, et Dokkum.

[12]) In Ind. Vis. 1290 iam omnia sunt inserta. Tamen non clare patet, num tunc revera iam pertinuerint ad circariam, quod cum certitudine elucet e catalogis post annum 1290 redactis.

[13]) Fridericus iam mature (1170) sorores suas transtulit in Bethlehem. Secutae sunt aliae abbatiae, instantibus probabiliter abbate Generali, et abbate Steinfeldensi (Lidlum 1186, Merna 1204, Dokkum eodem anno?, Floridus Hortus 1214).

reducti sunt ad communitatem parvam, quorum praepositus tot solummodo sacerdotes et conversos admittebat ad professionem, quot necessitas videbatur exigere[14]). Monasteria vero duplicia in Frisia Orientali sita, hanc evolutionem non sunt secuta[15]). Asceteria orta per translationem sororum ex monasterio primitus duplici (Bethlehem, Bajum, Nijeklooster, Weerd, et Oldenklooster), in circaria, sicut de more in Ordine, semper habebantur ut partes integrantes abbatiae matris, et ideo in nullo catalogo enumerantur[16]). Post annum 1200 quidem habent sua bona propria, sed ab abbate sunt administrata, qui semper et sigillavit pro utroque monasterio. Quibus asceteriis praefuit prior ad nutum abbatis. Initio hi priores pariter vocati sunt praepositi[17]).

Reliqui parthenones circariae erant praeposituræ sui juris. Praepositi, licet nullus eorum videatur fuisse infulatus, quoad omnia sunt aequiparati abbatibus. Habebant, sicut illi, unum vel duos capellanos, eligebantur libere a monialibus (et a canonicis, si tales aderant), generatim e gremio abbatiae cuiusdam, et saepe munere visitatorum in circaria fungebantur. Langen, de quo subsistunt archiva ampliora, forte est optimum exemplum monasterii duplicis Ordinis nostri. Praeerat ambabus communitatibus praepositus tamquam praelatus ordinarius, ad cuius nutum erat prior gubernans viros, et priorissa praesidens coetui virginum. Certum est, in fine haec monasteria duplicia (Aland, Langen, Palmar, aliquomodo etiam Merna) a paucis tantum sacerdotibus fuisse habitata[18]). Tempore suppres-

---

14) Quod, ad annum usque 1317, in toto Ordine erat in usu, sed postea, praeter in Frisia, praecipue in circariis Poloniae, Bohemiae et Moraviae. Capitulum Generale videtur saeculis XIV et XV, institisse in abolitionem huius status. Si in fine saec. XV. vel postea aliquod asceterium Frisiae voluit sacerdotes recipere in professionem, Capituli licentiam petiit et obtinuit (Act. Cap. Gen. 60, FRIEDLAENDER 1267). Praepositus Schildwoldensis cum recepisset professionem canonici cuiusdam anno 1538 absque licentia, Capitulum illam declaravit validam sed non licitam (Act. Cap. Gen. Laon 324/25).

15) Quod videtur confirmare hypothesim nostram supra expositam, illa nempe esse orta ex schismate.

16) Cat. P solus eas habet ex additamento ab ipso Lepaige apposito. Nec inveniuntur hae domus in Cat. Vis. 1290.

17) *Gesta abb.* p. 148, et alibi.

18) Monasterium duplex de Selwerd O. S. B. prope Groningam, praeclarum et dives, anno 1507, praeter multas moniales et abbatem, quatuor tantum habuit monachos (REIMERS FPU nr. XLIX). Monasteria duplicia aliorum ordinum, ideo et nostri tunc vix ab hoc differebant. — Si communitas virorum erat parva, praepositi canonicos suos ad tempus solebant mittere ad magnam quandam abbatiam, ut disciplinam Ordinis addiscerent (*Gesta Abb.* p. 232).

sionis communitates virorum ibi aut erant exstinctae, aut redactae ad praelatum et unum alterumve capellanum.

Notandum est, coenobia virorum omnium Ordinum in Frisia, a saeculo XV, constitisse plus minusve religiosis alienigensis. Invenimus enim in circaria nostra hoc tempore iam fere nullum nomen frisicum, sed omnes religiosi et superiores, ut ex cognominibus neerlandicis facile dignoscitur, exorti erant ex Geldria, Rhenania et Flandria, vel Hollandia, dum moniales manserunt semper indigenae.

Sicuti evolutio monialium, etiam status curiarum et conversorum in hac circaria erat specialis et insolitus. Dum in aliis circariis systema „autarchiae" oeconomicae, quo bona per conversos in grangiis seu curiis distributos erant exculta, saeculis XIII/XIV definitive fuerat derelictum, in Frisia haec praxis viguit usque in finem, Non tantum abbatiae, sed etiam asceteria multas possederunt curias (Lidlum: 12), vulgo „uithoven" seu „voorwerken" nuncupatas. Curiis maioribus praefuit prior, ut v. g. in Bakkeveen, cui adiuncti erant aliqui sacerdotes, praesertim ubi schola et parochia curiae erant adnexae. Minores regebantur a „grangario", qui saepe erat conversus. Ut constat de curiis canoniae Langen, non tantum conversi laborabant ibi, sed etiam conversae, et quidem adhuc saeculo XV. Conversi interdum erant viri magni momenti in vita publica. Numerus conversorum utriusque sexus erat primis saeculis ingens. Cum, anno 1287, tota Frisia devastata esset diluvio terribili, et ubique esset relatum, omnes hanc terram habitantes periisse fluctibus, Abbas Generalis eo statim profectus, visitationem instituit ad inquirendum, quot religiosi in singulis coenobiis essent aquis superstites[19]). Absque dubio multi perierant[20]), et tamen inventi sunt in tota circaria adhuc 3636 religiosi (monialibus inclusis), e quibus degebant in solo Florido Horto mille, in Lidlum 600, in Dokkum, et in Mariengaarde 400. Nullibi in Ordine nostro umquam tantae communitates extiterunt. Cum maxima pars huius multitudinis certe constaret conversis, facile est intellectu, illos Ordini saepe fuisse maximum in onus et in scandalum.

Quoad apostolatum et curam animarum, Ordo noster quam maxime est meritus de Frisia. Ante annum 1163, praeter duas canonias O. S. A., hic populus rudis, in religione christiana non ubique satis fundatus, nulla habuit coenobia, quae curae animarum et praedicationi se devoverint.

---

[19]) Quae visitatio facta est triennio post diluvium, id est an. 1290 (WUMKES p. 42). HUGO falso eam ponit serius, nempe in annum 1317 vel 1327.

[20]) Vinea Domini tunc penitus erat deleta et evacuata. In Lidlum 40 religiosi tantum perierant (WINSEMIUS p. 175).

Mox Ordo noster hac in re omnino primatum habuit, praesertim in Frisia Orientali. Duae eius abbatiae praecipuae, Mariengaarde et Wittewierum, fundatae sunt a parochis, quibus etiam postea cordi fuit cura animarum. Paucas ceteroquin ecclesias incorporatas habuerunt canoniae, praeter Lidlum, quod sicut Doccum, exercuit jura archidiaconalia.

Canonicos fuisse expositos in parochiis iam maturo saeculo XIII, patet ex „Gestis Abbatum"[21]). Sed modus providendi ecclesiis parochialibus differebat ab illo, qui vigebat in aliis circariis. Iam supra diximus, populum in hac regione elegisse suos parochos, immo in ecclesiis incorporatis abbatibus nil supererat nisi ius quoddam praesentationis. Ex indice parochorum ante annum 1580 patet[22]), nequaquam omnes parochos in hisce ecclesiis fuisse ex Ordine. Tamen abbas mansit summus dominus (persona) earum, habuitque in illas jura, et praesertim onera. Praepositurae et asceteria nonnisi raro possederunt ecclesias. Ita potens canonia Langen non videtur ullam habuisse; tamen videtur constare, canonicos eius curam animarum exercuisse in tota regione Emdana (Kromme Horn) per saecula.

Etiam quod ad culturam profanam attinet, Praemonstratensium merita in hac regione haud facile superaestimantur: in siccandis enim paludibus, in miricis culturae adaptandis, in aggerandis partibus marinis, sicut et in instruendis populis magna praestiterunt. Emo et Fridericus, viri saepe laudati, excellebant litteris, quas in exteris universitatibus addidicerant. Ergo haud mirum, etiam fundationes illorum hoc spiritu studiorum fuisse imbutas. Mox enim fundaverunt scholas, non solum in canoniis, sed etiam in grangiis et asceteriis, quod laudabile opus prosecuti sunt successores. Imprimis quidem hae scholae ad educationem futurorum membrorum Ordinis erant destinatae, sed partim etiam filiis laicorum patebant. Ita, saeculo XIII, florebant studia et litterae in circaria Frisiae ut vix in alia; multi canonici erant „magistri", et reliquerunt nobis scripta, quae pro historia Frisiae et totius Ordinis sunt pretiosa valde[23]). Sed Praemonstratum, scholis et studiis infensum, talia non toleravit[24]), et

---

[21]) ed. WYBRANDS (secundum quam semper citamus) pp. 109, 182, cf. 240.

[22]) MS REITSMA XIX

[23]) Gesta videlicet Abbatum Orti Stae. Mariae, Chronicon Emonis, quibus adiungendus est scriptor quidam saec. XVI, Sibrandus Leo. Editiones vide infra.

[24]) Huius rei causa est amor contemplationis exaggeratus, manichaeismum interdum sapiens, et studia habens pro vanitate quadam nociva. Spiritus ille Gallis videtur fuisse proprius. A Cluniacensibus exiens, praeter Cistercienses etiam nostrum Ordinem attigit.

ideo, eodem quoque saeculo, scholae omnes videntur cessavisse. Sed etiam studia postmodum sunt neglecta in circaria. Patet tamen ex Sibrando Leone, historiographo Ordinis peritissimo, saeculis XV et XVI canonias multos misisse canonicos ad extra propter studia.

A saeculo XIV, monasteria Frisiae occidentalis coeperunt dilabi, praesertim propter bella hos pagos continuo lacessentia. Erant enim in Frisia duae factiones, „Vetkoperani", et „Schiringi" nuncupati[25]). Omnis civitas, ordo, nobilis, vel pagus alterutri adhaesit. Praemonstratenses cum Vetkoperanorum partes sint secuti, multa passi sunt a Cisterciensibus, et ab aliis, qui Schiringiis adhaeserunt. Monasteria enim in Frisia exercitibus conversorum invicem debellavisse, et sibi mutuo multa damna intulisse, est ploranda veritas[26]).

Sub fine saeculi XV, monasteria circariae sunt reformata, quod partim debetur influxui Windeshemensium. Aliquae domus iam antea perierant, partim fluctibus submersae, ut Palmar, partim suppressione, vel transitu ad alium Ordinem, ut tres parthenones in dioecesi Bremensi siti. Post medium saeculum XVI, cum coepit ingruere haeresis omnia monasteria destructura, haec erant nec omnino valida et sana, nec prorsus corrupta. Frisia Orientalis iam mox transivit ad lutheranismum; cultus catholicus anno 1559 ibi est abolitus. Tamen monasteria non sunt suppressa, immo admissio novitiarum non est inhibita. Paulatim sunt exstincta, Aland inter annos 1560 et 70, Langen circiter 1585, Barthe post annum 1600.

Frisia proprie dicta, et provincia Groningana, sub ditione regis Hispaniae manserunt catholicae. Sed, ab anno 1568 in Frisia factio calvinistica in diem praevaluit, pertinaciter luctans contra Hispanos, et praelati omnium ordinum, in odio illorum cum Calvinistis concordes, partes haereticorum sunt secuti. Obstinate se opposuerunt reformationi salutari, a Concilio Tridentino impositae[27]), sicut erectioni novarum dioecesium, de qua supra. Dotatio earum constitit abbatiis ad hoc suppressis, et inde irae a parte religiosorum. Ordo noster hac re in Neerlandia et in Belgio varias amisit abbatias, et quidem inter praecipuas. In nostra circaria: Mariengaarde, Wittewierum et Vineam Domini. Ab anno 1572 multoties monasteria a Calvinistis sunt devastata et combusta. Nimis sero praelati intellexerunt, se partes iniquas esse secutos. Anno 1580, Status Frisiae decreverunt suppressionem monasteriorum, simul statuentes, omnia aedificia illorum, quae ad usus agrarios non essent apta, statim esse

[25]) Vulgo „Vetkoopers" et „Schieringers". Confer de hac re EMMIUM, SCHOTANUM, WINSEMIUM etc.

[26]) Confer Sibrandum Leonem, haec scandala plangentem (WUMKES 51).

[27]) Anno 1563 omnes praelati Frisiae coadunati protestationem signaverunt sollemnem contra Concilium Tridentinum.

destruenda. Religiosi tunc partim in exilium tetenderunt[28]). Aliter res se evolverunt in Groninga. Ibi ad annum usque 1580 vix erat turbatio. Ab hoc anno tamen, ruri protestantismus coepit invalescere, sed devastationes monasteriorum nonnisi in Merna et in Kusemer sunt peractae. Anno 1594, capta civitate Groningana, et ibi religio catholica est abolita, et monasteria sunt dissoluta. Aedes eandem sortem habuerunt quam in Frisia. Bona monasteriorum in utraque provincia abhinc cumulatim a gubernio sunt administrata ad „pios usus", sed saeculis sequentibus sunt venumdata. Religiosi, praestito iuramento, se nihil contra novam religionem esse acturos, non inquietati in conscientia sua, pensione concessa quiete potuerunt frui. Archivalia, in quantum nondum perierant iam ante in bellis et spoliationibus, raro tantum a religiosis sunt in exilium ablata, pluries vero ab illis gubernio tradita, ad pensionem obtinendam. Permulta archiva monasteriorum manserunt in deposito gubernii, donec saeculo peracto in fabrica chartae papyraceae in Makken essent deleta, ad obtinendum spatium![28a]) Gubernium postmodum coadunavit reliqua in unum, perpauca tantum hodiedum subsistunt in Archivis Groningae et Leovardiae. In Frisia Orientali negligentia quasi omnia archiva sunt perdita, casu tamen Langense superest.

Aliquorum monasteriorum documenta tam funditus perierunt, ut reducamur circa illa ad coniecturas, sed et ceterorum coenobiorum historia, praesertim primordia eorum, ex defectu archivalium generatim iacent in tenebris, praeter ea quae scimus ex praeclaris chronicis supra laudatis. Hinc inde, in archivis privatis et municipalibus saeculorum XV et XVI, inveniuntur res monasteria nostra tangentes.

Aedificia, quae absque dubio passim erant pulcherrima, ut elucet ex descriptionibus traditis, statim fere ubique sunt rasa. Hinc inde, saeculo XVIII, aliquae partes eorum adhuc supererant, sed interea periere etiam ruinae, et ne lapis quidem totius huius splendoris venit ad nos. Rabies iconoclastica Calvinistarum tam fanatice saeviit in omnia, quae monasteria in mentem possent revocare, ut ne in musaeis quidem publicis aliquid de illis supersit, praeter pauca aliqua residua exigui valoris.

---

28) *Conscriptio Exulum,* o. c. infra

28a) M. SCHOENGEN, *Neerlandica in Belgische Archieven, N. Arch. Bl.* XVII (1908/09) p. 208

VISITATORES CIRCARIAE FRISIAE

Ab anno 1498, secundum Act. Cap. Gen. Laon

Abbas Lidlumensis	1497
Abbas Parcensis	1498
Praepositi Langensis et Barthensis	1499—1503
Abbates Antwerpiensis et Parcensis	1504
Praep. Langensis	1505—08
Abb. Lidlumensis et Praep. Alandensis	1509—10
Abbas Lidlumensis	1511—20
Joannes quondam abbas in Lidlum	1521/26
Abbas Lidlumensis	1527/39
Abbas Floreffiensis	1571
Abbas Generalis	1574

abhinc, licet titulariter tantum, visitatores et vicarii generales Circariae Brabantiae[29]).

EPITHETA

coenobiis huius circariae apponi solita

1. Epitheta Mariana:

Camera		
Stae. Mariae	:	Marne
Campus	:	Kusemer
Curia	:	Bakkeveen, Marken
Gratia	:	Schildwolde
Hortus	:	Mariengaarde
Insula (Stae. Mariae?)	:	Balna? Aland?
Mons	:	Hopels, Vrouwtenberghe
Porta	:	Palmar, Barthe?
Ripa	:	Aland
Sepulchrum	:	Buweklooster
Silva	:	Lidlum
Vallis	:	Weerd??

2. Alia epitheta:

Campus Rosarum	:	Nijeklooster
Floridus Hortus	:	Wittewierum
Mons Oliveti	:	Veenklooster
Mons St. Michaelis	:	Bajum
Mons Sinai	:	Heiligerlee
Templum Domini	:	Weerd??
Vera Charitas	:	Koldinne
Vinea Domini	:	Pingjum

---

[29]) Praeter visitatores annuatim nominatos, Capitulum Generale etiam saepius misit visitatores „ad hoc", et insuper Abbas Steinfeldensis regulariter nominavit delegatos. Noti sunt nobis: Abbas Floridi Horti 1481/85 (HUGO II 240), item 1486 (RA Gron), Abbas Sti. Foillani 1484/85 (AAU 1949, 153), Doccumensis —1488 (HUGO II 379), Mernensis 1527/40 (ibid. II 241), et iterum Doccumensis 1527/29 (ibid. I 380), quod videtur esse corrigendum in 1543/47; Lidlumensis 1571 (ibidem I 326).

ab indicibus Ordinis, nobis pernotis, diversi; ex variis fontibus desumpti, ac in sequentibus saepius citati.[30])

Ind. Vis. 1290	Elenchus monasteriorum sui juris totius circariae, ideo et complectens Frisiam Orientalem, occasione visitationis Abbatis Generalis anno 1290 redactus (vide supra in praefatione), addito numero religiosorum, quos ipse ibi invenit aquis anni 1287 superstites. Nobis relatus est a Sibrando Leone[31]).
Ind. 1326	Monasteria Frisiae, Ultrajectensis diocesis continet, anno 1326?. MS Rijksarch. Utrecht, *Schuldreg. Hubert van Budel.* Publ. apud MULLER *Reg. Rek.* I 76 sq., et HALLEMA *Kloosterlijsten* 112/13
Ind. 1505	Orig. *„Annael van Martena“* (Saec. XVI), cuius multa extant MSS. Publ. *Chartbk.* II 14 sq., et HALLEMA o. c. 113/16
Ind. 1509/10	Publ. BERNS, o. infra cit. 52/55, et HALLEMA o. c. 116/19
Ind. 1510 (?)	Orig. Hauptstaatsarch. Dresden, Friesländ. Sachen. Edd. HALLEMA, o. c. 119/21.
Ind. 1529	Monasteria utriusque provinciae continet, anno 1529. Orig.: Bibl. Univ. Groningae, MS 129, fol. 226r. Edd. MATTHAEUS, *Anal.* III 481, HALLEMA o. c., melius GERBENZON art. cit. infra.
Ind. Miraei	MIRAEUS in *Chron. Ord. Praem.* (an. 1614) 50/51 praebet catalogum monasteriorum nostrae circariae, quae steterunt sub paternitate abbatiae Steinfeldensis, simul enumerans asceteria ad illa attinentia[32]).

---

30) Extat Index monasteriorum in Westergo, saec. XIII (cf. MULLER-JOOSTING, *Bronnen* I 352/53), qui vero est valde incompletus, et ideo a nobis praetermissus.

31) Sibrandus sua sponte fecit additiones. Ignorans omnino asceteria „Montis Stae. Mariae in Happelsa“, et „Verae Charitatis“, erronee ea identificavit cum Ter Apel et Nijeklooster.

32) Circa multa graviter errat. Ita verbi gratia identificat Montem Stae. Mariae cum Doccum et cum Heiligerlee, Portam Stae. Mariae cum Kusemer, Montem Sion cum Veenklooster, quae certe sunt erronea, „Silvam Stae. Mariae sive Templum Domini“ cum Weerd, quod partim saltem videtur esse falsum. Sibrandus Leo et Miraeus ita facti sunt auctores confusionis maximae, quia in eorum fide omnes auctores in posterum haec menda descripserunt.

ARCHIVA ET FONTES NONDUM PUBLICATI

infra saepius citata.

Diarium Alting	*Diarium sive Ephemeris eorum, quae apud senatum inter litigantes decreta, deque aliis rebus acta fuere ab anno 1553 (—1594), secretario Alting* (MS Stadsarch. Groningen, Recht. Arch. III a, 1/5. Editionem praeparat Dr. FORMSMA).
Arch. Fr. Gen.	Archief Friesch Genootschap Leeuwarden.
Arch. Omm.	Archief der Ommelanden, Rijksarch. Groningen (Citatur secundum Inv. MS ibidem).
Cop. Gabbema	S. A. GABBEMA, Copiarium MS saec. XVII, 2 voll. (Prov Bibl. Friesland MS 9056o).
Leenkamer	Algem. Rijksarchief den Haag, Leenkamer Holland.
RR Klg Gron	Rekeningen van de Rentmeesters der voormalige Kloostergoederen 1595—1796, ca. 360 voll. MSS Rijksarch. Groningen.
Res. Ged. St. Gron.	Resolutieen der Gedeputeerde Staten, 1595 sq. (ibidem)
RA Friesl. Klst.	Rijksarchief Friesland (Leeuwarden), Kloosterstukken
RA Gron. Recht. Arch.	Rijksarchief Groningen, Rechterlijke Archieven, II. Hoofdmannenkamer. 6 dln 1571/97 [34])
Stb. Prov. Sch.	Rijsarchief Groningen. Staatboek der Provinciale Schulden, 1626.
StA Aurich	Staatsarchiv Ostfriesland, Aurich.
Stadsarch. Gron.	Stadsarchief Groningen.

(Archiva, quorum inventaria sunt publicata, vide hic infra).

---

[34]) Multa continet de monasteriis, sed vix est legibile, quapropter indices redacti saeculo XIX, secundum quos citamus, non sunt completi.

BIBLIOGRAPHIA

Continens Fontes et Litteraturam, spectans ad historiam integrae circariae Frisiae, sicut et partis septentrionalis circariae Brabantiae.

FONTES

Beneficiaalb. *Beneficiaal-boeken van Friesland. Uitgeg. op last van het Prov. Bestuur,* Leeuwarden 1850. *Met verbeteringen, bijvoegsel en register, benevens eene Inleiding met bijlagen, door* J. van LEEUWEN.

RegUtr. 1301/40 — J. BERKELBACH v. d. SPRENKEL, *Regesten van Oorkonden betreffende de Bisschoppen van Utrecht uit de jaren 1301/40* Utrecht 1937.

OBGronDr — *Oorkondenboek van Groningen en Drenthe* (—1405), 2 voll. edd. P. J. BLOK, J. A. FEITH, S. GRATAMA, J. REITSMA et C. P. RUTGERS Groningen 1896/99.

Bull. Traj. — *Bullarium Trajectense* (—1378), 2 voll. ed. G. BROM, Hagaecomitis 1892/96.

G. BROM, *Naamlijst der priesters, die in het Bisdom Utrecht gewijd zijn van 1505 tot 1518* (AAU XXIII 471 sq, XXIV 1/85.

RegStUtr — G. BROM, *Regesten van Oorkonden betreffende het Sticht Utrecht 694—1301,* 2 dln. Utrecht 1908.

G. BROM - A. HENSEN, *Romeinsche Bronnen voor den kerkelijk staatkundigen toestand der Nederlanden in de 16e eeuw,* s' Gravenhage 1922.

G. BROM, *Archivalia in Italië, belangrijk voor de geschiedenis der Nederlanden,* s' Gravenhage 1908/14.

J. BRUGGEMAN, *Inventaris van de Archieven bij het Metropolitaan Kapittel van Utrecht, van de Roomsch-Katholieke Kerk der oudbischoppelijke Clerezie,* s' Gravenhage 1928.

Chron. Emo — *Chronicon EMONIS abbatis 1204-34, item MEINCONIS 1237-73, Continuatio praecedentis, ignoto auctore 1273—ca. 95.* (2. codices in Leeuwarden, 1 in Groningen (edd: L. WEILAND in MGH SS XXIII pp. 464/572, MATTHAEUS *Vet. Aevi Anal.* III 1/162, HUGO SAM I 427/566, H. FEITH, G. ACKER STRATINGH in: *Werk, Hist. Gen. Utrecht* 1866, HARKENROTH GM Emden 2a ed. II 1/110, neerlandice a W. ZUIDEMA et J. DOUMA Utrecht 1938. (Cf. etiam WYBRANDS, *De Abdij Bloemhof).*

Anal. Coeverincx — G. COEVERINCX, *Analecta,* edd. G. v. d. ELSEN O. Praem, et W. HOEVENAARS O. Praem., 2 voll. 's Hertogenbosch 1905/07.

G. COLMJON, *Register van oorkonden, die in het Charterboek van Friesland ontbreken tot het jaar 1400,* Leeuwarden 1884 (Cf. *De Vrije Fries* IX 1/23).

Conscr. Exul. *Conscriptio Exulum Frisiae 1580*, edd. A. HOOGLAND in AAU XVI (1888) 326 sq., cf. *De Vrije Fries* 1926 147 sq.

R. K. DRIESSEN, *Monumenta Groningana veteris aevi inedita*, 4 dln., Groningen 1822/30.

Rengers H. O. FEITH, *Werken van den Ommelander Edelman Johan Rengers van Ten Post*, 2 voll. Groningen 1852.

Reg. Gron. IDEM, *Register van het Archief van Groningen*, 5 dln cum reg., 2 voll. Suppl., 2 partes MS cum reg (in Rijksarch. Groningen) Groningen 1853/77.

Gron. Beklemr. IDEM, *Het Groninger Beklemregt*, 2 voll., Groningen 1828/37.

Warfsconst. IDEM, *Warfsconstitutieën en ordeelen tot en met het jaar 1601*. Groningen 1863.

CIAZD J. A. FEITH, *Catalogus der Inventarissen van de Archieven der voormalige Zijlvestenijen en Dijkrechten in de Provincie Groningen*, Groningen 1901.

Abel Eppens J. A. FEITH et H. BRUGMANS, *De Kroniek van Abel Eppens to Equart*, 2 voll., Amsterdam 1911 (Werken Hist. Gen. 3e ser No. 27).

OHZ Suppl. J. de FREMERY, *Oorkondenboek van Holland en Zeeland, tot aanvulling van het oorkondenboek v. d. Bergh* (de quo vide infra), Den Haag 1894/97.

E. FRIEDLAENDER, *Ostfriesisches Urkundenbuch*, 2 voll. Emden 1878/91.

P. GERBENZON, *De Kleasterlist fan 1529*, in: „*It Beaken*“ 1948, 136.

WYBRANDS Gesta Abb. *Gesta Abbatum Orti Stae. Mariae (scil. Fretherici, Siardi, Sibrandi, Iarici et Ethelgeri)* MS saec. XV in Bibl. Roy. Bruxelles Nr. 6717/21. — edd. A. WYBRANDS, Leeuwarden 1879 sub titulo „*Gedenkschriften van de Abdij Mariengaarde*“ — *Vita Fretherici* succincte apud AA. SS 3 Mart. VII 286, *Vita Sibrandi Iarici et Ethelgeri* ed. L. WEILAND in MGH SS XXIII 573/608 — Neerlandice edd. v. d. ELSEN O. Praem., *Het Leven van den Zaligen Fredericus*, Oosterhout 1893, et E. BRUNA 1947, frisice J. DOUMA 1924.

Fr. Kl. A. HALLEMA, *Friesche Kloosterlijsten*, in *De Vrije Fries* XXVI 1918) 103/24.

K. HEERINGA, *Rekeningen van het Bisdom Utrecht 1378/1573*, 3 dln. (4 voll) Utrecht 1926/32 (Werken Hist. Gen. 3e ser. nr. 50, 59, 60).

N. JAPIKSE, *Resolutieën der Staten Generaal van 1576—1609*, (Rijks Geschiedk. Public. Nr. 26, 33, 41, 43, 47, 51, 55, 57, 62) Den Haag 1915/30.

Anal. A. MATTHAEUS, *Veteris Aevi Analecta*, 10 voll. Amstelodami 1698/1710, et Hagae Comitis 1738.

Reg.Rek. F. MULLER, *De registers en rekeningen van het Bisdom Utrecht, 1325—36*, Utrecht 1889.

Reg.B. IDEM, *Regesten van het Archief der Bisschoppen van Utrecht* (--1528), 4 dln) Utrecht 1917/22.

Bronnen *Bronnen voor de geschiedenis der kerkelijke rechtspraak in het bisdom Utrecht in de Middeleeuwen*, uitgeg. door J. G. C. JOOSTING en S. MULLER

(Werken van de vereeniging tot uitgave van oude vaderlandsche rechtsbronnen, 2e serie, Dl. VIII, XI, XIV, XVI, XVII, XIX, XXI, 's Gravenhage 1906/24, 7 dln. met een atlas.

OBStUtr *Oorkondenboek van het Sticht Utrecht tot 1301*, 3 voll. Utrecht/den Haag 1921/49, edd. F. MULLER, BOUWMAN, K. HEERINGA et F. KETNER.

J. NIESERT, *Beiträge zu einem Münsterischen Urkundenbuch aus Vaterländischen Archiven gesammelt*, Münster 1823.

Reg.Aanbr. *Register van den Aanbreng van 1511, en verdere stukken tot de Floreenbelasting betrekkelijk*, edd. Friesch Genootsch. van Gesch., Oudheid en Taalkunde, Leeuwarden 1879/80 4 voll. Supplementum edit:

J. G. TJESSINGA, *De Aanbreng der Vijf Deelen van 1511 en 1514*, Assen 1941 sq.

FPU H. REIMERS, *Friesische Papsturkunden aus dem Vatikanischen Archive zu Rom*, Leeuwarden 1908.

Rechtsqu. K. Frh. v. RICHTHOFEN, *Friesische Rechtsquellen*, Berlin 1840.

Proeliarius P. Rodolphi van RIXTEL (Johannes GRUYTER),*Proeliarius of strijdboek, bevattende de jongste oorlogen in Friesland. Voor het Friesch Genootsch. voor Gesch. Oudh. en Taalk. vertaald en uitgegeven door* J. G. OTTEMA, Leeuwarden 1855.

Ewsum C. P. RUTGERS, *Inventaris van het familie-archief van het geslacht van Ewsum, berustende in het Rijksarchief te Groningen (VROA 1896, 567/767)* Den Haag 1899.

Farmsum IDEM, *Inventaris van het Huisarchief Farmsum, berustende in het Rijksarchief Groningen* (ibid. ac supra 1900 417/778) Den Haag 1901.

Chartbk. G. F. thoe SCHWARTZENBERG, *Groot Placcaet en Charterboek van Vriesland*, 5 voll. Leeuwarden 1768/95. (Caret indice registrum redactum a v. LEEUWEN, Workum 1857, est parvi valoris).

P. SIPMA, *Oudfriesche Oorkonden*, 3 voll. et index, Den Haag 1927/41.

WUMKES SIBRANDUS LEO, *Vitae et res gestae Abbatum in Lidlum et Horti Stae. Mariae ab anno 1132 usque ad annum 1575.* (De MSS quae extant cf. WUMKES pp. XXXVIII/XLV) edd.: A. MATTHAEUS *Anal.* III 537 sq., HUGO SAM II 238 sq., optime A. WUMKES, Bolsward 1929. (Cf. *Anal. Praem.* V 1929, 270/72, et GOOVAERTS II 177).

J. C. SINGELS, *Inventaris van het Oud-Archief der Stad Leeuwarden, Leeuwarden* 1893.

A. J. De SITTER, *Voorloopig register van charters, privilegien, placcaeten, ordonnantien ... stad en lande betreffende.* Groningen 1789.

Oorkb. Gelre L. SLOET, *Oorkondenboek der graafschappen Gelre en Zutphen (—1288)* 2 dln., Den Haag 1872/76.

A. TELTING, *Register van het Archief van Franeker, in chronologische orde.* Franeker 1867.

P. v. Thabor Petrus THABORITA, *Historie van Vriesland,* ca. 1525. Ed. Arch. voor Vaderl. en inzonderh. Vriesche Gesch., Oudh. en Taalk. Leeuwarden 1824 sq.

W.v.Thabor Worp van THABOR, *Chronicon Frisiae,* ed. J. OTTEMA I/III (—1399) latine, Leeuwarden 1847, IV/V (—1523) neerlandice, ibid. 1850/71.

J. de la TORRE, *Relatio seu descriptio status religionis Catholicae in Hollandia . . . quam Romae collegit et exhibuit Alexandro VII anno 1656.* Edd. A. v. LOMMEL S. J. in AAU X (1882) et XI (1883).

OHZ *Oorkondenboek van Holland en Zeeland,* ed L. Van den BERGH, 2 voll. Den Haag 1868/73 (Suppl. vide supra de FREMERY).

Ratio P. van LOMMEL S. J., *Ratio dotis assignatae quatuor ecclesiis Leovardiensi, Daventriensi, Gruningensi et Ruraemundensi,* in: *Publ. du Limbourg* XVII (1880) 186/214.

F. Van MIERIS, *Groot charterboek der graaven van Holland, van Zeeland en heeren van Vriesland* (—1426), 4 dln. Leiden 1753/56.

P. J. VERMEULEN, *Inventaris van het Archief der Prov. Utrecht,* met 2 suppl. door S. MULLER, 3 dln. Utrecht 1875/92.

LITTERATURA

G. ACKER STRATINGH en C. A. VENEMA, *De Dollard.* — Groningen 1855

J. G. R. ACQUOY, *Het Klooster te Windesheim en zijn invloed,* 3 dln. Utrecht 1875/78.

F. ARENDS, *Erdbeschreibung des Fürstenthums Ostfriesland,* Emden 1824.

E. BENINGA, *Volledige chronyke van Oostfrieslant*, ed. E. F. HARKENROHT. Emden 1723.

J. E. BERNS, *Verslag aangaande een onderzoek naar archiefstukken, belangrijk voor de geschiedenis van Friesland uit het tijdperk der Saksische hertogen*, Den Haag 1891.

P. J. BLOK, *Middeleeuwsche bouwkunst, inzonderheid kerkbouw, in de provincie Groningen. (Gron. Volksalm.* 1891, 96/118).

W. BOELES, *De geestelijke goederen in de provincie Groningen.* Groningen 1860.

P. M. BOTS, *De oude kloosters en abdijen van het tegenwoordige Bisdom van Haarlem,* Rijsenburg 1883 (compilatio).

G. BRAUNIUS, *Urbium praecipuarum totius Mundi descriptio,* Coloniae 1572/1618.

E. BRUNA OFM, *Toelichting op de Kloosterkaart van Friesland* (cum mappa monastica huius provinciae), Leeuwarden 1945.

J. A. COPPENS, *Nieuwe beschrijving van het Bisdom 's Hertogenbosch,* 4 dln. in 5 bd. — 's Hertogenbosch 1840/44.

Corp. Sig. Neerl. — *Corpus Sigillorum Neerlandicorum. De Nederlandsche Zegels tot 1300* (edd. H. BRUGMANS et K. HEERINGA) 3 dln. Den Haag 1937/40.

J. DIRKS, *Vijf oude zegels, beschreven en toegelicht. (De Vrije Fries* XVIII, 1895, 283/300).

U. EMMIUS, *De agro Frisiae inter Amasum et Lavicam fluminibus deque urbe Groninga.* Groningae 1605.

IDEM, *Rerum Frisicarum Historia,* Leiden 1616.

Rijkdom — J. A. FEITH, *De Rijkdom der kloosters van stad en lande (Gron. Volksalm.* 1902 1/36).

AAMidd — R. FRUIN, *Het Archief der O. L. V. Abdij te Middelburg,* Den Haag 1901.

S. A. GABBEMA, *Nederlandsche Watervloeden.* Gouda 1703.

GAN — *Geschiedkundige Atlas der Nederlanden,* Den Haag 1912/23. Ad nos attinent volumina I. S. MULLER, *Het Bisdom Utrecht* (1921), II. J. G. JOOSTING, *Münster en Osnabrück* (1921), III J. S. v. VEEN, *Münster, Keulen en Luik* (1923).

Stamboek — M. d. HAAN HETTEMA et A. v. HALMAEL, *Stamboek van den Frieschen... Adel, uit oude en echte bescheiden en aanteekeningen . . . opgemaakt.* 2 dln. Leeuwarden 1846.

J. HABETS et W. GOOSSENS. *Geschiedenis van het tegenwoordige Bisdom Roermond,* 5 partes, Roermond 1875/1927.

Aandeel A. HALLEMA, *Het aandeel der friesche kloosters in den strijd tegen den waterwolf*, in: AAU LX/LXI (1936/37) 505/59

GM Emden E. F. HARKENROHT, *Geschiedenissen behoerende tot de Moeder Kerke in Emden en Oost-Friesland*, I. Boek. — Harlingen 1726

Oorspr. J. I. HARKENROHT, *Oostfriesche Oorsprongkelykheden*, Groningen 1731

A. HAVENSIUS, *Commentarius de erectione novorum in Belgio Episcopatuum*, Coloniae 1609

Fries. Kr. H. HEIJMAN O. Praem., *Der Friesische Kreis der Prämonstratenserklöster. I. Ostfriesland* (nil amplius publicavit), in: *Anal. Praem. I* (1925) 20/48

Verspr. IDEM, *De Verspreiding der Norbertijnerorde in Nederland*, in *Anal. Praem.* IX (1933) 21/32

D. Br. W. v. HODENBERG, *Die Dioecese Bremen und deren Gaue in Sachsen und Friesland*, 3 Teile. (Celle 1858/59)

O. G. HOUTROUW, *Ostfriesland*, 2 voll. Aurich 1889/91

A. JORRITSMA, *Iets over eenige kloosters van de Orde van Premonstreit in Friesland, Pius Almanak 1881*, pp. 67/89

N. C. KIST-W. MOLL, *Kerkhistorisch Archief*, 4 dln. Amsterdam 1855/66

O. KLOPP, *Geschichte Ostfrieslands von 1570—1751*, Hannover 1856

J. KNIPPENBERGH, *Historia Ecclesiastica ducatus Gelriae*, Bruxellis 1719

E. KOCHS, *Mittelalterliche Kirchengeschichte Ostfrieslands*, Aurich 1934 *(Abh. u. Vortr. z. Gesch. Ostfr.* Heft 26/27)

J. A. F. KRONENBURG, *Marias Heerlijkheid in Nederland*, 8 voll. Amsterdam 1904/14

J. B. KRÜGER, *Geschiedenis van het Bisdom van Breda*, 4 dln. Roosendaal 1872/78

L. v. LEDEBUR, *Die fünf Münsterschen Gaue und die sieben Seelande Frieslands*, Berlin 1836

I. LELONG (M. BROUERIUS v. NIDEK, et) *Kabinet van Nederlandsche en Kleefsche Oudheden* 8 voll. Amsterdam 1792

A. J. MARIS, *De Reformatie der geestelijke goederen in Gelderland, in het bijzonder in het kwartier van Nijmegen*, Den Haag 1939

W. MOLL, *Kerkgeschiedenis van Nederland voor de hervorming*. 2 partes in 4 voll, cum reg. — Arnhem/Utrecht 1864/71

S. MULLER, *Het Archief der Oudbisschoppelijke Klerezij*, in BVGO 3e r. IV, Den Haag 1888

Ned.Klo. Zeg.	*Nederlandsche Kloosterzegels voor 1600*, uitgeg. door W. A. BEELAERTS van BLOKLAND, D. P. GRASWINCKEL, E. PRINS et D. v. HEEL, Pars III: *Premonstratenzers* (ca. 8 fasc.. nondum terminatum) 's Gravenhage 1950 sq.
	I. A. NIJHOFF,*Gedenkwaardigheden uit de geschiedenis van Gelderland*, 6dln. in 8 voll. Arnhem / 's Gravenhage 1830/75
Nom. Geogr. Neerl.	*Nomina Geographica Neerlandica. Geschiedkundig onderzoek der nederlandsche aardrijkskundige namen.* (nondum terminatum) Leiden 1885 sq.
OCKA SCHARL	*Croniicke door Ocka Scharlensis, Joannes Vlitarp et Andreas Cornelius*, Leeuwarden 1597
	J. S. PONTANUS, *Historiae Gelriae libri XIV*, Harderwijk 1639
Gesch. N.	R. R. POST, *Geschiedenis van Nederland, I*, Amsterdam 1935 (De Ordine Praem. 285/91)
Eigenk.	IDEM, *Eigenkerken en bisschoppelijk gezag in het diocees Utrecht tot de XIIIe eeuw* (Dl. XIII Bijdr. Inst. Middeleeuwsche Gesch. Rijksun. Utrecht, 1928)
SKO	H. REIMERS, *Die Säkularisation der Klöster in Ostfriesland*, Aurich 1906 *(Abh. u. Vortr. z. Gesch. Ostfr. 6)*
Heil. Ostfr.	IDEM, *Die Heiligen in Ostfriesland*, in UBOGH VII (1917/18) 14/36
Unters.	K. v. RICHTHOFEN, *Untersuchungen über friesische Rechtsgeschichte*, 3 voll. Berlin 1880/86
	E. H. ROELFSEMA, *De klooster- en proostdijgoederen in de provincie Groningen*, (Diss.) Groningen 1928
	J. ROMEIN, *Geschiedenis van de Noordnederlandsche geschiedschrijving in de middeleeuwen*, Haarlem 1932
	R. RÖMER, *Geschiedkundig overzigt van de kloosters en abdijen in de voormalige graafschappen van Holland en Zeeland*, 2 voll. Leiden 1854
	H. J. ROYAARDS, *Geschiedenis van het gevestigde Christendom en de christelijke kerk in Nederland gedurende de middeleeuwen*, Utrecht 1849
Mon.Bat.	M. SCHOENGEN, *Monasticon Batavum*, 3 voll. Amsterdam 1941/42
	IDEM, *De Orde van Premonstreit en de Nederlandsche Beschaving*, in: *„De Beiaard“* 1921, 81/104
Acten en Besch.	IDEM, *Acten en bescheiden betreffende de Cistercienzerabdij Bloemkamp*, AAU XXIX (1903) 129/42, XXX (1905) 419/40, XXXI (1906) 153/226.
Schraapzucht	IDEM, *De schraapzucht van Cunerus Petri, Bisschop van Leeuwarden (De Vrije Fries* XX 323/91)

Gesch. Tablinum — C. SCHOTANUS, *De geschiedenissen kerckelyck ende wereldlyk van Friesland oost ende west.* Franeker 1658. Sequitur: *Tablinum, dat is Brieve ende Documenten dienende tot de Friesche Historie.*

Beschr. — IDEM, *Beschryvinge van de Heerlyckheidt van Frieslandt tussen 't Flie end de Lauwers, met nieuwe Caerten,* s. a. (1664)

L. SCHUTJES, *Kerkelijke geschiedenis van het Bisdom van 's Hertogenbosch,* 5 dln. met suppl. — 's Hertogenbosch 1870/81

F. SJOERDS, *Historische Jaarboecken van Oud en Nieuw Friesland,* 5 dln. Leeuwarden 1768/71 (compilatio)

H. SUUR, *Geschichte der ehemaligen Klöster in der Provinz Ostfriesland,* Emden 1838

Tegenw. St. — *Hedendaagsche Historie of Tegenwoordige Staat van alle Volkeren* (44 voll., Neerlandiam attinet 1—23) Amsterdam 1731/1803

A. van der AA, *Aardrijkskundig woordenboek der Nederlanden.* 13 voll. Gorcum 1839/55

L. J. van APELDOORN, *De kerkelijke goederen in Friesland.* 2 dln. Leeuwarden 1915

v. EIJCK — H. van EIJCK van HESLINGA, De Friesche Kerk[35])

G. van HASSELT, *Stukken voor de vaderlandsche Historie,* 4 dln. Arnhem 1793

H. van HEUSSEN, *Historia Episcopatuum foederati Belgii,* 2 voll. Antwerpen 1755

H. v. R. — H. van HEUSSEN et H. v. RIJN, *Kerkelijke historie en Oudheden der zeven vereenigde provincien,* 6 dln fol. Leiden 1726

Oudh. Gest. — IIDEM, *Oudheden en gestigten* . . . (idem opus, sed in 4^0, 13 partes in 10 voll) Leiden/Utrecht 1719/44

S. H. van IDSINGA, *Het staatsregt der vereenigde Nederlanden, vertoond volgens de geschiedenis der stad Groningen,* Leeuwarden 1758/65

S. van LEEUWEN, *Batavia Illustrata ofte verhandelinge van den oorspronk . . . van Oud Batavien . . .,* 2 dln, s' Gravenhage 1685

VLM — *Voorloopige Lijst der Nederlandsche Monumenten van geschiedenis en Kunst.* Utrecht 1908/31 10 partes in 12 voll. (Cf. *Anal. Praem.* IX 1933 292/99)

---

[35]) Historia Ecclesiastica Frisiae. Primus fasciculus anno 1910 est publicatus, reliqua vero impressa sunt annis sequentibus in periodico „*Hervormd Zondagsblad voor de Provincie Vriesland*", quod in nulla bibliotheca asservatur vel invenitur. In Bibl. Prov. Leovardiensi totum fere opus collectum est in duobus voluminibus, bene paginatis. Secundum hoc exemplar citamus.

N. WESTENDORP, *Jaarboek van en voor de provincie Groningen.* 2 dln Groningen 1829

T. D. WIARDA, *Ostfriesische Geschichte.* 8 voll. Aurich 1793/98

A. WICHMANS O. Praem., *Brabantia Mariana tripartita,* Antwerpiae *1632*

H. v. d. WIELEN, *Friesland door de eeuwen heen.* Middelburg 1937

P. WINSEMIUS, *Chronique ofte geschiedenisse van Vrieslant.* Franeker 1622

A. WYBRANDS, *De Abdij Bloemhof te Wittewierum in de 13e eeuw,* Verh. Kon. Akad. Wet. Amsterdam 1888

AAU — *Archief voor de geschiedenis van het aartsbisdom Utrecht.* Utrecht 1874 sq.

Arch.Z.G. — *Archief, vroegere en latere mededeelingen, voornaamelijk in betrekking tot Zeeland. uitgegeven door het Zeeuwsch Genootschap der Wetenschappen,* 1856 sq.

BB — *Bossche Bijdragen (Bijdragen tot de gesch. van het Bisdom s' Hertogenbosch)* St. Michielsgestel 1918 sq. Index rerum ad Ordinem attinentium *Anal. Praem.* III (1927) 237/40.

BBH — *Bijdragen voor de geschiedenis van het bisdom van Haarlem,* Haarlem 1872

BGOGr — *Bijdragen tot de geschiedenis en oudheidkunde, inzonderheid van de provincie Groningen,* 10 dln. Groningen 1864/73

BMHG — *Bijdragen en mededeelingen van het Historisch Genootschap te Utrecht,* Utr. 1878 sq.

BOB — *Bulletin van den Nederlandschen Oudheidkundigen Bond.* Amsterdam 1899 sq.

BVGO — *Bijdragen voor Vaderlandsche Geschiedenis en Oudheidkunde,* Arnhem / Den Haag 1836 sq.

Fries. Volksalm. — *Friesche Volksalmanak,* Leeuwarden 1836 sq.

Gron. Volksalm. — *Groningsche Volksalmanak,* Groningen 1891 sq.

Nav. — *De Navorscher,* Amsterdam 1851 sq.

NAKG — *Nederlandsch Archief voor Kerkgeschiedenis,* Den Haag 1884 sq.

N. Arch. Bl. *Nederlandsch Archievenblad,* Groningen 1892 sq.

Ned. Leeuw *De Nederlandsche Leeuw. Maandblad van het Genealogisch-Heraldisch Genootschap,* 's Gravenhage 1853 sq.

Ned. Spect. *De Nederlandsche Spectator;* Leyden 1749 sq.

Publ.Limb. *Publications de la Société Historique et Archéologique dans le Duché de Limbourg,* Roermond, N. S. Maastricht 1884 sq.

UBOGH	*Upstalsboomblätter für Ostfriesische Geschichte und Heimatkunde*, Emden 1910 sq.
VMORG	*Verslagen en mededeelingen van de vereeniging tot beoefening van Overijsselsch regt en geschiedenis*, Zwolle 1858 sq.
VROA	*Verslag van 's Rijks oude archieven*. 's-Gravenhage 1877 vvl
	De Vrije Fries, Leeuwarden 1828 sq.

Collectiones et Litteratura nondum publicata

MS BRANDSMA	Verzameling van materiaal tot een geschiedenis der friesche kloosters (collegit P. Titus Brandsma O. Carm.) 1938/41. Apud „Frisia Catholica" Leeuwarden.
MS BRUINSMA	Idem, ca. 1860, in Prov. Bibl. Friesland, Leeuwarden. De Ordine nostro V, I e 6305, et 3 a/c
MS REITSMA	idem, ca. 1900, 24 partes, MS 228 a Bibl. Univ. Groningae
MS v. LEEUWEN	idem, HS 467 Prov. Bibl. Leeuwarden
MS v. WICHT	Anzeigen und kurze Nachrichten über die ehemaligen Klöster und Klostergüter in Ostfriesland (MS ca. 1820). Copia apud „Verein für Heimatschutz und Heimatgeschichte" Leer, Ostfr.
MS Ten BROEK	Materia congesta ad „Monasticon Groninganum", ad prelum aliquatenus parata, sed nondum paginata, auctore M. ten Broek, ca. 1938. Deposita apud Arch. Prov. Groninganum

Confer apud bibliographiam aliarum circariarum:
GERMANIA in genere: Backmund NF, Grote, Hoogeweg, Zak PAM
SAXONIA: Mithoff, ZGNK, Busch
WESTFALIA: Börsting Schröer
BRABANTIA: Miraeus ODH, Valvekens (omnes fere articuli), Guicciardini, Halma.

ALAND B. M. V.

Alandia, Insula?, Ollandia, Ripa Stae. Mariae, — B. M. V., Ripa Marnae
In parochia Wirdum, prope Emden versus aquilonem, in Frisia Orientali, Germania — Dioc. Münster

Monasterium duplex, postremo parthenon, praepositura. Ex documentis nihil constat neque de tempore, neque de circumstantiis fundationis. Secundum Hugo fundata est anno 1240 ab abbatia Marnensi, quod cum

veritate concordare potest[36]). Ut patet ex catalogis, initio erat a circaria separata, sed ante annum 1287 illi iam erat coniuncta, sub paternitate Mernae. Suur absque fundata ratione putat, praeposituram de „Insula", bis occurrentem in documento quodam anni 1255 una cum praepositura de Langen, eandem esse ac Aland, quod non videtur esse certum. Nomen enim „Ripa Stae. Mariae" pro hoc monasterio authentice constat. Illud primitus fuisse appellatum „Insula", et dein hoc nomen esse mutatum in „Ripam", vel immo Alandiam habuisse has duas designationes latinas simul, videtur nobis minus probabile[37]), etsi sit admittendum, etiam Langen nomen suum primitivum „Sigeberg" mutavisse. Forte in utroque casu agitur de translatione ab uno loco in alterum. Quidquid sit, censemus esse possibile, hoc monasterium „Insula" forte referre ad Balnam Insulam, de qua infra suo loco.

Canonia Aland, quae erat opulenta, curiam habuit in Upping. Post diluvium anni 1287 90 religiosi ibi erant superstites. Anno 1374, una cum Langen, se subtraxerat paternitati abbatis Marnensis, cui anno 1509 iterum se subiecit, sed tunc non amplius erat monasterium duplex. Hoc anno enim, praepositus eius queritur apud Capitulum Generale, „se non habere canonicos ... ad serviendum sua ecclesia (sic). Capitulum ordinat abbati monialium Antiqui Claustri in Merna, patri abbati dicti monasterii, ut provideat ei de canonicis, qui eidem ecclesiae servire possint. Si secus egerit, Capitulum attribuit paternitatem dicti monasterii abbati Floridi Horti"[38]). Quod reapse videtur accidisse. Anno 1528 praepositus Joannes Oldeguil factus est praedicator acatholicus in Aurich. Praepositus Joannes Uerselen, qui anno 1553 occurrit, videtur fuisse ultimus. Inter annos 1560 et 72 canonia desiit, in epistola abbatis

---

[36]) In Indice asceteriorum Frisiae, Ninivensi II adnexo (ca. 1235), nondum invenitur. Putamus, Aland fuisse fundatum paulo post, una cum Langen, vel eodem circiter tempore. HUGO in praefatione sui primi voluminis dicit eam fuisse filiam Floridi Horti, quod tamen videtur esse error. Vide hypothesim circa originem eius supra in praefatione.

[37]) D. WILRANG, Die Deichlinien zur Seeräuberzeit, ein Beitrag zur ostfriesischen Heimatkunde. Ostfr. Schulblatt 66. Jhrg. (1926) No. 11 p. 247, autumat, indicia geologica innuere, locum Aland quondam fuisse insulam. Tamen fieri potest, hoc referre ad tempus praehistoricum. Si fundatio quaedam religiosa nuncupata erat „Insula" propter situm, generatim haec designatio etiam in posterum mansit, etsi conditiones geographicae paulatim fuerint mutatae. Insuper mutatio insulae cuiusdam in ripam ne in Frisia quidem vix tam cito — intra aliquot decennia — fieri potuit.

[38]) Act. Cap. Gen. Laon 106

Steinfeldensis, anno 1572[39]), supponitur eam iam esse exstinctam. Anno 1588 iam erat praedium comitis a laicis habitatum. Anno 1601 ecclesia et omnia fere aedificia adhuc erant intacta, ecclesia primo tempore immo cultui protestantium servivit. Anno tamen 1710, cum omnia essent ruinata et collapsa, venumdata sunt in demolitionem. Nihil subsistit omnino, loco canoniae sunt duo praedia, quorum unum nomen eius retinet.

Archivalia: 30 chartae 1422—1565 in StA Aurich—Circa annum 1726, multa documenta, praesertim libri MSS liturgici, fuerunt supra Organum in ecclesia vicina de Greetsiel, rejecta atque neglecta[40]), quae omnia videntur hodie esse amissa.

Fontes et Litteratura: ACapGen Laon 106 (1509), 123 (1511) cf. ad annos 1509 et 1510 — HUGO I 137, 673 — WAEFELGHEM 4 — ARENDS 364/66 — BÖRSTING SCHRÖER I 434 — COTTINEAU 43 — DHGE I 1334 — FEITH, *Abel Eppens* I 678 — FRIEDLÄNDER Nr. 303, 398, 1100, 1157, 1235, 1266, 1322, 1627. Cf. 71, 122, 133, 229, 266, 624, 689, 938, 1090, 1331 — HARKENROTH *Oorspr.* 506/09 cf. 198 — HEIJMAN *Ostfr.* 22/28 HOOGEWEG 2 — HOUTROUW I 446 ff — KOCHS 78 — *OBGronDr* 622 — REIMERS Hl. *Ostfr.* 24 — IDEM, SKO 35/36 — RICHTHOFEN II 1143 — SUUR 96/100 — WIARDA I 267, II 353 — H. REIMERS, *Bruder Redart und Schwester Hysse in Aland*, in „*Heim und Herd*" 4. 12. 1930[41])

Praepositi

Focco? 1255?	Friedl. Nr. 26
Johannes ante 1419	Friedl. Nr. 266
Fridericus ante 1419	ibidem Nr. 303
Ubele 1422	ibidem
Geraldus 1450	ibid. Nr. 624
Jacobus 1482	ibid. Nr. 1100
Joannes Campis 1483—1502	ibid. Nr. 1090, 1157, 1627

[39]) HUGO I 330

[40]) HARKENROHT *Oorspr.* 509, MS v. WICHT

[41]) SUUR l. c., post eum FRIEDLAENDER I 272 et alii putant fratrem Redartum, cellarium et conversum in Aland, anno 1422, fuisse „legitime conjugatum cum Hysse, moniali eiusdem monasterii". REIMERS l. c. putat et probat ex adiunctis ambos matrimonium iniisse iam ante, et prolibus defunctis vel forte prorsus deficientibus, mutuo consensu esse ingressos in religionem. Qui casus non raro evenit, etiam nostris diebus, et sinistrae suppositiones auctorum supra dictorum, eos matrimonialiter vixisse in claustro, carent omni fundamento.

Jan van Kleef 1504—19 postea abbas in Merna	Suur 99, ACapGen Laon 106, 123
Jan Oldeguil 1527, —1528	Reimers SKO 36
Wilhelmus Boemel? 1536?	ACapGen Laon 313[42])
Joannes Uerselen 1553	Diploma an. 1553 (Arch. d. Ges. f. Kunst u. Altert. Emden)

BAJUM St. Michael

Mons Sti. Michaelis, Bayummer Convent, Baym, Bajom, -yom, -yum, -yem, -iom, -ijum, Baayum, Baeijum, Monneke-, Monniken-, Munnekebayum, -bajum Prope Leeuwarden versus occidentem, in parochia Winsum. Baarderadeel. Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden.

Parthenon, prioratus. Fundatus est circa annum 1186 ab Ulboldo quodam et Simka matrona, initiante Jelmaro abbate Lidlumensi, qui eo misit moniales suas. Asceterium semper formavit unum corpus cum illa abbatia, quapropter in vanum quaeritur in catalogis MSS Ordinis. Bona eius et proventus, etsi ab anno circiter 1200 separata, semper praesto erant dispositioni liberae abbatum Lidlumensium. Etiam priores, qui hinc inde erronee nuncupantur praepositi, erant ad eorum nutum. Anno 1256, a Theodorico Veronensi Episcopo, aedes perfectae consecrantur, et mox Hoyto abbas moto tecto arundineo, ecclesiae lapideum imponit. Anno 1270 Bajum recepit moniales O. S. B. ex Franjum, et anno 1289 sorores Stae. Magdalenae ex Tjum, quorum monasteria a fluctibus fuerant deleta. Saeculo XV exeunte disciplina erat collapsa, et saeculo sequenti multa passa est haec domus a bellis. Anno 1572 eversa est, et anno 1580, ultimus prior cessit bona, quorum proventus, anno 1588, erant 2078 florenorum.

---

[42]) Anno enim 1536, a Capitulo Generali „fit commissio ad abbatem Floridi Horti, ad se informandum super differenti inter praepositum Guillermum Bomol, et visitatorem Frisiae existente“ (Act. Cap. Gen. 313). Talis praepositus nobis est ignotus. Scimus tamen paulo ante fuisse Ludovicum quendam „de Boemel“ praepositum in Langen, ubi vero anno 1536 pro Guillermo non est locus. Praepositum Alandensem illius anni nescimus, et fieri omnino potest, eum fuisse Guillermum supradictum, forte Ludovici Langensis praepositi cognatum. Quod si verum est, videtur innuere, abbati Floridi Horti inter annos 1509 et 36 revera fuisse commissam paternitatem in Aland. Probabiliter abbas Marnensis anno 1509 non potuerat, nec voluerat satisfacere petitioni praepositi Alandensis.

Archivalia: RA Leeuwarden, Klst., 1 charta an. 1585 — Gedep. Staten, ibidem G 8 63 No. XX, 3 dipl. — Occurrit in variis testamentis, cf. SIPMA, et Arch. Fries. Genootsch. Leeuwarden, Coll. Burmania Eysinga 50

Fontes et Litteratura: HUGO I 239 — WAEFELGHEM 20 — *Beneficiaalb.* 263, 362, 370, 391, 405 — MS BRUINSMA f. 11 sq. — COTTINEAU 246, 288 — GAN I 565 — MATTHAEUS *Anal.* II 574, III 576, 582 — MOLL II 2, 35 — *Mon. Bat.* II 184, 208, III 80 — NIJHOFF VI 2, 799 — MS REITSMA IV 75, XX 7 — SCHOENGEN, *Act. en Besch.* 178, 183, 185, 188, 193, 197, 206, 213 — SCHOTANUS 562, 585/87, 847, 308 — SIPMA I 236, 440, II 238 — *Stamboek* I 21 — TELTING Nr. 102 — v. APELDOORN II 386, 394, 420 — v. EIJCK II 18/20, 26/27, 180 — H. v. R. *Oudh. Friesl.* V 204, 178 — P. v. THABOR 126, 196, 200, 205, 375 — W. v. THABOR V 132, 181/86 — WINSEMIUS 144, 145, 374, 420, 442/46, 581 — WUMKES IV, XIX, XXII, XXV, XXVII, XXIX, 32, 34, 36, 37, 39/41, 44, 46, 68, 70. 72; 74, 77, 82 — AAU XVI 368, 1883 p. 198, 1903 p. 190, 210, 211, 1906 p. 193 — *Fries. Volksalm* 1861 10 — *De Vrije Fr.* XX 326, XXVI 107

Priores (nisi aliter notetur, sec. WUMKES)

Jacob Zelandus —1488
(deinde abbas in Lidlum)

Petrus Valck 1488—
(dein praep. in Pingjum,
postremo abbas in Lidlum)

Henricus 149.

Jan Keppel ca. 1518
(deinde abbas in Lidlum)

Joachim Doesborch ca. 1553

Victor v. Amersfoort 1559/67

Jan Geelmuden — ca. 1568
(deinde abbas in Merna,
postremo in Lidlum)

Henricus Vasenius ter Molen
1574, — 1580
(exul factus est praepos. in
Heiligerlee)[43])

BAKKEVEEN B. M. V.

Bakkefean, Backefeen, Baccofeen, Bacca-, Bacha-, Backefene, -vene, -feen — Vallis Ste. Mariae[44]), Sancte Maria Howe, Curia Ste. Mariae. Nomen antiquissimum: Cellula Dodonis

Non longe a moderno pago eiusdem nominis, in parochia Duurswolde, Opsterland. In prov. Frisiae, Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden

---

[43]) *Conscr. Exulum,* MS REITSMA IV 75, Stb. Prov. Sch. p. 255

[44]) *Gesta Abb.* 6 (anno 1320). Vitetur confusio cum Lidlum.

Prioratus abbatiae Horti B.M.V. Fundatus, forte una cum schola[44a]), tamquam curia ad providendum Hortum Stae. Mariae cespitibus[45]), a Siardo abbate ante annum 1230, ex fundis a benefactoribus datis. Obiit ibi circa hoc tempus Beatus Dodo quidam eremita[46]). Anno 1338 in diplomate magni momenti, in quo omnes praelati testes sunt conciliationis Frisonum cum Groninganis[47]), sicut et in Ind. 1510, Bakkeveen adducitur tamquam unica ex numerosis curiis, quas Ordo habuit in hac circaria (1338: prior in B.), et ideo videtur habita fuisse ut domus vere formata. In catalogis tamen MSS Ordinis desideratur. Solvit proprios census. Anno 1542 nullus ibi erat sacerdos, etsi Tako abbas (1485/1506) ,,novam construxerat domum in Backaveen"[48]). Anno 1579 venumdatur, et quadriennio post, capella eius diruitur. Coemeterium, in quo illa steterat, solum subsistit.

A r c h i v a l i a vide Mariengaarde

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a item: Specialia: HUGO I 569 — WAEFELGHEM 72 — AA. SS. III 851 (de B. Dodone) — *Beneficiaalb.*, 96a — *Chartbk.* I 195 — DRIESSEN I 136 — GAN I 527 — v. IDSINGA I 409 — NOM. GEOGR. NEERL. 56 sq. — *ObGronDr* I 93, 354 — MS REITSMA IV 70 — RICHTHOFEN II 714, 715 — *Mon. Bat.* II 28 — SCHOTANUS 492 — *Tegenw. Staat.* II 335 sq., III 514 sq, 574 — v. d. AA, II 48 — WUMKES IV, XXV, 7, 26, 87, 91, 92 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 124/25, 253 — H. v. d. MEER, *Geschied- en oudheidkundige beschouwing van Bakkeveen*, in *Fries. Volksalm*, 1839, 23/50 — BBH XXVII (1903/04) 129/30, et XXXI (1907/08) 70 — *Vrije Fries* II (1842) 126.

BALNA INSULA B. M. V.

In catalogis S et V, intra annos 1270 et 90 redactis, apud Circariam Frisiae insertum est monasterium ,,Sta. Maria in Balna Insula, Osnabrugensis Dioecesis". Secus nullum vestigium invenitur canoniae huiusmodi, et ideo auctores varias hypotheses finxerunt, identificando eam cum una

---

44a) Chrys. v. d. STERRE, *Vita Sti. Joseph* (Antwerpen 1627) p. 300, refert ibi scholam extitisse ad saeculum usque XVI.

45) Cespites, sive sespites (cf. *Gesta Abb.* p. 262). Vulgo turf, Torf, tourbe.

46) Fertur fuisse stigmatibus vulnerum D. N. J. C. praeditus. Confer de eo P. DEBONGNIE in ,,Etudes Carmélitaines" XX (1936) II 28

47) *Chartbk.* I 195

48) *Beneficiaalb.* 96a, *Gesta Abb.* 253

alterave abbatia, vel simpliciter habendo eius insertionem tamquam erroneam. Cum vero studium intensum, et comparatio assidua horum indicum nos docuerit, omnia apud illos habere suum fundamentum, re diligentius perspecta, solutiones quasdam proponimus.

Catalogi SVL referunt, praeter Balnam Insulam, separatim quidem, et coenobia Aland, Barthe et Langen, non vero Palmar, quod tamen certe tunc temporis iam extitit. Forte Palmar latet sub voce „Balna"? Ambae voces consonant quidem, et patrocinium B. M. V. concordat, sed „Portam Stae. Mariae" fuisse simul „Insulam" vix est supponendum, quia tunc a mari distabat. Etiam dioecesis in hoc casu esset differens. In dioecesi Osnaburgensi autem revera situm erat monasterium Ter Apel, de quo fere nihil scimus, et de quo vide infra sub dubiis. Sed nomina nimis discrepant, et locus iste tantopere distat a mari, ut vix umquam fuerit ibi insula. Maiorem igitur probabilitatem habet hypothesis ut sequitur:

Ex corona insularum, littori Frisiae germanicae adiacenti, minus Bant interea submersa, sed potissimum Borkum huic nostrae Balnae correspondere potest[49]). Occurrit enim haec insula, hodie pernota, bis in Chronico Emonis (Borkena 1227, et Borkna 1269)[50]). Balna autem palaeographice bene potest esse corruptela pro Borkna. Borkum saeculo XIII probabiliter extensionem habuit maiorem quam hodie, et optime erat culta et habitata. Abbatia Floridi Horti in vicinitate, et forte in ipsa insula, possedit bona. Borkum autem pertinuisse ad dioecesim Osnabrugensem, videtur minus probabile, sed scimus, catalogos supradictos saepius errare quoad indicationem dioecesis; quod occurrit etiam apud ipsam nostram circariam. Fieri ergo potest, saeculo XIII in Borkum extitisse canonia Ordinis nostri, quae a fluctu quodam ante annum 1287 est ablata[51]). In Ind. Vis. 1290, Balna Insula non iam invenitur, nec in catalogis Ordinis post hunc annum redactis (HWTPA).

Accedit et alterum momentum, quod hanc nostram opinionem confirmare potest. Ut iam supra diximus apud Aland, in documento quodam anni 1255 bis occurrit „praepositura de Insula", et immo praepositus eius (Focco) memorantur[52]).

In utroque casu immediate postea adducitur praepositus in Langen, quod innuit, hanc „Insulam" esse domum Ordinis nostri. Quod et putavit

---

[49]) Ita asserit Dr. A. W. Lang in Loga, in hydrographia historica regionis peritus.

[50]) Chron. Emonis, edd. FEITH etc. pp. 116, 227

[51]) Forsan fluctus annorum 1277 vel 1283 (GABBEMA o. c.)

[52]) FRIEDLAENDER I 26

Suur, qui quidem suspicatur eam esse idem ac Aland, unica allata ratione: „Ubi gentium secus quaeramus monasterium huius nominis? Forte Aland etiam appellabatur Eiland, id est insula?“[53]).

Patet hanc thesim, a posterioribus habitam ut certam, non sufficienter esse fundatam, ut iam supra exposuimus apud Aland. Ideo censemus esse haud impossibile, domum „Insula“ in diplomate supra allato occurrentem, esse nostram „Sta. Maria in Balna Insula“.

HUGO II 154, iam putat, hanc domum fluctibus ante annum 1290 esse consumptam.

BARTHE St. Nicolaus

Berethe, Berte, Berthe, Werethe, Berth. Porta Frisiae Orientalis?, Sti. Nicolai in Porta?[54]).

In solitudine situm intra fines parochiae Hesel, prope Leer, Frisia Orientalis (Germania) — Dioec. Münster — Varii auctores falso quaerunt hoc monasterium in Beerta, loco quodam submerso in sinu Dollart (ita HARKENROTH, *Tegenw. St.* WIARDA, BÜRSTING SCHRÖER I 426).

Parthenon, fundatus circa annum 1204 ab abbate quodam Doccumensi, et Henrico canonico Cappenbergensi. Non est certum, utrum fundatio sit facta ex Merna ubi dictum Henricum tunc degisse scimus, an ex Doccum, sed videtur esse peracta ex rationibus, quas supra in praefatione, et infra apud Doccum et apud Mernam exponimus. Abbas iste fundator videtur secessisse in Frisiam Orientalem propter schisma quoddam[55]). Supponere licet, et hanc domum initio fuisse monasterium duplex sicut Aland, Langen, et Palmar, sed authentice hac de re nihil constat. Stetit sub paternitate abbatum Doccumensium. Barthe erat nequaquam dives, possedit tamen curias in ter Wys, Monycke Vorwerk, et Oldehave. De historia eius fere nihil scimus ad saeculum usque XVI. Videtur se adiunxisse circariae nostrae serius aliis, certe autem ante annum 1287. Anno 1290 ibi degebant 40 religiosi. Anno 1503 praeposito eius permittitur a Capi-

---

[53]) SUUR l. c. 96

[54]) Barthense coenobium sic fuisse nuncupatum, habetur quidem apud auctores recentes (ita MATTHAEUS Anal. III 549, et MS Ten BROEK sub voce Palmar), sed probamen authenticum pro hac re nullibi invenitur. „Porta“ videtur fuisse Palmar tantum.

[55]) Textum Emonis, quo haec res nititur, vide infra apud Kusemer

tulo Generali, recipere aliquem sacerdotem saecularem aut regularem ad professionem, et assumere eum in adiutorium[56]). Monasterium cum medio saeculo XVI aere alieno esset oneratum, bona sua in provincia Groningana sita voluit venumdare. Quod voluerunt praevenire praelati circariae, iure merito dicentes, monasterium Barthense, utat in terra lutherana situm, eo ipso ad mortem fore damnatum ideoque pro Ordine perditum, ac melius esse bona illius in terra catholica sita salvare pro monasteriis ibi florentibus. Praepositus Schildwoldensis cum audivisset, post mortem ultimi praepositi Barthensis administratorem laicum et acatholicum venisse in illius locum anno 1563, nihil omisit, ut bona illa adipisceretur. Sed in vanum, novendecim enim moniales, tunc in Barthe existentes, noluerunt praebere suum consensum. Gyso Westerwolt, administrator de quo supra, vir rectus et timoratus, jura monialium suarum, etsi esset acatholicus, summopere defendit. Post mortem eius vero anno 1580, bona Barthensia trans Amasum sita primo videntur esse data abbati Marnensi, postremo autem praevaluerunt Schildwoldenses, qui bonis Barthensibus, trans Amasum sitis, pacifice fruiti sunt ad interitum usque proprium anno 1594. Anno 1597, Status Groningani ea Comiti Frisiae Orientalis debuerunt extradere[57]). In Barthe interea communitas paulatim est exstincta, ultima monialis obiit circa annum 1600. Monasterium dein factum est hospitale pauperum, omnes aedes adhuc substiterunt anno 1680[58]), sed postmodum solo sunt aequatae, et locus earum nunc silva est coopertus. Stalla chori ex Barthe nunc sunt in ecclesia Nortmoor.

Archivalia: StA Aurich 7 chartae 1499/1587 — RA Groningen, Recht. Arch. II cf. ind. — Arch. Farmsum, Groningen Nr. 446, cum sigillo conventuali (Vide etiam Schildwolde).

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 31, 59, 60 — HUGO I 325/30 — WAEFELGHEM 31 — ARENDS 181 ff — BÖRSTING SCHRÖER I 429 — Chron. Emonis (ed. ZUIDEMA) p. 9 — COTTINEAU 271 — DHGE VI 963 — FEITH, *Abel Eppens* II 451 — FEITH, *Gron. Beklemr.* II 331 — FEITH, *Reg. Gron.* II 394, *Suppl.* I 103 — FRIEDLAENDER Nr. 140, 669, 961, 1179, 1263, 1269, 1271, 1580, 1623, 1773 — HEIJMAN *Ostfr.* 28/31 — HOUTROUW I 182/83 — KOCHS 78 — MITHOFF VII 35 — REIMERS Hl. Ostfr. 24 — IDEM SKO 20, 46/53 — RUTGERS, *Farmsum* p. 660, 670 — De SITTER 316, 318, 319 — SUUR 101/03 — WIARDA II 354 — DEITER, *Urkunde das Kloster B. betreffend, vom Jahr 1570*, in: *Jahrb. Bild, Kunst u. Altert., Emden,* V 1, 140

[56]) Act. Cap. Gen. Laon 59

[57]) FEITH, *Rijkdom* 21. REIMERS SKO p. 49 sub hoc respectu est corrigendus.

[58]) IHERING, *Kirchen-Collectaneen* (MS StArch. Aurich)

Praepositi

Ignotus ca. 1204
(antea abbas in Doccum)

Arendt 1433 (Friedl. II 1774)

Fridericus — 1454 (ibid. I 661)
postea praep. in Langen

Aynt ante 1490 (ibid. II 1271)

Johannes 1490 (ibid.)

Johannes van Buiren 1499[59])

Peregrinus 1533 (Reimers SKO 20)

Gerd v. Vollenhove 1558/61,
† 1563 (StA Aurich, K. Barthe nr 7)

Gyso v. Westerwolt, administrator laicus 1563—80

BETHLEHEM B. M. V.

Bethlemestra-, -eemstra convent, Bethelahem, -lem, -leem, -laheem, -lahem, Berlaheem. — Hodie: Barthlehiem

SE Oudkerk, in pago Tjerksteradeel, in prov. Frisiae. Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden. — Vitetur confusio cum abbatia Smalle Ee OSB in Frisia, cum asceterio Rottum eiusdem ordinis (Prov. Groningen), et cum canonia O. S. A. in Zwolle, quae omnes pariter vocabantur Bethlehem.

Parthenon, prioratus. Sorores monasterii duplicis Horti Stae. Mariae anno 1170 ab abbate fundatore Friderico huc sunt translatae. Hoc asceterium ditissimum, arcte abbatiae matri coniunctum[60]), ab anno circiter 1200 habuit bona separata. Genuit parthenones Treptow in Pomerania (Circ. Slaviae), et vicinum Buweklooster. Anno 1499, Capitulum Generale revocat litteras permissionis quondam datas monialibus in Bethlehem, „ut uterentur velis albis, praecipiens ut amodo velis nigris utantur sicut de more in Ordine nostro"[61]). Moniales pluries erant ex nobilitate.

---

[59]) FRIEDLAENDER 1623. Probabiliter est idem ac praecedens, et ac ille praepositus, qui secundum Act. Cap. Gen. 59 brevi ante annum 1503 resignavit.

[60]) Anno 1534 in testamento quodam legatur unicuique „albarum Dominarum in Mariengaerde" een ton Hamburger Bier", ex quo liquet, hanc domum usque in finem fuisse habitam tamquam partem matris abbatiae (CANNEGIETER in *Fries. Volksalm.* 1894 p. 58).

[61]) Act. Cap. Gen. Laon 28. Cf. quod habent WUMKES p. 93, et *Gesta Abb.* p. 255 de hac re.

Circa annum 1500 magna pars bibliothecae celebris viri sapientis Suffridi Rudolphi translata est in Bethlehem, quo filia eius voluit intrare[62]). In hoc monasterio, ut in aliis coenobiis Frisiae, „sub tribus clavibus" asservabantur documenta magni momenti pro regione[63]). Anno 1578 Bethlehem est eversum. Redditus ex bonis eius anno 1585: 3581 fl. Loco eius nunc est praedium.

Archivalia perierunt. Supersunt tamen documenta, hanc domum spectantia, hinc inde in aliis archivis, ita in Gem. Arch. Leeuwarden (cf. SINGELS). Confer etiam SIPMA, qui praesertim testamenta praebet. Extat in Prov. Bibl. Friesland in Leeuwarden, MS pretiossimum, pulcherrime scriptum: Ordinarius O. Praem. in lingua neerlandica, 235 folia (HS 687). Provenit ex monasterio Bethlehem, ca. an. 1560.

Fontes et Litteratura: HUGO I 343, 844 — WAEFELGHEM 35 — *Beneficiaalb.* 84, 96/99, 100, 107, 158, 177, 180, 185 — MS BRUINSMA fasc. 25 pp — *Chartbk.* I 458, 748, II 14, 210, 278, 282, 283, 287, 290, 292, 565, 865, III 51, IV 292, 863/64, 876 — COTTINEAU 367 — EMMIUS *Fr. Hist.* 804 — GAN 533 — HALLEMA 107 — KRONENBURG III 143 — MATTHAEUS *Anal.* V 246, 250 — MOLL II 2, 34 — *Mon. Bat.* II 152 — *Reg. v. Aanbreng* I 20, 24, 58, 60, 64, 66, 68, 69, 78, 92, 97, 100, 102/06, 108/10, 115, 117, 130/32, 135, 136, 143, 144, 154, 163, 173, 175, 197/99, 228, 247, 248, 253, 255, 256 — MS REITSMA IV 16/17, XX 4 — SCHOENGEN, *Acten en Besch.* — SCHOTANUS *Beschr.* 40, 312, 327 — IDEM, *Gesch.* 101, 147, 387 — SINGELS Nr. 162, 198 a — SIPMA I, 271, 336, 384, 398, 440, 518, II 248, III 21 — SJOERDS III 139 — *Stamboek I* 19, 28, 58, 80, 99, 107, 158, 159, 223, 277, 314, 372, 384, II 153 (nomina monialium nobilium) — *Tegenw.* St. I 349/50, II 288 — de la TORRE XI 192 — v. APELDOORN II 388/90, 392, 406, 429 — v. d. AA, II 358 — v. EIJCK I 144 (enumerat bibliographiam antiquiorem), II 16, 160 — v. HEUSSEN *Ultraj. Leov.* 60 — H. v. R. *Oudh. Gest.* V 97/98, 111 — W. v. THABOR III, cap. XII — WINSEMIUS 137, 164, 175, 310 — WUMKES IV, XXV, 5, 10, 18, 19, 93 — WYBRANDS *Gesta Abb.* cf. ind. — AAU 1883, p. 192.

Priores

Thomas, post 1234	Gesta Abb. 168
Menno 12..	WUMKES 19

---

62) SUFFR. PETRI, *De Script. Frisiae,* MS 65 in Bibl. Prov. Leovard. dec. 9, bl. 10.

63) *Wynyma Wilkeren,* in P. GERBENZON, *Codex Furmerius (De Vrije Fries* 39, p. 88).

Ja... 1297	Chartbk. I 130
Yvo 1409	GABBEMA, Cop. I 41
Pibodus 1485	v. BUIJTENEN, St. Vitus (cf. Mariengaarde) p. 154
Adrianus inter 1485 et 1506	Gesta Abb. 255
Johannes 1526	SINGELS nr. 162
Johannes Groningen 1547	Gesta Abb. 275
Cornelius Broegel 1594	Chartbk. IV 864

BUWEKLOOSTER B. M. V. et St. Joannes Evangelista

Bouwe-, Buwen-, Bouwecloister, -cloester, -kleaster, Convent van Bouwen, Buwecoweynt, Bwingha claester, Boomklooster, Buwenconvent, Bovoclaustrum, Conventus Buonis, -Buvonis, Sepulchrum Stae. Mariae, Mariengraff, Maria's Graff.

Prope Drogeham, in parochia Harkema-Opeinde (Achtkarspelen), in prov. Frisiae, Dioec. Münster, postremo Leeuwarden.

Parthenon, praepositura. Buwo Harkema, laicus quidam coelebs, coepit instituere post annum circiter 1250, cum domesticis et familiaribus suis, vitam claustralem in domo sua, ad normam Ordinis nostri. Annus fundationis 1242, nobis relatus a Gestis abbatum Horti BMV[64]) et a Sibrando Leone[65]), cum veritate vix concordare potest, quia Wilhelmus Turonensis, Ottonis Monasteriensis Episcopi Vicarius, qui secundum laudatos auctores asceterium consecravit anno 1242, munus vicariatus anno demum 1247 suscepit, et quia insuper suspicamur, fundationem Buvonis nonnisi post aggregationem monasterii vicini de Gerkesklooster ad Cistercienses, quae accidit circa annum 1248, Ordinem nostrum legaliter esse amplexam.

Monasterio constituto, Buwo fundator nova aedificia erexit[66]), et fundationem suam subiecit paternitati abbatis Horti B. M. V. Ethelgerus abbas dein sorores de Buweklooster ad tempus misit in Bethlehem, ut in

[64]) *Gesta Abb.* p. 226. Ipse WYBRANDS dicit, hoc datum vix esse exactum.

[65]) WUMKES 18. (Melius habetur in *Gestis Abb)*

[66]) Aedificia definitiva non stetisse in loco primitivo, concludimus ex facto, quod parochialis ecclesia Harkemakerke (id est locus, ubi Buvo erexerat coenobium), anno 1511 transfertur ad ipsam ecclesiam monasterii, una cum onere, in Harkemakerke erigere capellam, et legendi ibi missam hebdomadariam (RA Leeuwarden, Charta 20. VII. 1558, Reg. Nr. 13)

disciplina Ordinis melius instruerentur, quibus redeuntibus adiunxit turbam decem virginum Bethlehemiticarum. Anno 1290, 170 incolae ibi fluctibus erant superstites. Ultimus praepositus se nominari fecit anno 1580 administratorem bonorum, quorum redditus anno 1582 erant 1401 florenorum. Ultimae moniales dein partim vixerunt exules Groningae, apud abbatem Marnensem, partim Leovardiae in Hospitale Sti. Antonii. Monasterium disparuit praeter praxatorium, quod, sicut in vicino Gerkesklooster, anno 1629 versum est in ecclesiam et domum pastoralem[67]). Anno 1718 haec ecclesia iam erat ruinosa[68]). Hodiedum superest maceria coemeterii et sarcophagus lapideus.

Archivalia: RA Leeuwarden Klst.: 10 diplom. 1484/1580 — Varia in Archivo Hospitalis Sti. Antonii ibidem (cf. REITSMA V 168) — Stadsarch Groningen 1449 nr. 2, cum sigillo praepositi — Statenarch. Leeuwarden 3 dipl. (Ged. St. G F 63, No. VIII) — Delineatio monasterii (1723) vel potius residuorum eius, in Museum Friesch Genootsch. ibidem.

Fontes et Litteratura: HUGO I 431, 844 — WAEFELGHEM 49 — ANDREAE (vide Gerkesklooster) 105 — *Beneficiaalb.* 215, 225 — BÜRSTING SCHRÜER I 414 sq. — BRUINSMA fasc. 17 pp. — BRUNA 10 — *Chartbk.* I 195, 531, 726, II 14, 257, 270, 559, 715, 795, 865, 409, 558, 565, III 51 — COTTINEAU 541 — EMMIUS *Fr. Hist.* 179 — GABBEMA *Watervl.* 101, 102 — GAN II 27 — KRONENBURG III 20 — LEDEBUR 127 — MATTHAEUS *Anal.* III 550, V 265 — *Mon. Bat.* II 26 — OBGronDr nr. 354 — *Reg. v. d. Anbreng* I 217/18 — REIMERS FPU p. 61 — MS REITSMA II, IV 21, V 163/69, VI, XVII 41 — SCHOENGEN *Acten en Besch.* 182, 185, 188, 193, 196, 202, 206, 212 — SCHOTANUS *Beschr.* 328, 329 — IDEM, *Gesch.* 138, 147 — SIPMA I 398, 440 — *Tegenw. Staat* I 405, II 233 — v. d. AA II 849 — v. APELDOORN II 119, 387, 393, 402 — v. EIJCK II 35, 205 — H. v. R. *Oudh.* V 106 — P. v. THABOR 274 — W. v. THABOR III 32 — WINSEMIUS 165, 176, 459, 533 — WUMKES IV, 12, 13, 30, 43 — REITSMA, *Stichting van Buweklooster*, in: *Fries. Volksalm.* 1884, 103/12 — — R. VISSCHER, *De Archieven van het St. Anthonij Gasthuis te Leeuwarden 1425—1813*, Leeuwarden 1921, p. 86 Nr. 163, 167.

---

[67]) v. EIJCK II 205

[68]) In Atla Schotani *(Uiteelding der Heerlijkheit Uriesland*, edd. HALMA 1718) apparet minuscula „ecclesia collapsa de B." — Stellingwerf residua monasterii delineavit anno 1723 (Mus. Fries. Gen. Leeuwarden), sed domus ibi depicta nec videtur esse ruinosa, nec habet speciem praxatorii aut ecclesiae.

Praepositi

Werp 1248/49[69])
Ulboldus 1408[70])
Oldo ca. 1438[71])
Ettelus 1447[72])
Oltatus 1449[73])
Wolbertus —1497[74])
deinde abbas in Merna

Rudolphus 1510/29[75])

Godefridus Sylvius 1540/58[76])

Regnerus Asperen 1558—69[77])
deinde abbas in Mariengaarde

Nicolaus Jansz van Doccum
1580/92[78])

DEVENTER St. Nicolaus

Ecclesia parochialis cum prioratu, pertinens ad bona fundatitia cano-Sti. Nicolai in Monte Daventriae — Unde Hugo hauserit suam denominationem „Clostar" (id est, Klooster), non elucet.

Civitas in provincia Overijssel, Frisiae contigua. Dioc. Utrecht, Postremo ipsa sedes episcopalis. — Non pertinuit ad circariam Frisiae, sed potius ad Westfalicam[79]).

Ecclesia parochialis cum prioratu, pertinens ad bona fundatitia canoniae Varlarensis in Westfalia. Ecclesia, probabiliter constructa anno 1180, anno 1206 consecrata est ab Alberto Episcopo Rigensi[80]). Hoc eodem anno lis inter abbatem Varlarensem et Capitulum Sti. Lebuini Daven-

69) WUMKES p. 12. Sibrandus Leo falso dicit eum fuisse praepositum in Veenklooster. *Gesta Abb.* p. 184 nuncupant eum Wilgrepum.

70) *Chartbk.* I 368

71) *Form Pr.* Nr. 285

72) *Chartbk.* I 531

73) Stadsarch. Gron. 1449, Nr. 3 — Forsitan „Ettelus" est corruptela, et Oldo. Oltatus et Ettelus sunt una eademque persona!

74) HUGO II 240 — Vide infra apud Mernam.

75) MS REITSMA V 163

76) WUMKES 30, *Chartbk.* II 795. Secundum REITSMA l. c. non est idem ac abbas Horti Stae. Mariae eiusdem nominis.

77) ibidem

78) Arch. St. Anth. Gasth. II 671 — MS REITSMA V 163

79) Prioratus dependentes ab abbatia quadam longe dissita, adducimus apud eam circariam, in cuius regione sunt siti, ut fecimus v. o. apud sic dictos „alien priories" in Anglia (v. supra p. 43, 87, 88)

80) Aggregavit capitulum ecclesiae suae cathedralis Ordini nostro, vide vol. I 411

triae terminatur compositione pacifica, et statuitur, ecclesiam Sti. Nicolai abhinc administraturum iri a priore et tribus capellanis ad nutum abbatis. Ad bona prioratus etiam spectabat ecclesia incorporata de Epse. Prior, qui habuit ius sigillandi, „cum fratribus divinas laudes ad Ordinis tenorem exequebatur"[81]). Cum illis initio certe adiungebantur aliqui conversi, ad tempus probabilius erat domus vere formata, etsi ultimis saeculis certe nil aliud esset nisi mera domus parochialis. Anno 1580 ecclesia facta est acatholica, sed prior adhuc per decennium fere in civitate resedit. Ecclesia, quae est valde pulchra, duabusque turribus ornata, integra subsistit ut parochialis protestantium.

Archivalia: Fürstl. Salm-Horstmarsches Archiv Coesfeld nr. 235, 272, et copiae diplomatum in copiario Varlarensi — Rijksarch. Zwolle (Dipl. an. 1206) — Gem. Arch. Deventer Nr. 250.

Fontes et Litteratura: (cf. ad hoc vol. I, 144/47, 197) — HUGO I 523, prob. 409/10 — BROM, *Arch. Italie* I 1713 — IDEM, *Bull. Traj* 363, 872 — GAN 465 — *Mon. Bat.* II 46 — *Ned. Klo. Zeg.* 38/39 — OBStUtr II 573 — POTTHAST 22396 — *Reg. Utr.* 1301/40 Nr. 1 — MS REITSMA XVII — SCHMITZ KALLENBERG 77 — *Inv. der Nichtstaatl. Archive Westfalens,* Beib. I, U. 2, 97/ 169 — SLOET 971, 1096 — VERMEULEN nr. 51 — VLM VII 32 — DARPE, *Cod. Trad. Westfal.* (1907) pp. 83 ff. — G. DUMBAR *Kerkelijk en wereldlijk Deventer,* Dev. 1732, I 451/56 — J. LINDEBORN, *Historia episcopatus Daventriensis,* Köln 1670, p. 89 — N. B. TENHAEFF, *Diplomatische Studien over Utrechtsche Oorkonden der X tot XIIe eeuw,* Utrecht 1913, p. 207 — G. J. Ter KUILE, *Bijdragen tot een oorkondenboek van Overijssel 1200/50,* I, in *Versl Meded. Overijsselsch Regt en Gesch.* LXV (1950) p. 25 nr. 117 — v. DOORNINCK, *Cameraarsrekeningen van Deventer 1337/87,* Deventer 1888/1908, I 22, II cf. ind, xxxvij, III 21, 290, 302, 355, 373, 467, IV 43 — P. WUBBE, *Het Archief der Abdij te Ter Hunnepe,* Den Haag 1931, Nr. 51, 54, 322 — AAU 1911: 198, 357, 361/66, 404, 1930: 267, 272, 297 — BOB 1911: 147/52, 1915: 74, 284. —

Priores

Theodoricus	1350	(HUGO, forte est idem ac Dietrich v. d. Horst, RAMACKERS in Anal. Praem. V 329)
Albertus Cuer	1392	HUGO l. c.
Matthaeus	1436	REITSMA XVII[82])
Roelof Strick	1460	ibidem
Jan van Graes	1494/98	ibidem. Sec. HUGO: 1517

[81]) HUGO l. c.

[82]) REITSMA contendit nomina huius prioris, et sequentium invenisse in Archivis in Zwolle.

Gelmar v. Beckum	1515	ibidem. Sec HUGO: 1517
Jan v. Remen	1517/21	ibidem
Gerhard v. Remen (deinde praep. in Varlar)	1521-27	HUGO, RAMACKERS 330
Johannes Enckelsen (probabiliter est idem ac Johann von Kückelsheim, ca. 1550)		HUGO RAMACKERS l. c.
Hermann v. d. Clooster	† 1579	HUGO, RAMACKERS l. c.
Wolter v. Heuvel	res. 1587	ibidem
Henricus v. d. Capellen	res. 1587	ibidem
Everardus Voss	1587-	ibidem

DOKKUM SS. Bonifacii et Pauli[83])

Dochem, Dockem, Dockinga, Doeccum, Doccum, Dockinghe.

Oppidum in pago Ostergo, Frisia, Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden.

In loco ignoto juxta Doccum, ubi martyrium subierat Stus. Bonifacius, monasterium O. S. B. antiquitus fuerat erectum[84]). Post annum 1163 Tadeco sive Taco quidam cum pluribus sociis se segregavit a communitate Horti B. M. V. nuper fundata, et novam canoniam instituit. Quod videtur esse factum in loco supradicto, renovando coenobium illud perantiquum, tunc temporis totaliter vel fere exstinctum. Postea vero haec nova canonia divisa est in Doccumensem et Marnensem. Quandonam hoc factum est, et quando hae domus formaliter Ordini se adiunxerint et paternitati abbatis Steinfeldensis se subiecerint, non est certum, sed videtur esse factum ante annum 1200. Nihil probat, hoc accidisse adhuc tempore Beati Frederici (ante 1175). Initio Doccumense coenobium erat praepositura, probante Necrologio Tongerloensi, et ut de more in Frisia, monasterium vere duplex. Teste Emone, sub fine saeculi XII, abbas quidam de Doccum factus est praepositus in Barthe. Insolitum est omnino, abbatem

---

83) Numquam habuit patronos SS. Augustinum et Norbertum, ut primus asserit *Oudh. en Gest.* p. 102

84) Probabiliter post annum 763 (MGH SS II 331, cf. *Oorkb. St. Utr.* I 51, 53). Quod dicunt hac de re OCKA SCHARL p. 75, et SCHOTANUS Beschr. 249, vix fide est dignum. Num hoc coenobium fuerit vera abbatia, et quamdiu extiterit, non constat. Certe hic locus martyrii erat antiquissimum sanctuarium totius regionis. Rationes, cur recenter supponatur, illud fuisse in Vrouwtenberghe juxta Doccum, vide infra suo loco sub dubiis.

quendam descendisse ad gradum inferiorem. Opinamur hoc esse factum ex gravi ratione: schisma videtur esse ortum, cum Steinfeldenses visitatores imposuissent quasdam innovationes, praesertim separationem mulierum a viris. Tunc abbas iste probabiliter cum religiosis, in indignatione cum eo concordibus, secessit in Barthe, ubi vetus systema retinuit. Forte iam antea Merna fuerat orta ex simili dissensione[85]).

Quae reformatio ad normam Steinfeldensium fuisse perfectam nonnisi post annum 1200, et fuisse aequiparatam ab illis fundationi prorsus novae, elucet forte eo ex facto, quod Hugo, hauriens ex fontibus archivi Steinfeldensis[86]), dicit canoniam Sti. Bonifacii anno demum 1204 esse fundatam, et canonicos Steinfeldenses eo esse profectos. Probabiliter hic annus 1204 indicat translationem canoniae a loco „ignoto" juxta Dokkum, de quo mox loquemur, in ipsam civitatem. Translationis causa, ut eodem anno in Merna, erat proculdubio separatio sexuum. Quid contigerit sororibus huius canoniae, non est certum. Pars earum videtur secessisse cum abbate suo in Barthe. Constat abbatiam Sti. Bonifacii habuisse postmodum, ut aliae abbatiae nostrae circariae, suum parthenonem adiunctum, et quidem saeculis XV et XVI in vicino Weerd. Quod iam satis probat, monasterium primitus fuisse duplex. Quaenam fuerint fata sororum Weerdensium primis saeculis, et ubinam degerint, cum certitudine dici nequit; relinquimur ad coniecturas. Secundum hypothesim P. Bruna, canonia virorum translata est ex Vrouwtenberghe in oppidum ipsum Doccumense, relinquens moniales in Monte Mariano[87]). Abbas Doccumensis bissextili quoquo anno, erat archidiaconus in Doccum, Holwerd et Gast[88]), insuper erat parochus natus ad Stum. Martinum in Doccum,

---

[85]) Quam hypothesim fusius exponimus supra in praefatione.

[86]) Annalista Ordinis HUGO, de abbatiis Doccumensi et Mernensi, sicut et de nonnullis earum filialibus asceteriis, materiam praebet interdum inopinatam, multos abbates et varia facta adducens, de quibus ceteroquin ex fontibus Frisiae nihil constat. Hactenus auctores indigenae hanc materiam praeterierunt; immo in Ordine putabatur, Annalistam hac in re nulla fide esse dignum. Ex scriptis tamen eius, Nanceii relictis, (vide supra, p. 14 Ad nos attinet praesertim MS 992 XV 249/78, XVII 237 sq) patet, hanc materiam provenisse e Steinfeld, cuius abbates semper arcta in relatione erant cum circaria Frisiae. Fontes illi Steinfeldenses, praesertim necrologium, non iam inveniuntur, et apparet, Annalistam bene fuisse instructum ex illis, ita ut generatim ei fidem praebere possimus.

[87]) Toelichting l. c. — Quam hypothesim allicientem fuse exponimus infra apud Vrouwtenberghe, sub dubiis.

[88]) MS BRANDSMA, quod excursum optime elaboratum continet de hac canonia, Gast est idem ac Westergeest, de quo hic infra, et p. 226.

quam parochiam per duos vicarios ex Ordine desservire solebat. Possedit canonia etiam dimidiam partem ecclesiae in Holwerd, sicut et ecclesias parochiales in Roodkerk (Readtsjerk), Westergeest et Engwierum, quas pluries canonicis suis administravit. Subditi erant paternitati abbatis Sti. Bonifatii parthenones sequentes: Weerd (prioratus), et praeposituræ Kusemer, Palmar, Barthe, Hopels, Veenklooster et Koldinne. Numerum incolarum monasterii fuisse ingentem adhuc in fine istius saeculi, elucet e facto, quod post diluvium anni 1287 400 eorum erant superstites.

In ecclesia abbatiali colebantur reliquiae insignes Sti. Bonifacii, ita viscera, calix, pedum, casula et evangeliarium ab ipso conscriptum[89]). Quae omnia, sicuti sic dictus Fons Sti. Bonifacii, et reliquiae sociorum eius, maximo erant in honore, et quotannis attrahebant undique peregrinos. Bona abbatiae erant 1565 jugera (vulgo pondematen), proventus ex illis anno 1585: 2388 fl. Anno 1572 monasterium est exspoliatum et combustum, anno 1580 suppressum. Abbas et aliqui religiosi secesserunt exules in Groningam, ubi post annum 1585 praepositus de Kusemer adhuc electus est in abbatem Sti. Bonifatii. Ecclesia diruta est paulo post (1589, ultima residua 1699)[90]), turris tamen, altitudinis 200 pedum, substitit ad annum usque 1832. Monasterium paulatim destructum est. Orphanotrophium hodie in loco abbatiae existens, videtur continere partes et muros aedium illius. — Anno 1653 Capitulum Generale abbatiam Doccumensem „in effigie" univit Steinfeldensi.

Archivalia: RA Leeuwarden, Klst. 15 chartae 1447/1603 — Arch. Fr. Genootsch. ibidem, Coll. Burmania Eysinga 47 — StA Aurich 1 dipl. (1448) — Diplomata dispersa, hanc canoniam tangens cf. FEITH, *Reg. Gron*, SIPMA, BROM *Bull. Traj.*, *ObGronDr*, De SITTER.

Imagines civitatis ex annis 1580/1664, in quibus residua aedium et turris bene discernuntur, apud BRAUNIUM, *Civitates Orbis terrarum*, et SCHOTANUM *Beschr. van Friesl.* BLAEU *Tonneel der Steden*, GUICCIARDYN *Belgii descriptio* 12, Ubbonem EMMIUM ed. fol. 1616. Variae picturae

---

[89]) Quem librum anno 1582 abbas Fuldensis O. S. B. in ultimo momento salvavit a manibus haereticorum, et in suam abbatiam abstulit, ubi hodiedum asservatur. (M. SCHOENGEN, *Neerlandica in Belgische Archieven, Ned. Archievenblad* XVII, 1908/09, p. 217) — Ceteroquin reliquiae supradictae censentur fuisse plus quam dubia.

[90]) Cum, anno 1705, fundamenta ecclesiae essent effossa, puteus, magnus thesaurus auri, et complura pretiosa (a canonicis forte abscondita) sunt inventa. Cf. enarrationem in MS Hesman in Archivo Doccumensi.

turris, et aedium (saec. XVIII/XIX) habentur in Mus. Fries. Genootsch. Leeuwarden.[91])

Fontes et Litteratura: HUGO I 377/80 — WAEFELGHEM 221 — *Beneficiaalb.* 155, 160, 163, 164, 171, 176, 179, 186, 189, 191, 203, 232 — BROM, *Archiv. Italie* I 36 — IDEM, *Bull. Traj.* 107, 108, 33, 2269 — IDEM OBStUtr III 1216 — MS BRUINSMA fasc. 42 pp. — BRUNA 13 — *Chartbk.* I 88, 130, 195, 325, 435, 521, 523/24, 530, 694, 713, 748, II 2 10, 225, 232, 258, 272, 283, 285, 287, 289, 293, III 51, 184, 465, 485, 590, 917, IV 8, 29, 31, 147, 863, 876 — COTTINEAU 978 — DIRKS 287/89, 298 — DRIESSEN I 25, 89, 132 — EMMIUS 509 — FEITH, *Reg. Gron.* I 251, 202, HS 1494 nr. 42 — FEITH, *Warfsc. Oord.* 48 — *Form. Pr.* Nr. 230, 237, 279, 284, 319, 325 — FRIEDLAENDER 57, 73, 295, 298, 301, 305, 309, 310, 312, 566, 577, 587 589 — GAN II 28 — GOOVAERTS I 303, III 107 — HEERINGA *Rek. Utr.* II 215 — JORRITSMA 67/71 — *Mon. Bat.* II 58, 99 — MULLER *Reg. Rek.* 699 (1333), 2235 — *Ned. Klo. Zeg.* 39/42 — *OBGronDr*, cf. ind. — POTTHAST 7219 — PRESSUTTI 4329, 5431, 7392 — *Reg. v. Aanbr.* I 78, 102, 115/17, 120/25, 129, 130, 132, 136, 138, 140, 142, 145, 148, 149, 152, 154, 156, 158, 160/61, 163, 166/69, 182, 184— MS REITSMA II 5, III 34, IV, 18/20, XIX 99, 126, 140, XX 4, 11 — *Rep. Germ.* II 230 — RICHTHOFEN II 622, 623, 739 — SCHOENGEN *Act. en Besch.* 182, 184, 187, 192, 196, 205, 212 — SCHOTANUS *Beschr.* 298 — IDEM *Fris. Hist.* 147, 765 — SIPMA I 34, 98, 235, 271, 384, 398, 440, II 28, 89, 103, III 21, 22 — De SITTER 70, 76, 291 316 — A. STRATINGH VENEMA 328 250, 327/29 — *Tegenw. St.* I 235, II 266, IV 521 — De la TORRE 194 — v. d. AA III 362 — v. APELDOORN I 208/09, II 50, 119, 314, 386, 392, 401,/02, 461/66, 471 — v. EIJCK I 132, II, 8/9, 138/40 — H. v. R. *Oudh. Friesl.* V 102 — W. v. THABOR, 4, 67, 86 — WINSEMIUS 105, 172, 176, 249, 259, 310, 565/66 — WUMKES III, I, 5, 43, 68, 82, 92, 93, 58, 58, 60, 71, 80 — WYBRANDS *Bloemhof* 26, 62, 105, 163 — IDEM, *Gesta Abb.* 37 — H. BRA (Ed. J. G. OTTEMA) *Beschrijving der Waalsche Furie te Dokkum in het jaar 1572*, in: *„De Vrije Fries“* VI (1853) 131/52 — A. HALLEMA, *St. Bonifacius en het Bonifaciusklooster te Dokkum*, in: *„Het St. Bonifaciusboek“*, Nijmegen-Utrecht 1927, 63/90 (Rec. *Anal. Praem.* IV 439) — AAU 1888 p. 348, 1895 p. 288, 351, 1906 p. 192 p. 243, 1929 p. 130, 1930 p. 317, 1937 p. 516. —

---

[91]) Ibi habetur etiam mappa Frisiae, a Jacobo van Deventer, geographo imperiali, anno 1550 delineata, in qua nostra canonia, sicut et aliae vicinae, ut Vrouwtenberghe, minuscule discernuntur.

Series abbatum

Otto praepositus[92])
Thomas ca. 1204?[93])
D..... 1217
Th(eodoricus) 1224/28[94])
H......
Tado (Thiduardus) 1230
Rothuardus 1231/42[95])
Metellus[96])
Gerbrandus 1269[97])
Pontetus[98])
Bernardus[96])
Rothuardus[99])
Follerius[100]
Cuno[96])
Meinoldus[96])
Walkardus[101])
W...... 1297[102])
Wilgredus[96])
Proptetus[98])
Menardus 1307[103])
Gerbrandus 1333[104])
Tijtard 1355, 1374[105])
Rembertus 1385[106])
Tibrandus[96])
Richardus[96])
Siffridus 1409—22[107])

---

92) Necrol. Tongerloense 27. X. — Num Taco fundator factus sit primus praepositus in Doccum, nescimus, sed est possibile.

93) HUGO dicit eum fuisse primum abbatem, quod videtur hausisse e necrologio Steinfeldensi. Forsan e praeposito evectus erat in abbatem. Hunc Thomam esse eundem, ac abbatem illum secedentem in Barthe circa annum 1204, videtur nobis minus probabile, potius erat successor illius. HUGO I 378 confundit Thomam cum Th (iduardo), authentice annis 1224/28 occurenti, quem invenerat apud v. HEUSSEN.

94) Forte D... (Emo, ed FEITH p. 96), Theodoricus (*OBGronDr* 71, 89), Tado (WUMKES 8) et Thiduardus *(Gesta Abb.* 150) sunt una eademque persona. Manet tamen difficultas, quod secundum HALLEMA (p. 76, nullo allato fonte) H... quidam erat successor Theodorici, pro quo inter Tadonem et Rothuardum vix esset locus.

95) Emo 186, HUGO

96) Abbates. quos indicamus absque anno, inveniuntur apud HUGO, secundum necrologium Steinfeldense. Nonnullos ex illis etiam ex fontibus indigenis confirmare potuimus. Quia interdum Hugo ipse annos indicat, sequimur eius ordinem.

97) EMMIUS XI, 165 — WYBRANDS *Bloemhof* 147

98) HUGO. Probabiliter rectius: Poptetus (nomen in Frisia communis)

99) item. Videtur esse idem ac supra pro annis 1231/42

100) HUGO. Probabiliter rectius: Folkerus

101) item: Volkardus

102) Chartbk. I 130 — Forte est idem ac Volkardus vel Wilgredus

103) *De Vrije Fries XVI* 159. Nomen eius invenitur in campana ecclesiae de Roodkerk.

104) MULLER *Reg. Rek.* I 418, *Chartbk.* I 195

105) *OBGronDr* 440, COLMJON nr. 352

106) HUGO

107) WUMKES 58, *Chartbk.* I 435, RA Leeuwarden, Klaarkamp I 73

Uilko 1422—39[108])
Wilhelmus (Wittia) 1441/49[109])
Petrus 1451 vel 52[110])
Johannes 1456[111])
Jacobus de Montfort 1465/88[112])
Joannes de Duveland 1488—1505[113])
Wolter 1511/17[114])
Ignotus obiit 1525 vel 26[115])
Dirk (Ammes?) v. Loenen 1543/47[116])
Hendrik v. Zutphen 1547—50, depos.[117])
Dirk (Ammes?) v. Hattum 1550—53[118])
Hendrik v. Kessel 1553—80, † 1585[119])
Theodoricus Annius, electus inter an. 1585 et 90 (antea praep. in Kusemer[120])

GERKESKLOOSTER B. M. V. ?

Gerka, Gerrici coenobium, Jerusalem

in parochia Augustinusga, non longe a Dokkum, in prov. Frisiae. Dioc. Münster, postremo Leeuwarden.

Gerco sive Gerricus laicus quidam, exemplum fratris sui Buwonis imitans (de quo vide supra apud Buweklooster), circa annum 1240 praedium suum Wigarathorpe vertit in monasterium, ubi cum propinquis et fami-

108) WUMKES 58, 60, 61
109) FRIEDLAENDER 577, *Chartbk.* I 521, 523, 530, SIPMA II 28
110) HUGO (obiit an. 1451) — REITSMA II 5 (vixit an. 1452)
111) HUGO
112) HUGO, HALLEMA 89, FEITH *Reg. Gron. I 202, RA Leeuw. Klaarkamp* III 1
113) ibid. — FEITH l. c. I 251, *Chartbk.* I 748, II 227
114) *Chartbk.* II 289 (Wt 1511) — NIJHOFF, *Gelderland* VI 2, p. 589
115) MS BRANDSMA
116) Hic HUGO, dicens eum obiisse an. 1529, errat. Secundum *Gesta Abb.* 273, *Beneficiaalb.* 203 et RA Leeuwarden Klst. vixit annis 1543/47
117) *Chartbk.* III 184 — MS BRANDSMA. Etiam hic HUGO errat, qui ponit eum inter annos 1529/40
118) HALLEMA 83, 89 — MS BRANDSMA: Antea erat praepositus in Veenklooster.
119) Secundum HEERINGA II 215 benedictus est iam anno 1553 vel 54, obiit anno 1585 Groningae. (*Chartbk.* III 485- MS BRANDSMA)
120) Arch. Gen. Roy. de Bruxelles, Abb. du Parc, Nr. 9476 (Epistola abbatum Frisiae, Groningae coadunatorum inter annos 1585 et 90, ad abbatem Parcensem)

liaribus vitam religiosam instituit. Frustra adiit abbates O. S. A. et O. Cist., ut communitatem in ordinem suum reciperent. Postremo facta est prioratus dependens ab abbatia Horti B. M. V., Ordinis nostri. Sed iam paulo post, anno scilicet 1244, ordinem mutavit et ad Cistercienses transiit[123]). Religiosis sub regula Praemonstratensi manere volentibus data est curia, in eadem parochia sita, quae exinde facta est prioratus, duce Utato quodam, abbatiae Horti B. M. V. subditus. De fatis huius prioratus, et quando desierit, nihil scimus[124]). Moniales autem a Buwone, fratre Gerrici, partim locatae sunt in Buweklooster. Ut de more in Frisia, haec fundatio Gerrici fuerat monasterium duplex. Post adoptionem regulae Cisterciensis floruit tamquam abbatia insignis huius ordinis usque ad saeculum XVI, una cum asceterio adiacenti (Galilea Burum).

Fontes at Litteratura: Unicus fons brevis adhaesionis ad Ordinem Praem, sunt *Gesta Abb.* 212/21.

Cf. *Mon. Bat.* III 15/16 — WUMKES IV, 17 — HUGO I 840 — A. J. ANDREAE, *Het Klooster Jerusalem of Gerkesklooster,* Kollum 1890 — T. E. TEUNISSEN, *De oude Gouw Hucmerchi,* in: *Het Noorderland* I (1941) 36/38.

HEILIGERLEE Sta. Catharina

Mons Sinai (secundum sigillum), Sacralea, Hilligerleij, Heyligher Lee, Westerlee, Asterle, Asterlo.

Inter Winschoten et Westerlee, in prov. Groningen. Dioc. Osnabrück, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura, dependens ab abbatia Horti Stae. Mariae. Fundata est in solitudine, in terra arida et inaquosa, ante annum 1223

123) Ex Actis Capitulorum Generalium Ord. Cist. anni 1244 patet, Gerkonem per Episcopum Monasteriensem incorporationem in dictum ordinem petiisse: „Inspectio abbatiae de Wigaradorp, Ord. Sti. Augustini, quam petit Monasteriensis Episcopus Ordini incorporari, committitur abbatibus ... etc." *(Stat. Cap. Gen. O. Cist.,* ed. J. CANIVEZ, Lovanii 1935 sq. 8 voll, ad an. 1244 nr. 51).

124) Monasteria Ordinis in hac regione sita, praeter Buweklooster, erant Veenklooster et Weerd, quorum origo ceteroquin est ignota. BRUNA (p. 9) putat Veenklooster, quod erat abbatiae Doccumensi subditum, iam extitisse ante annum 1240, et Weerd certe processerat ex illa abbatia. Potius videtur hic prioratus, abbatiae Mariengaarde subiectus, mox desiisse. Nec in Gestis Abbatum, nec apud Sibrandum Leonem de eo amplius fit mentio. Opinio De JAGER, coenobium Gerrici esse filiam de Veenklooster (*Het Noorderland* 1943 p. 102) est improbabilis. TEUNISSEN putat se rudera invenisse huius prioratus apud Augustinusga (ibidem I 36); quod pariter nobis videtur esse valde incertum.

ab Herderico praeposito Schildwoldensi. Primitus Ordini formaliter non erat subiecta, sed potius prioratus dependens a Schildwolde, ubi Herdericus praepositus residebat. Versus annum 1250 tamen sui juris factus et jurisdictioni Ordinis subiectus est. Mansit vero in unione personali cum Schildwolde, anno demum 1291 iam habuit proprium praepositum. Hoc tempore habuit 180 incolas. Multa fecit hoc monasterium opulentum pro cultura totius regionis. Possedit in fine 890 ha[125]). Probabiliter praepositus vel capellanus eius administravit parochiam vicinam in Westerlee[126]). Anno 1568 praepositus ex praelatis Ordinis nostri unus, invitatur ad sollemnem receptionem novi episcopi Groningae[127]). Eodem anno in Heiligerlee facta est clades famosa Hispanorum, Arenbergio duce, qui cecidit et sepultus est in ecclesia monasterii, quod ceteroquin neque tunc, neque in bellis subsequentibus videtur esse passum damna notabilia. Suppressum est anno 1594 cum 16 monialibus. Postea ecclesia, quae habuit fenestras pulchre depictas[128]), et omnes fere aedes rasae sunt anno 1598[129]), hospitium vero, venumdatum anno 1601, videtur substitisse usque ad saeculum XVIII[130]). Saeculo peracto adhuc videbantur rudera, hodie nil amplius superest.

Archivalia: RA Groningen, 1 dipl. 1482, cum sigillo (cf. OBGronDr pl. X nr. 6) — Ibidem RR Klg. Gron. voll. 65/68 — Ibidem Arch. d. Ommelanden I 15048 — ALTING, Diarium 76, 124, 676 — Rechterl. Arch. III 159 — Missivenprotocol Alting, Gem. Arch. Groningen 1561/77, p. 74, 136, 350.

Fontes et Litteratura: HUGO duplicat I 497, 811 — WAEFELGHEM 110 — *Chartbk.* I 195 — COTTINEAU 1395 — DRIESSEN 426 — FEITH, *Abel Eppens* I 498 — FEITH *Gron. Beklemr.* II 613 — FEITH, *Reg. Gron.* I 210, II 336, III 52, 195, IV 156, 192, 203, Suppl. I 93 — FEITH, *Warfsconst. Oord* 138 — MATTHAEUS Anal. 203 — *Mon. Bat.* II 89, 206 — *OBGronDr* No. 178, 180, 354, 814, 815 — MS REITSMA XVII 13,14 —

125) FEITH, *Rijkdom* 18, 27

126) MS Ten BROEK, Heiligerlee p. 11

127) Gemeentearch. Groningen, Plakkaatb. 1555/76, p. 66 Praelati diversorum Ordinum monentur comparere cum pluviali, pedo et mitra; ex quo facto nondum certo liquet, nostrum etiam praepositum fuisse mitratum.

128) Missivenprot. Alting p. 74

129) RRKlgGron 68. 4, pp. 125/26. Patet ex hac descriptione aedium, has fuisse spectabiles et extensas.

130) ROELFSEMA 74, HUGO l. c.

GAN II 66 — RICHTHOFEN II 1293 — ROELFSEMA 22, 35 — De SITTER p. 158, 214 — *Tegenw. Staat* II 224 — MS Ten BROECK — v. d. AA V 345 — H. v. R. V 389 — WUMKES IV, 20, 43, 81 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 242 N. BACKMUND, *Asceteria Heiligerlee et Nyeklooster op den Dam venumdantur in demolitionem anno 1597*, (art. apud redactionem *Anal. Praem.)* — J. A. FEITH, *De dood der graven van Arenberg an Adolf vanNassau*, in: „*Historische Avonden*", Groningen 1907, 31/48 — *Het Klooster te Heiligerlee*, in: *Gron. Volksalm* 1839 pp. 113/15 (auct. I. G. RIJKENS). —

Praepositi

Herdericus 1230—50[131])
Priores sub eo, in Heiligerlee: Liduardus et Onno
Galtatus ca. 1250— [132])
Eppo 1391[133])
Bodwinus 1482[134])
Petrus v. Zueren ante an. 1545[135])
Stephanus Voss van der Elborch 1562 / ca. 83[136])
Hendrik Vasenius ter Molen ca. 1583—94[137])

HOPELS B. M. V. et Stus. Paulus

Mons Stae. Mariae in Happelsa, Hopesslo, Hapsel, Hopsel, Hopelszen, Hapluss, Hapiulsa.

In parochia Marx, prope Friedeburg versus austrum in solitudine situm, in Frisia Orientali, Germania. — Dioc. Bremen.

Parthenon, praepositura. Fundator et tempus fundationis ignorantur. In Ind. Vis. 1290 iam occurrit. Ergo fundatio eius huic anno, quo dicitur habuisse 70 incolas, est anterior. In catalogis TWHAP invenitur sub voce „Mons Stae. Mariae in Happelsa", et quidem ut filia Sti. Bonifacii in Dokkum, et ut in dioecesi Bremensi situm, ex quo patet, eum fuisse

---

[131]) *Gesta Abb.* pp. 242 sq. WUMKES 8/9, Chron. Emo

[132]) ibidem

[133]) DRIESSEN 426

[134]) RA Gron. 1482 nr. 9

[135]) AAU XXIV p. 120. Resignavit, et obiit tamquam pastor in Rumpt. an. 1555 vel 58 (ibid. 330, 342). Erat cognatus abbatis de Marienweerd, et canonicus eiusdem monasterii.

[136]) FEITH *Reg. Gron.* III 52, Missivenprot. Alting 136, 350 — Obiit inter annos 1583 et 85 (RA Gro Recht. Arch. III 159)

[137]) *Conscr. Exulum.* — StbProvSch p. 255: anno 1587 ibidem memorantur etiam Anna de Nordhorn priorissa, Elske v. Hede suppriorissa et aliae moniales.

situm in dextra parte Frisiae Orientalis[138]). In documentis vero asceterium prima vice occurrit circa annum 1310. Tunc duo equites petunt a praeposito de Hopels, ut duas filias eorum recipiat[139]). Anno 1420, legimus in inventario quodam proventuum ecclesiae cathedralis Bremensis: „Item ecclesia in Wangeroe est incorporata monasterio Hopelszen ordinis praemonstratensis, sed dat pro censu Decano VI grossos"[140]). Hoc tempore asceterium videtur fuisse collapsum, et circa annum 1448 Abbas Generalis assignat reparationi Collegii Parisiensis „sommam pecuniarum de quodam desolato sororum Ordinis coenobio de Hapiulsa sive Apolis, monasterio de Dockum incorporando"[141]). Quae incorporatio domum et bona salvasset quidem pro Ordine, peracta autem non est quia biennio post (1450) „monasterium Hopsel, quod erat valde deformatum" ex decreto Capituli Generalis suppressum est, et traditum canoniae vicinae O. S. A. in Marienkamp Esens[142]), ea sub conditione, ut duae vel tres moniales superstites debite alerentur. Quae unio anno 1470, cum canonici ibi expositi machinarentur separationem a canonia matre, a Summo Pontifice denuo est confirmata[143]). Deinceps fuit curia, et probabiliter suppressum est una cum Marienkamp, anno 1530. Ex lapidibus ecclesiae iam antea (ca. 1500) exstructa esse fertur ecclesia in Remels. Nihil hodie superest, praeter fundamenta.

Archivum, simulque cum eo memoria huius asceterii tam funditus perierant, ut omnibus historicis usque ad nostra tempora manserit ignotum. Chronistae et Historici indigenae falsa proferunt vel fatentur se nihil scire[144]), et in ipso Ordine maxima confusio orta est ex errore Sibrandi Leonis, qui in Indice Vis. 1290 sua sponte voci Apelske adiunxit „Der Apel", enarrans deinde, hoc nihil aliud esse nisi monasterium Ter

---

138) In Cat. P. legimus: („ . . Happelsa) sive Hilgerle". Quae verba certe sunt explicatio, a manu posteriori falso loco apposita, essent ponenda paucis lineis supra, videlicet apud „Stae. Catharinae in Astro". HUGO in indice monasteriorum, in praefationem primi sui voluminis inserto, habet: „Appelske, filius Lidlumi, fundatum an. 1243". Nescimus unde hoc hauserit, nec utrum hoc refertur ad Hopels, an ad Ter Apel.

139) Fragmenta Hudensia (cf. REIMERS in ZGNK 1938 p. 103)

140) HODENBERG l. c. — Ecclesia ista, in insula sita, nunc vocatur Wangeroog

141) *Form. Pr.* Nr. 325

142) Arch. Vat. Reg. Lat. 690 fol. 94 (cf. REIMERS l. c. p. 104)

143) ibid. 695, fol. 192 (cf. REIMERS l. c. p. 105)

144) Chronicon Bremense, MS. auct. Joh. RENNER (StA. Bremen) ex anno 1474 hanc domum erronee adscribit Ordini Equestri Sti. Joannis. ARENDS l. c. dicit, nihil esse notum de historia illius, et SUUR eam praetermittit.

Apel, quod saeculo XV venditum erat Crucigeris[145]). Saeculo XIX effossa sunt rudera cuiusdam aedis ex medio aevo juxta Appelsga in Frisia, exinde quidam absque ratione putaverunt, monasterium ibi fuisse situm[146]). Sic aucta est confusio, quam nec elucidarunt auctores moderni, donec Reimers suis studiis omnia lucide exposuit.

Fontes et Archivalia: Landesarchiv Oldenburg, Fragmenta Hudensia XCVaa — Vatic. Arch. Reg. Lat. 690, 64 et 695, 192 — Stader Kopiar (1420) StA Bremen.

Litteratura: ARENDS 158 — N. BACKMUND O. Praem., *Neuere Forschungen zur Geschichte der Deutschen Prämonstratenser*, in: *Anal. Praem.* XV (1939) p. 70/71 — KOCHS 79 — C. BRÜNIG, *Geschichtliche Beiträge über die vergangene Zeit des ehemaligen Klosters Hopels*, in: *Leerer Anzeigenblatt* 18 u. 19. 7. 1918 — W. v. HODENBERG, *Bremer Geschichtsquellen*, Celle 1856, I 37 — H. REIMERS. *Kloster Hopels*, in: *Upstalboomsblätter* VII (1917/18) p. 26 — IDEM, *Kloster Hopels in Ostfriesland*, in: ZGNK 43 (1938), pp. 94/106.

KOLDINNE B. M. V. (et St. Anna?)

Coldinne, Vera Charitas, ter waeren minne.

In Parochia Arle, Kreis Norden, in Frisia Orientali, Germania. — Dioc. Bremen (secundum omnes catalogos).

Parthenon, probabiliter praepositura. Erat sub paternitate abbatum Doccumensium. De origine eius nihil constat, videtur tamen esse condita inter annos 1235 et 1287, quo visitatores 56 incolas diluvio superstites ibi invenerunt. Occurrit etiam in omnibus catalogis post annum 1290 redactis. Anno 1450, eodem igitur, quo Hopels est suppressum et alii ordini traditum, Vera Charitas sua sponte ad ordinem Canonicorum Reg. Sti. Augustini transiit. Anno 1481, cum iniit specialem confraternitatem cum canonia Marienkamp Esens, erant ibi 44 moniales[147]). Postremo haec domus erat pauper. Anno 1562 est suppressa, nihil de ea subsistit.

Etiam huius conventus, tamquam Praemonstratensis, omnino perierat notitia. Immo Sibrandus Leo hanc domum, saeculo ante ab Ordine defecta, nescivit, et ideo identificavit eam cum Nyeklooster (WUMKES 43). Quem errorem auctores neerlandici moderni sunt secuti, existentiae ali-

---

145) Vide de eo infra sub dubiis

146) cf. MS BRUINSMA. In Appelsga numquam fuerat monasterium ullum, nec in Elsloo vicino.

147) StA Aurich, Koldinne 1481

cuius conventus „Ter waeren Minne" in dioecesi Bremensi enim erant ignari. SUUR p. 66 erronee putat eam primitus fuisse O. S. B., HOOGEWEG dicit: „Origo huius monasterii est in tenebris".

Archivalia: Nihil superest de tempore O. Praem. — 15 chartae 1481/1538 in StA Aurich.

Litteratura: HUGO II 1063 — WAEFELGHEM 311 (ambo sequuntur Sibrandum Leonem, putantes Veram Charitatem fuisse fundatam anno 1204) — BACKMUND I. c. supra ap. Hopels — KOCHS 79 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 27 (primus veritatem cognovit) — WIARDA II 354.

KUSEMER B. M. V.

Kuyse-, Kuijs-, Kuys-, Kuse-, Kuze-, Cuise-, Cuess-, Cusemaria, -mar, -mere, -mer, Kuzemerklooster — Campus Stae. Mariae

prope Oldekerk, in prov. Groningen. Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura. Fundata est ante annum 1287, et suberat paternitati abbatum Doccumensium. Cetera sunt incerta. Suspicamur enim, ea quae habet Hugo, et omnes post eum, de fundatione huius asceterii, niti errore quodam fundamentali.

Emo enarrat in sua chronica ad annum circiter 1204: „Surrexit etiam coenobium in Porta Ste. Mariae, per quendam bone memorie, qui tunc prefuit familie in Berethe, olim abbatem in Doccum"[148]). Ind. Miraei falso identificat Portam Stae. Mariae cum Kusemer, quem errorem descripserunt Hugo et post eum auctores fere omnes. Catalogis enim omnibus comparatis, et inspectis diplomatibus et sigillis, patet hoc non concordare cum veritate. In omnibus catalogis Ordinis „Porta Ste. Marie" idem est ac Palmar, et Kusemer videtur nil aliud esse nisi „Campus Ste. Marie", pro quo hactenus nemo invenerat explicationem. Catalogi nempe MSS (TWA)[149]), sicut et P ad amussim progrediuntur geographice ab occidente versus orientem. Omnes in medio inter Buweklooster et Schildwolde collocant „Campum Stae. Mariae", illic ergo, ubi reapse sita est Kusemer. „Porta Stae. Mariae sive Palmar(um)" recte ponitur apud TWAP inter Heiligerlee et Barthe. Kusemer in nullo documento,

---

148) ed. FEITH/STRATINGH p. 4 Cf. quod diximus supra apud Barthe et Dokkum.

149) H. sicut et antiquiores catalogi, omittunt hanc domum.

Apel, quod saeculo XV venditum erat Crucigeris[145]). Saeculo XIX effossa sunt rudera cuiusdam aedis ex medio aevo juxta Appelsga in Frisia, exinde quidam absque ratione putaverunt, monasterium ibi fuisse situm[146]). Sic aucta est confusio, quam nec elucidarunt auctores moderni, donec Reimers suis studiis omnia lucide exposuit.

Fontes et Archivalia: Landesarchiv Oldenburg, Fragmenta Hudensia XCVaa — Vatic. Arch. Reg. Lat. 690, 64 et 695, 192 — Stader Kopiar (1420) StA Bremen.

Litteratura: ARENDS 158 — N. BACKMUND O. Praem., *Neuere Forschungen zur Geschichte der Deutschen Prämonstratenser*, in: *Anal. Praem.* XV (1939) p. 70/71 — KOCHS 79 — C. BRÜNIG, *Geschichtliche Beiträge über die vergangene Zeit des ehemaligen Klosters Hopels*, in: *Leerer Anzeigenblatt* 18 u. 19. 7. 1918 — W. v. HODENBERG, *Bremer Geschichtsquellen*, Celle 1856, I 37 — H. REIMERS. *Kloster Hopels*, in: *Upstalboomsblätter* VII (1917/18) p. 26 — IDEM, *Kloster Hopels in Ostfriesland*, in: ZGNK 43 (1938), pp. 94/106.

KOLDINNE B. M. V. (et St. Anna?)

Coldinne, Vera Charitas, ter waeren minne.

In Parochia Arle, Kreis Norden, in Frisia Orientali, Germania. — Dioc. Bremen (secundum omnes catalogos).

Parthenon, probabiliter praepositura. Erat sub paternitate abbatum Doccumensium. De origine eius nihil constat, videtur tamen esse condita inter annos 1235 et 1287, quo visitatores 56 incolas diluvio superstites ibi invenerunt. Occurrit etiam in omnibus catalogis post annum 1290 redactis. Anno 1450, eodem igitur, quo Hopels est suppressum et alii ordini traditum, Vera Charitas sua sponte ad ordinem Canonicorum Reg. Sti. Augustini transiit. Anno 1481, cum iniit specialem confraternitatem cum canonia Marienkamp Esens, erant ibi 44 moniales[147]). Postremo haec domus erat pauper. Anno 1562 est suppressa, nihil de ea subsistit.

Etiam huius conventus, tamquam Praemonstratensis, omnino perierat notitia. Immo Sibrandus Leo hanc domum, saeculo ante ab Ordine defecta, nescivit, et ideo identificavit eam cum Nyeklooster (WUMKES 43). Quem errorem auctores neerlandici moderni sunt secuti, existentiae ali-

---

145) Vide de eo infra sub dubiis

146) cf. MS BRUINSMA. In Appelsga numquam fuerat monasterium ullum, nec in Elsloo vicino.

147) StA Aurich, Koldinne 1481

cuius conventus „Ter waeren Minne" in dioecesi Bremensi enim erant ignari. SUUR p. 66 erronee putat eam primitus fuisse O. S. B., HOOGEWEG dicit: „Origo huius monasterii est in tenebris".

Archivalia: Nihil superest de tempore O. Praem. — 15 chartae 1481/1538 in StA Aurich.

Litteratura: HUGO II 1063 — WAEFELGHEM 311 (ambo sequuntur Sibrandum Leonem, putantes Veram Charitatem fuisse fundatam anno 1204) — BACKMUND I. c. supra ap. Hopels — KOCHS 79 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 27 (primus veritatem cognovit) — WIARDA II 354.

KUSEMER B. M. V.

Kuyse-, Kuijs-, Kuys-, Kuse-, Kuze-, Cuise-, Cuess-, Cusemaria, -mar, -mere, -mer, Kuzemerklooster — Campus Stae. Mariae

prope Oldekerk, in prov. Groningen. Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura. Fundata est ante annum 1287, et suberat paternitati abbatum Doccumensium. Cetera sunt incerta. Suspicamur enim, ea quae habet Hugo, et omnes post eum, de fundatione huius asceterii, niti errore quodam fundamentali.

Emo enarrat in sua chronica ad annum circiter 1204: „Surrexit etiam coenobium in Porta Ste. Mariae, per quendam bone memorie, qui tunc prefuit familie in Berethe, olim abbatem in Doccum"[148]). Ind. Miraei falso identificat Portam Stae. Mariae cum Kusemer, quem errorem descripserunt Hugo et post eum auctores fere omnes. Catalogis enim omnibus comparatis, et inspectis diplomatibus et sigillis, patet hoc non concordare cum veritate. In omnibus catalogis Ordinis „Porta Ste. Marie" idem est ac Palmar, et Kusemer videtur nil aliud esse nisi „Campus Ste. Marie", pro quo hactenus nemo invenerat explicationem. Catalogi nempe MSS (TWA)[149]), sicut et P ad amussim progrediuntur geographice ab occidente versus orientem. Omnes in medio inter Buweklooster et Schildwolde collocant „Campum Stae. Mariae", illic ergo, ubi reapse sita est Kusemer. „Porta Stae. Mariae sive Palmar(um)" recte ponitur apud TWAP inter Heiligerlee et Barthe. Kusemer in nullo documento,

---

148) ed. FEITH/STRATINGH p. 4 Cf. quod diximus supra apud Barthe et Dokkum.

149) H. sicut et antiquiores catalogi, omittunt hanc domum.

nec in Ind. Vis. 1290, umquam vocatur „Porta Stae. Mariae". Sigillum eius habet inscriptionem: „Sigillum Ste. Marie in Kusemere"[150]).

Ergo putamus, praepositum illum Barthensem non fundasse Kusemer circa annum 1204, sed Palmar[151]). Kusemer videtur esse fundatum inter annos 1235 et 1287, quo visitator ibi invenit 60 religiosos. Hugo enarrat etiam, Kusemer genuisse asceterium Trimunt, de quo vide infra sub dubiis. Asceterium, quod possedit 435 ha terrae[152]), nullas possedit ecclesias incorporatas, nec ullam exercuit curam animarum. Anno 1480, quinque moniales ibi vi sunt raptae per praepositum de Veenklooster[153]). Sibrandus Leo historiographus, exul se retraxit in Kusemer, ubi obiit anno 1583. Anno 1590 monasterium funditus est eversum et solo aequatum, conventus tunc erat parvus (6 moniales sub Griete Tonnis priorissa). Proventus eius annui cum essent illis Mernae fere aequales, anno 1591 consideratum est, Cusemariam loco Mernae tradere Societati Jesu in fundationem Collegii Groningani [154]), quod vero non successit.

Archivalia: RA Groningen, 1 dipl. 1528 — Arch. Groningsche Parochiekerken, 1572 (Index R 862) — RR. Klg. Gron. 65 /68 — Cf. FEITH, Reg. Gron, Invent. Nienoord, ut infra.

Fontes et Litteratura: HUGO I 589 — WAEFELGHEM 73 — BROM HENSEN, Rom, Br. p. 407/09 — Chartbk. I 195 — COTTINEAU 936 — FEITH, *Reg. Gron.* I 202, 236, 382, II 4, 336, 338, III 272 FEITH, *Gron. Beklemr.* cf. ind. — FEITH, *Warfsconst. en ord.* 5, 29, 48 — FRIEDLAENDER 57 — GAN II — JAPIKSE, VII, 246, VI 572, 629 — MATTHAEUS *Anal.* II 4, III 550 — *Mon. Bat.* II 41 — HGSS XXIII 469 — *OBGronDr* nr. 354, 746 — *Reg. v. Aanbr.* I 263 — MS REITSMA II 34, XV, XVII 13, 14, 23, 29, XX 57 — RICHTHOFEN II 2, 679, 759 — ROELFSEMA 20, 22, 35 — De SITTER 76 — A. STRATINGH VENEMA 40 — *Tegenw. Staat* II 370 — MS Ten BROEK — v. d. AA II 169 — v. HOEK (vide apud Mernam) passim — H. v. R. Gron. V 313 — WUMKES IV, XII, XIV, XXXVIII, 43, 89 — WYBRANDS, *Bloemhof* 41 — A. FEITH, *Inventaris van het Huisarchief Nienoord*, Groningen 1890, Nr. 5 (Addenda: HS Nr. 670 a, p. 5, 7, 8, 14) — *Almanak van Goeden Smaak* 1839, p. 136 — AAU 1883 p. 199, 1923 p. 90, 1929 p. 382 —.

---

150) RA Leeuwarden, Oud. Reg. Gerkeskl. No. 29 (ca. 1445)

151) Eandem sententiam profitetur HEIJMAN in Fries Kreis, p. 36.

152) FEITH, Rijkdom 21, 27

153) RA Gron. 1480, cf. Reg. FEITH 1480 nr. 2

154) Vide de hac re infra apud Mernam. Ex hac correspondentia circa fundationem collegii S. J. plura ex notitiis supra allatis sunt desumpta.

Praepositi

Alardus 1385	OBGronDr 746
Focke 1426	Chartbk. I 469
Sebastian van Hulst ante 1474 postea praep. in Langen	Friedlaender II 932
Werner 1480/89	Feith, Reg. Gron. 1480, 2 MS Reitsma XX 57
Gerardus Murlinck 1556	Feith, Reg. Gron. I 382
Gerardus Zandis 1528/31	Inscriptio in muro domus parochialis in Grijpskerk
Hermannus Doccum 1559	Feith, Arch. Nienoord 670 a, 5
Arnoud van Waalwijk 1572	MS Reitsma II 338
Theodoricus Annius 1574/90 post an. 1585 „electus" abbas in Dokkum, 1590 item in Merna	AAU 1930 p. 156 — StbProvSch 255 — AGR Bruxelles, Abb. du Parc, No. 9476

LANGEN St. Jacobus

Sigeberg[155]), Langerna, Langhe, Longna, Longone, Langhermonken, Langermoniken. Saec. XVI: Blauhus, Blawhuis in de Kromme Horn.

Inter portum Emdensem et Knock, in loco a saeculis a fluctibus consumpto. — In Frisia Orientali, Germania, Dioc. Münster.

Monasterium duplex, praecipua domus Ordinis in Frisia Orientali. Fundatum inter annos 1235 et 55 (secundum Hugo: 1240), prodiens ex abbatia Mernensi, quae semper, annis 1374—1479 exceptis, paternitatem in eam exercuit. Feliciter maior pars archivi post annum 1347 subsistit, et ideo historia eius nobis melius elucet quam aliarum domuum huius generis in circaria. Langen fuit insignis et locuples. De constitutione interna eius vide supra in praefatione. Pro cultura spirituali simul ac materiali totius regionis, immo totius Frisiae Orientalis, haec praepositura maximi erat momenti. Etsi nihil sciamus de ecclesiis ei incorporatis, videtur per canonicos suos exercuisse curam animarum in tota regione dicta „Kromme Horn"[156]). Possedit quinque curias, a grangario

155) Sic nominatur tantum in uno diplomate anni 1255 (FRIEDLAENDER 26), et in catalogis ante annum 1290 redactis.

156) Quod mihi, simul cum alia materia non pauca, benigne communicavit Dr. H. Wiemann in Aurich, qui magno cum fructu studio historiae huius canoniae incumbit, et monographiam de ea praeparat.

et conversis utriusque sexus habitatas, scilicet Werdermonniken[157]), Nesse, Osterhusen, Monken sive Zwanenborg, et Bohnenburg, quod quondam pertinuerat ad coenobium Palmar. Anno 1290 visitator invenit in Langen centum religiosos. Anno 1335 quinquaginta perierunt peste, et anno 1403 invenitur schola in monasterio[158]). Mox tamen res eius coeperunt dilabi, anno 1434, praepositus monasterium voluit dissolvere, transtulit moniales in curiam Werdermonniken, et tradidit bona canoniae abbatiae Termunten O. Cist., sed haec omnia postea iterum irrita sunt facta. Anno 1450 successor eius Aytatus, invitissime se profitetur electionem accipere, quia „quies et mulier numquam habitant sub eodem tectu"[159]). Anno 1499 Capitulum Generale permisit translationem conventus in locum tutiorem a periculis maris, nempe in Blauhaus St. Anna in parochia Wolzeten[160]). Quae translatio anno demum 1529 erat perfecta, et vetus monasterium factum est curia, cuius aedes una cum ecclesia adhuc a religiosis sunt venumdatae annis 1542 et 53.

Circa annum 1500, quo tempore praepositus Langensis diu fuit visitator circariae, conventus virorum videtur desiisse. Iam anno 1490 Joannes Boemel praepositus, „monasterii sanctimonialium . . . in Langhen" obtinet a Capitulo Generali permissionem, clericos et sacerdotes „ad habitum nostri ordinis, vestri monasterii et ad professionem faciendam" recipiendi, qui „vocem habeant in capitulo ad electiones futurorum praelatorum"[161]). Affluxus novitiorum non erat nimius, siquidem anno 1536 successor eius conquestus est apud Capitulum Generale de abbate Mernensi, quia ille negligeret „aliquos canonicos aptos mittendi, ad regimen spirituale et ad consolationem sororum"[162]). „Religiosi Domini Joannes de Calcar et Quirinus Zornhand", capellani monasterii et anno 1562 grangarii eius in curia Logum, probabilius erant membra Ordinis, et expositio eorum in curia quadam insinuat, in ipsa canonia tunc adhuc

---

157) Ne ecclesia in hac grangia, ad cuius constructionem Wiardus quidam capitaneus, anno 1461, dederat 1000 lapides (SUUR 94), „per consuetudinem et desiderium laicorum fiat parochialis, de jussu Capituli Generalis destruatur, et in loco eius erigatur minor capella, in qua aliquando per religioso missa celebretur, ne canonia amittat grangiam . . ." (Act. Cap. Gen. an. 1501).

158) BÜRSTING SCHRÜER I 431

159) FRIEDLAENDER I 621

160) Act. Cap. Gen. 1499 p. 31: „translatio sui monasterii ad aliquem magnum fundum, per ipsum praefatum praepositum emptum . . ."

161) FRIEDLAENDER 1267

162) Acta Cap. Gen. 1536 p. 313

extitisse plures sacerdotes. Sed utrum fuerint proprii professi, an missi ex Merna, est incertum.

Ab anno 1528, Enno comes acatholicus, coepit monasterium opprimere, maiorem partem bonorum ei avellens. Anno 1558, post mortem ultimi praepositi ex Ordine, comitissa Anna instituit administratorem quendam Fratrem Minorem, ab ordine suo, et probabiliter etiam a fide, apostatam, cui tamen adhuc titulus „praepositi" est concessus. Anno 1562 praepositus, priorissa et 12 moniales adhuc libere ponunt actus juridicos, ab anno tamen sequenti ad hoc iam opus erat permissio comitissae. Anno 1566 organum ecclesiae transfertur in Emden, sequentibus annis comes libere disponit de bonis monasterii, quod tamen epistola abbatis Steinfeldensis anno 1572 adhuc supponit existere[163]). Probabiliter moniales, quorum mentio ultima fit anno 1585, quiete in domo sua, quae facta erat praedium comitis, dies suos finire potuerunt. Bona in terra Groningana sita obtinuit, simul cum Barthensibus, praepositus de Schildwolde[164]). Nec in Blauhaus, nec in diversis grangiis aliquid superest de antiquis aedibus.

Archivalia: Supersunt 421 chartae ex annis 1347/1563, et quidem 132 diplomata separata, reliqua continentur in duabus MSS: primum intitulatur „Inkompste der goederen des Convents tho Langhen, hodie Blawhuis in de Kromme Horn" (289 chartae 1348/1519, paulo post an. 1500, partim publ. a FRIEDLAENDER in *Ostfries.Urkb.*), secundum vero est inventarium bonorum monasterii, initio saculi XVI congestum a praeposito Joanne de Boemel (Publ. ab eodem ut supra, 1877, loco infra notato). Haec omnia asservantur in StA Aurich. — RA Groningen Rechterl. Arch. II 3, 4 (de bonis ultra Amasum sitis). — Arch. Vatic. Reg. Avenion. 184 (Greg. XI) tom. XII fol. 625 v. (Dipl. anni 1372).

Fontes et Litteratura: HUGO I 847/48, II 17/18 — WAEFELGHEM 227, 380 — ARENDS 321, 328 — BÖRSTING SCHRÖER I 431 — *Chartbk.* I 195 — COTTINEAU 1552 — DRIESSEN cf. incl. — FRIEDLAENDER *Ostfr. Urkb.*, cf. indicem — GROTE 291 — HEIJMAN 31/36 — HOOGEWEG 77 — HOUTROUW I 331, 388 — KOCHS 75/77 — MITHOFF VII 121/25 — *OBGronDr* nr. 622, 624, 657 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 25 — IDEM, SKO 19/20, 33/35 — MS REITSMA II 21, XV — SUUR 73/95 — WIARDA II 352 — FRIEDLAENDER, *Güterverzeichnis des Klosters Langen in Ostfriesland*, in: *Jahrb. d. Gesellsch. f. Bild. Kunst u. Alterth. Emden* II (1877) 2. pp. 19/46 — C. L. GROTEFEND. *Notae Langenses, aus einem*

---

163) Haec epistola abbatis J. Panhuysen ad Joh. Geelmuden, abbatem Lidlumensem (HUGO I 330) ad amussim enumerat omnia monasteria circariae, in Frisia vero Orientali duo tantum recenset: Langen et Barthe

164) Quae vero Status Groningani anno 1598 Comiti debuerunt extradere (RR Klg Gron 68. 4, p. 112)

Copialbuche des Klosters Langen mitgetheilt, in: ZHVNS 1862 pp. 262/73. — F. RITTER / K. H. JACOB-FRIESEN, *Der frühgeschichtliche und mittelalterliche Dollartfund auf dem Nesserländer Watt im Mai 1921 und 1922*, in: *Jahrb. Ges. K. Alt, Emden XXI* (1925) pp. 237/45.

Praepositi (Numeri ante an. 1512 referunt ad FRIEDLAENDER)

Guido 1276 (30)
Menulf 1327 et ante (55)
10. Johannes 1335/52 (56)
11. Onno 1352—55 (69, 74)
12. Hero Tibrandi, de Borsum 1355—83 (75, 151)
Folkardus 1385/94 (152, 163)
Yppo 1404 (195)
Poptatus van Riepe 1412/37 (229)
Sibrandus v. Petkum 1437—49 (474)
Aytatus van Larrelt 1450—54 (621, 669)
Fredericus 1454—58 (669, 773) antea praepositus in Barthe
Nicolaus van Calcar O. S. A. 1458—74[165])
Sebastianus van Hulst 1474—78 antea praep. in Kusemer, postea abbas in Merna (932, 1018)
Joannes van Boemel 1479—1512 (antea prior in Nijeklooster op den Dam, 1011, 1018)
Ludovicus van Boemel 1512—33 (SUUR 92)
Joannes van Ouwater 1553, † 1558 (SUUR 93, REIMERS SKO)
Hermann van Doesburch 1558/62 (O. F. M.) ibidem.

LIDLUM B. M. V. et Sti. Joannis Baptistae

Lidlym, Lidlom, Vallismariae, Vallis B. M. V., Vallis Ste. Marie in Westergine, Mariendal, Vrouwendal — Vitetur confusio cum Bakkeveen, et Zoetendaal (Circ. Brabantiae), et cum variis aliis „Vallibus Stae. Mariae" in Neerlandia, praesertim cum Hemelum O. S. A., ut accidit apud SCHOENGEN (Mon. Bat. II 90).

In parochia Oosterbierum, Barradeel, in prov. Frisiae — Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden.

Abbatia praeclara. Fundata ante annum 1182 (1162?) non longe a Tjummarum in „Vetere Valli" juxta mare, a Sibone quodam laico, et amico suo Tjalling. Primitus prioratus O. S. A. ab abbatia Ludingakerk dependens, anno vero 1182 Ordini nostro se adiunxit, et tamquam praepositura paternitati Horti Stae. Mariae se subdidit. Ab initio erat mona-

[165]) Antea fuerat prior in Marienkamp, monasterio quod, aliquot annos ante, asceterium Hopels sibi incorporaverat (vide supra). FRIEDLAENDER 733.

sterium duplex. Mox in abbatiam evectum, anno 1234 translatum est in Lidlum (Vallis Nova), locum vicinum, sed a fluctibus maris tutiorem. Vallis vetus exinde fuit curia. Moniales suas anno 1186 transtulit in Bajum, probabiliter etiam in Vineam Domini (Pingjum), quae asceteria illi manserunt subjecta. Sed tantum Bajum cum abbatia Lidlumensi semper unum formavit corpus, tamquam prioratus. Vinea Domini saeculo XIV facta est praepositura virorum sub paternitate Vallis Stae. Mariae. Consecratio ecclesiae et monasterii facta est sub Hoytone abbate circa annum 1260. Moniales de Marsum (Franjum) anno 1270, et illae de Tjum anno 1289, a fluctibus dispersae et angustiatae, partim transierunt in abbatiam Lidlumensem, unde patet, non omnes moniales anno 1186 in alium locum fuisse translatas, sed Lidlum diutius mansisse monasterium duplex[166]). Probabiliter nulla domus circariae tot curias habuit quot Lidlum, scilicet: Franjum, Ter Poorte[167]), Munnikenhuis te Boxum, Tallum (in Spannum), Koehool in Tjummarum (= Vetus Vallis), Wobbinga in Weidum, Miedum (in Tzum), Amkema (in Berlicum), Felsum, Valinga, Sassinga et Pingjum[168]). Sub abbate Tetardo (1386/1422), sex curiae adhuc excolebantur a conversis. Parochias et ecclesias incorporatas, in quarum „collatione immiscere se solebat abbas", habuit pariter longe plures quam alia monasteria circariae: Baard (1369/84), Berlicum, Boxum, Britswert, Bajum, Bozum, Exmorra (ante 1513), Hoorn (ca. 1270), Huijns, Lutkewierum, Lichtaert, Menaldum, Oosterlittens, Oosterzee (ca. 1270), Sandwijk (in Hollandia), Sexbierum (1328/32), Spannum, Tjummarum, Welsrijp, Winsum, Wieuwerd. Abbas erat archidiaconus in Winsum, cum jure praesentandi in toto decanatu. Etiam Hoorn erat sedes decanalis. In visitatione anni 1290, in Lidlum, una cum Bajum, erant 600 religiosi. Anno 1335 combustum est. Abbates ante annum 1447 sunt infulati. Ex illis Eelco Liaukama, anno 1 32 a conversis trucidatus, venerabatur ut sanctus et martyr.

Saeculo XVI adhuc aedificia sumptuose sunt exornata et ampliata. Hoc tempore ibi vixit Sibrandus Leo, canonicus et historiographus, per

---

[166]) Scimus, curias Langenses fuisse habitatas a conversis utriusque sexus, quod probabiliter factum est saeculo XIII et in numerosis curiis Vallis Stae. Mariae. Putamus ergo sorores, quae post fundationem asceterii Bajum adhuc manserant in Lidlum, non fuisse „cantantes", sed conversas tantum.

[167]) prope Boxum. Ibi trucidatus est Eelco abbas anno 1332, dein tota curia est solo aequata. De abbate Eelcone vide *Anal. Praem.* XXII 197.

[168]) Vide mappam geographicam harum grangiarum apud v. d. WIELEN l. c.

cuius „Vita abbatum Lidlumensium et Horti Stae. Mariae" historia harum canoniarum omnino praecipuarum nobis est nota[169]). Spiritus religiosus nec in fine videtur fuisse malus. Unus ex canonicis fidem defendit[170]), reliqui partim cum abbate exilium praetulerunt apostasiae.

Anno 1572 monasterium subversum est, sed probabiliter nondum prorsus derelictum. Abbas cum religiosis aufugit in refugium abbatiae in Franeker, dein in Leovardiam, postremo, post novam devastationem abbatiae anno 1579, in Groningam[171]). Aedes post annum 1580 solo sunt aequatae, loco eorum nunc restat praedium.

Archivalia: RA Leeuwarden, Kloosterstukken — Statenarch. ibidem 1 fasc., 4 st. 1560 — Gem. Arch. ibidem, cf. SINGELS — Diplomata dispersa cf. Chartbk. et SIPMA — In Museo Fries. Genootsch. Leeuwarden existit MS Ordinarius O. Praem. (II 199) latine, ex anno 1563. Cf. Bethlehem.

Fontes et Litteratura: Acta Cap. Gen. Laon pp. 123, 129, 131 208, 277, 313, 322, 325, 336. Annis 1509/39 abbas Lidlumensis erat visitator circariae — HUGO II 45 — WAEFELGHEM 150, 378 — AA. SS, III 96/97 (Vita Eelconis) — *Beneficiaalb.* 201, 347, 371, 372, 373, 391, 393, 404, 405 — BROM, *Arch. Italie* 1754, 1755 — IDEM, *Bull. Traj.* I 384, 795, II 2033/35, 2050 — MS BRUINSMA fasc. 164 pp. — BRUNA 7 — *Chartbk.* I 157, 167, 165, 192?, 195, 289, 395, 713, 777, II 12, 14, 79, 86, 112, 152, 183, 191, 230, 250/52, 298, 518, 611, 635, 668/71, 811, III 51, 181, 184, 186, 188/89, 232, 241, 278, 378, 422, 431, 453, 465, 467/68, 488, 491, 492, 495/500, 503, 521, 562/63, 589/90 900, 969, IV 29, 861, 863, 875 — COTTINEAU 1602 — DIRKS 284/86 — DRIESSEN 132 — FEITH, *Reg. Gron.* II 336 — *Form. Pr.* Nr. 230, 237, 279, 284 — GAN I 34, 61, 89/99, 110, 555, 594 — GOOVAERTS I 545, II 37, 177, 239, 242, 249, IV 74 — HEERINGA II 215 — LEPAIGE II 589 (Eelco) — *Lett. Com. Jean XXII* 42771 — MATTHAEUS *Anal.* II 66/72, III 541 — MOLL II 2, 35, 42, 61, 196, 197, II 4:139 — *Mon. Bat.* II 7, 36, 66, 86, 90, 184, 168, 173, 204, 212, III 21, 168 — MULLER, *Reg. Rek.* 420/21 (de nece abb. Elconis) — *Ned. Klo. Zeg.* 7/8 — OCKA v. SCHARL 103, 108, 123, 141, 361, 398 — *OBGronDr* cf. ind. — *Proeliarius* p. 26 — *Reg. Hon.* IV 3899 — *Reg. v. Aanbreng* I 231, II 7/9, 12/16 III 137 sq. — REIMERS FPU pp. 13, 30, 54, 57, 118 — MS REITSMA II 17, IV 62/63, XIX 12/13, 17, 64, 70, 85, 87, 105, 109, 119, 128, XX 4, 7 — SCHOTANUS *Gesch.* 106, 147, 175, 176, 187, 199, 200, 254, 308, 316, 336, 354, 358, 432, 435, 477, 559, 562, 566, 576, 697, 712, 720, 737, 761, 766, 768 — IDEM, *Tablinum* 84,

---

169) Obiit exul in Kusemer anno 1583, ubi tamen non factus est praepositus. Cf. de eo WUMKES V, 89

170) Tjumme Mantuanus, qui scripsit epistolam apologeticam *(Epistel totten Friesen,* ed. G. v. BORSSUM WAALKES, Fries. Gen. Leeuwarden 1903)

171) Anno 1598 vixit cum duobus confratribus in Sneek, ac emisit jusjurandum, se nihil esse moliturum contra religionem calvinisticam (Gem. Arch. Sneek, Nr. 69, Oldburgerboek fol. 2r)

118, 120, 127 — SINGELS nr. 58, 212c — SIPMA I 236, 296, II 46, 103, 219, 238, 366, III 6 — de SITTER 316 — *Stamboek* I 14, 308, 309, 312 — *Tegenw. Staat* II 520, 569 — TELTING no. 101, 124, 128, 156, 628 — TJESSINGA II, III — VALVEKENS, Vis. Canon. I 44/45, II 8. 108 — v. d. AA VII 299/301 — v. APELDOORN I 371/74, 376, II 52, 53, 203, 204, 290, 371, 394, 395, 400, 408, 420, 461, 469 — v. EIJCK I 149 II 2, 7, 18/26, 50, 55, 115/16. 167/79 — v. HEUSSEN *Leeuw.* 91/97 — v. MIERIS II 307, 347 — H. v. R. *Friesl.* V 177/89 — P. v. THABOR 102, 185, 384, 304 — W. v. THABOR IV 67, V 140, 142, 235, 236 — v. d. WIELEN 178, 188 — WINSEMIUS 144, 145, 158, 159, 160, 164, 167, 175, 176, 178, 189, 190, 200, 201, 205, 206, 207, 211/13, 224, 243, 249, 255, 261, 276, 278, 288, 291, 292, 339, 340, 341, 375, 420, 423, 424, 458, 483, 501., 508, 533, 552, 568 — WUMKES cf. ind. — WYBRANDS *Gesta Abb.* cf. indicem — IDEM, *Bloemhof* 26 sq. — AAU 1881 p. 10, 1883:193, 1888:357, 1893:11/12, 1903:162, 163, 181, 187, 189, 191, 1906:194, 1926:214/23, 1929:381/82, 130, 1930:156, 317 — P. JANZEN, *Eat oer in ieuwen alde lanswei en it alde kleaster Lidlum yn Barradiel, in: Sljucht en Rjucht* 1937 p. 637 — J. JOOSTING / S. MULLER, *Bronnen voor de Geschiedenis der kerkelijke rechtspraak in het Bisdom Utrecht*, I Indeeling (den Haag 1906) pp. 350/53, 361/64, II 98 — A. JORRITSMA, *Oudheden van Friesland. Het Klooster Lidlum. (Piusalmanak* 1880 pp. 372/79) — H. W. STEENSTRA, *Oudheidkundige aanteekeningen van de dorpen en kloosters der grietenij Barradeel*, Franeker 1836, pp. 63 sq. — *Stond het eerste Lidlumer Klooster aan de Kapellewei? (Leeuw. Courant* 30. 9. 1950) — *Volksalm. voor Ned. Katholieken* 1856 pp. 1/21 —

Series abbatum (Sibr. Leo)

1. Jelmar 1183—92
2. Tjalling 1192—99 res.
3. Meinso 1199—1204 res.
4. Siardus I. Sierdsma 1204—32
5. Sibodus Deimta 1232—52
6. Ulbodus I. 1252—56 res.
7. Hoito (Hoytetus) 1256—75[172])
8. Sufridus Krendze 1275—83
9. Ulbodus II. (Ulpius) 1283—96 res.
10. Idzo Hermana 1289—1309
11. Pibo Sibranda 1309—25
12. Eelco Liaukama 1325—32
13. Kempo van Weidum 1332—36
14. Godefridus Andla 1336—47
15. Wibrandus I. Wobbinga 1347—51 (antea praepos. in Vinea Domini)
16. Siardus II. 1351—52
17. Theodoricus 1352—69
18. Wibrandus II. 1369—84
19. Aesgo I. 1385—86
20. Tetardus (Tzjaard) 1386—1422
21. Hesselo 1422—30
22. Folkerus 1° 1430—39 res.
23. Reinerus 1439—47 depos.
24. Tjabbo 1447—50

---

172) Sibrandus Leo dicit de eo: „infula abbatiali insignitur" (WUMKES 36)

25. Folkerus 2° 1450—68
26. Rioerd Roarda O. S. A. 1468—71 (intrusus, non confirmatus)
27. Aesgo II. 1471—84
28. Nicolaus 1484—88
29. Jacobus Zelandus 1488—92 antea prior in Bajum
30. Petrus Valck, ex Haarlem[173]) 1492—1505 res. (antea prior in Bajum, et praep. in Vinea Domini)
31. Jan Duveland 1505—18 dep. antea abb. in Doccum. Postea abb. in Merna?
32. Joannes de Keppel 1518—43
33. Godefridus II. Doeys 1543—53
34. Isbrandus Harderwijk 1553—68 res.
35. Jan Geelmuiden 1568—80

MARIENGAARDE B. M. V. et St. Joh. Evangelista

Marien-, Mari-, Mariagarde, -gart, -gairde, -gaerde. Hortus-, Ortus Stae. Mariae, — B. M. V., Garda, Sunte Marie gerda, Sente Mariengairde, -ghaerd, -gaerdt, -guerd. Non longe a Hallum, Ferwerderadeel, in prov. Frisiae. Medio aevo sita erat ad ripam maris. Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden

Abbatia omnium circariae celeberrima. Fundata anno 1163/64 a Beato Friderico, parocho Hallumensi, viro praeclaro, familia Goslinga, ex qua erat ortus, auxiliante. Ex vita sua nullo modo patet, hanc fundationem primitus fuisse Ordinis Sti. Augustini. Probabiliter Fridericus ab ipsa fundatione normam Praemonstratensium, quam addidicerat in Marienweerd, introduxit etiam in suo Horto, licet aggregatio legalis ad Ordinem, sub paternitate abbatis Steinfeldensis, anno demum 1173 sit peracta. Iam antea, anno scilicet 1170, moniales fuerant translatae in Bethlehem. Mariengaarde facta est locuples. Saeculo XIII, ibi maxime floruerunt scientiae et disciplina, ut patet ex „Gestis Abbatum Orti Ste. Marie", ibi tunc redactis. Abbas fundator Fridericus, sicut et successor eius Siardus († 1230) in Ordine coluntur ut Sancti. Scholas direxerunt canonici in Hallum in canonia ipsa et in Griend, forte etiam in Bakkeveen et Marken. Visitatio anni 1290 invenit ibi 400 religiosos. Filias genuit Hortus Marianus sequentes: Lidlum, Dokkum, Marne, Belbuck. Etiam Grobe (Circ. Slaviae) anno 1230 paternitati illius est subdita[174]). Parthenones dependentes praeter Bethlehem: Schildwolde, Heiligerlee, Buweklooster, Gerkesklooster. Curias, interdum insignes, possedit

173) Proeliarius p. 26

174) Nota in Cat. Ninivensi II

in Bakkeveen, Marken, Griend, Jelsum et Nijkerk[175]). Ecclesiae incorporatae, et partim administratae: Leeuwarden St. Vitus (1300), Duurswolde, Hallum, Griend, Jelsum, Nijkerk et Marken. Anno 1420 abbates iam erant infulati. Anno 1561, canonia episcopatui, neofundato in Leeuwarden, adjudicata est tamquam dotatio[176]), canonicorum seniores facti sunt saeculares et cathedrales. Quod decretum nonnisi annis 1566/69 exsecutus est novus episcopus. Tamen vitam communem in abbatia continuarunt religiosi, donec anno 1576 haec est suppressa. Anno 1580 est deleta, et triennio post, monasterium et bona eius sunt venumdata. Ossa Beatorum Friderici et Siardi saeculo XVII ablata sunt in abbatias belgicas Tongerloo et Bonne Espérance. Saeculo XVIII adhuc videbantur rudera in Mariengaarde, hodie loco eius est praedium.

Archivalia: RA Leeuwarden, Kloosterst., dipl. 1457/1583 — Gem. Arch. Leeuwarden (cf. SINGELS) — Fries. Genootsch. Coll. Burmania Eysinga 36. 4 (1 diploma 1512) — Cf. etiam SIPMA, Chartbk. et COLMJON.

Fontes et Litteratura: Acta Cap. Gen. Laon p. 322, 325 (1538) — HUGO I 837/44 — WAEFELGHEM 159, 379 — *Beneficiaalb.* 71, 92, 99, 100/02, 145, 157, 182 — BROM, *Arch. Italie* I 405, 1754/55 — IDEM, *Bull. Traj.* Nr. 107, 108 — *Chartbk.* I 130, 195, 202, 203, 213, 523, 713, 718, 748, II 67, 86, 117, 138, 210, 282, 386/88 III 175/77, 184, 423, 549, 590, 1045, 1213, IV 290, 293, 863, 876, 954 (non est completum) — COLMJON nr. 46, 82, 91, 143, 179, 312 — *Corp. Sig Neerl.* 406 — COTTINEAU 1753 — DIRKS 291/93 — DRIESSEN 89, 132, 180, 849 — EMMIUS *Rer. Fris. Hist.* 16, 108, 112, 179, 806, 808, 813 — FEITH, *Reg. Gron.* 1491, 20; 1492, 24; 1494, 10 — GAN I 110, 543 — GOOVAERTS I 416, II 20, 176, IV 76/78, 78/79, 239, 258 — HEERINGA II 142, 220 — JAPIKSE I 570 — JORRITSMA 76/87 — KIST MOLL I 9 — LEPAIGE II 532/34 (Dodo) — MATTHAEUS *Anal.* III 550, 573 — MOLL II 2, 33/34, 61, 239/40 — *Mon. Bat.* II 83, 104, 137, 166 — *Ned. Klo. Zeg.* 42/48 — *OBGronDr* cf. ind. — POTTHAST 7392, 7219 — PRESSUTTI 5431 — *Reg. v. Aanbr. I* 21/26, 57/61, 105/09, 111, 134/36, 144, III 1/31 — REIMERS FPU 54 — MS REITSMA II 17, IV 68/71, XIX 39, 73, XX 4, 15 — *Rep. Germ.* II 945 — ROMEIN 66/73 — RÖMER II 66, 78 — RUTGERS, *Farmsum* p. 546 (Domus abbatiae in Groningen) — SCHOENGEN, *Schraapzucht* 351/52 (bibliographia vetus) — SCHOTANUS *Beschr.* 40, 312, 315, 327, 328, 331, 341, 343 — IDEM, *Gesch.* 101, 147, 182, 320, 348, 385, 387, 407, 610, 612, 613, 618, 712 — SINGELS No. 43, 162, 176, 218, 236, 262 — SIPMA I 398, 440, 449, 518, II 103, 112, 248, III 21 — *Tegenw. Staat.* I 347, 400, 407, II 196 — v. d. AA VII 675 — v. APELDOORN I 82, 83, II 370/84, 393, 411, 428, 435 — v. d. ELSN (v. supra sub WYBRANDS) — v. HEUSSEN *Leeuw.* 54/57 — v. MIERIS II 719, 720, 729 — H. v. R. Oudh. *Friesl.* V 75, 97/100, 70 — P. v.

---

175) Probabiliter numerus curiarum Horti fuit longe maius. *Gesta Abb.* loquuntur v. g. p. 202/03 de curiis in Pecwerth et in Herum, locis, quas Wybrands non potuit definire.

176) v. LOMMEL, Ratio 188/89

THABOR 321, 325, Aant. 162 — W. v. THABOR XII 127 — WINSEMIUS 136, 137 144, 158, 164, 204, 205, 284, 464, 533 — v. EIJCK I 141/46, II 13, 157 — WUMKES cf. ind. — *Gesta Abb.* cf. ind. — AAU 1881:10, 1883:189/90, 1887:240, 1903:166, 178, 184, 1906:193, 1922:243, 1929:381/82, — *Anal. Praem.* II 240, XXII:196, XXVI:111 — D. CANNEGIETER, *Goslinga State te Hallum en hare bewoners,* in: *Fries. Volksalm.* 1896, pp. 88/136 — IDEM, *Iets uit het leven van sommige abten van het klooster Mariengaard onder Hallum (Fragment uit een onuitgegeven beschrijving van Hallum),* ibidem 1894, pp. 32/66 — E. J. DIEST LORGION, *Het Klooster Mariengaard,* ibidem 1842 pp. 87/100 — P. GLAZEMA. *De Abdij Mariengaarde,* in: *Historia* XIII (1948) pp. 217/22. Rec. *Anal. Praem.* XXVI 110 — A. HALLEMA, *De Kloosterschool van M. bij Hallum in de XIIIe eeuw,* in: *„De Nieuwe Eeuw"* 1 en 7 Jan. 1926, p. 423 et 475 — J. NANNINGA UITTERDIJK, *Manslag in het Klooster M. in 1543,* in: *„De Vrije Fries"* XII, 455/56 — M. P. v. BUIJTENEN, *St. Vitus van Oldehove. Episoden uit de strijd om Leeuwardens Kerk,* in AAU LXVIII (1949) pp. 1/178, et separatim Utrecht 1950 — *Fries. Volksalm.* VIII 327, IX 23, et X 101 sq. — *Bouwresten van het Klooster M. te Hallumerhoek, 88e Verslag Fries. Genootsch.,* in *„De Vrije Fries"* XXV (1917) 210 — *Organist in't Klooster M. in Friesland 1570,* in: *Bijdr. Gesch. Overijssel* XIV (1907) p. 189.

Series abbatum (Sibr. Leo)

1.	Friedericus	1164—75
2.	Ento	1175—84
3.	Gerbrandus I.	1184—85
4.	Joannes	1185—94
5.	Siardus	1194—1230
6.	Sibrandus I.	1230—38
7.	Jaricus	res. 1238—42
8.	Ethelger (vel. Jelgerus I.)	1242—59
9.	Theodoricus	1259—75
10.	Bavo	1275—80
11.	Walto I. Scheltinga	1280—1306
12.	Sibrandus II.	1306—13
13.	Poppo (Poptetus)	1313—29
14.	Jelgerus II.	1330—44
15.	Walto II.	1344—50
16.	Wilhelmus Tjarda	1350—53
17.	Fridericus II.	1353—74
18.	Hesselus	1374—85
19.	Gerbrandus II.	1385—94
20.	Wiardus	1394—1418
21.	Liudulphus	1419—20
22.	Wibrandus	1420—27
23.	Tjalling	1427—62
24.	Wilhelmus II. (antea abbas in Merna)	1462—85
25.	Tako Abbinga res.	1485—1506
26.	Paulus Beckholt	1506—33
27.	Petrus Venlo	1533—40
28.	Joannes Hasselt	1540—48
29.	Henricus Smenck de Wolvega	depos. 1548—56
30.	Godefridus Sylvius (van den Bosch)	res. 1556—69
31.	Regnerus Asperen † 1594 (antea praepositus in Buweklooster) confirmatus sed non consecratus	1569—75

MARNE B. M. V., SS. Joh. Evang. et Nicolaus

Merna, Merne, Marna, Indemaren, Camera Stae. Mariae — Vloekklooster?[177]). In hodierno vico Kloosterburen[178]), prope Groningen versus aquilonem. Quondam adiecit mari. Dioc. Münster, dein Groningen.

Monasterium duplex, postea divisum in duas partes:

1. OLDENKLOOSTER in de Marne St. Joh. Evang.

Sti. Joannis Evangelistae ad Vetus Claustrum, Monasterium Vetus, Oldeklooster

Vitetur confusio cum Oldenklooster bij Bolsward, sive Bloemkamp, abbatia O. Cist., et cum Oldenklooster bij den Dam, sive Feldwerd, abbatia O. S. B.

2. NIJEKLOOSTER in de Marne St. Nicolaus

Novum Claustrum, Novus Conventus, Monasterium Novum in Merna. Media hora distat a praecedenti, versus meridiem, in vico Wee. Vitetur confusio cum Nijeklooster op den Dam, quod erat parthenon ad abbatiam Werumensem spectans (vide infra), et cum Nijeklooster in Wymbritseradeel, asceterio O. Cist.[179])

Fata utriusque monasterii in Merna — novi et veteris — tantopere sunt connexa, ut praeter morem ea coniunctim inseramus. Ortum est hoc monasterium duplex ex canonia Doccumensi, probabiliter sicut haec, tamquam praepositura, inter annos 1170 et 1204. Nequaquam videtur esse certum, Mernam esse fundatam a Tacone fundatore Doccumensi, sed potius esse genitam ex schismate[180]). Videtur definitive esse stabilita tamquam abbatia Ordinis anno 1204, cum canonicum quendam Cappenbergensem inveniamus ibi tamquam primum abbatem. Stetit exinde sub paternitate Steinfeldiae. Anno 1204 separatus est parthenon a canonia virorum. In hoc casu non virgines, sed viri translati sunt, et quidem in „Novum Claustrum" vulgo Nijeklooster, non longe distans. Moniales

---

177) v. WEERDEN 48, ROYAARDS 318

178) Cum hoc nomen iam occurrat anno 1598 (Closter Buren, MS Ten Broek), fieri potest, monasterium adhuc florens ita fuisse designatum.

179) Ista domus, non vero nostra, appellabatur „Aula Dei" sive „Godshof" (*Mon. Bat.* III 107). Inde confusio apud eundem auctorem (*Mon. Bat.* II 146)

180) vide de hac re supra in praefatione, et apud Doccum

relicta sunt in Oldenklooster. Opinio Hegge et Ten Broek, viros transtulisse etiam patrocinium Veteris Claustri in Novum (Sti. Joannis Evangelistae), monialibus dans in patronum Stum. Nicolaum, potest esse recta, quia in posterum pluries verbum fit de „abbatia Sti. Joannis Evang. in Merna“, quod certe refertur ad canoniam virorum. Tamen viget aliqua confusio hac de re, vel forte peractae sunt novae mutationes, anno enim 1540 memoratur „Novum Claustrum ad Stum. Nicolaum“[181]), et anno 1590: „Antiquum Claustrum in Merna, Sti. Nicolai dictum“[182]). Ad canoniam virorum etiam certe refertur designatio „Camera Stae. Mariae“[183]).

Merna videtur fuisse minima ex quinque abbatiis circariae, anno 1290 visitator invenit ibi 240 religiosos tantum[184]). Abbatia possedit 617 ha bonorum[185]), dimidiam partem insulae Korenzand, curias in Schillegeham et Uuterhues[186]), et praeter Oldenklooster et Nijenklooster, ecclesias parochiales incorporatas in Leens et Warfhuysen[187]). Habuit etiam duo refugia in civitate Groningana. Currente saeculo XV, canonia virorum desiit. Anno 1418 adhuc extitit, sed annis 1462 et 1509 tantum memoratur „abbas virginum in Merna“, et „abbas monialium Antiqui Claustri in Merna“[188]). Annis 1519—71 constat, canoniam virorum fuisse redinte-

---

[181]) Epistola abbatis Panhausen, de qua vide sis supra apud Langen.

[182]) Ex epistola informativa de fundatione collegii S. J. (AAU 1930 p. 156) Hic „Antiquum Claustrum“ potest stare erronee pro „Novo“.

[183]) Ita in necrologiis ut infra, et in epistola mox allata abbatis Panhausen.

[184]) Quod conferas cum incolis aliarum domuum: vicinus Floridus Hortus 1000. Lidlum 600, Dokkum et Mariengaarde 400.

[185]) FEITH, Rijkdom 20, 27

[186]) DE MONTE VER LOREN 130 (an. 1417)

[187]) anno 1475 (Cartularium Selwerd, fol. 96). Anno 1590, cum societas Jesu studuerit Mernam sibi arripere, expresse dicitur illam possidere duas tantum ecclesias parochiales monasteriis ipsis, scilicet Novo et Veteri, adnexas.

[188]) REIMERS FPU, Acta Cap. Gen. 106. — „Moniales monasterii Mernensis elegerunt anno 1497 in abbatem suum Wolbertum, recognoscentes, quod subjicerent colla sua universis et singulis electi imperiis, idque in praesentia abbatis Lidlumensis, Petri Visitatoris Circariae, qui loco Patris abbatis electum confirmat, mittens illum in ... possessionem rerum et bonorum ... monasterii Sti. Nicolai, praecipiens cunctis sororibus et fratribus praefati conventus, ut Domino Wolberto tamquam eorum, et earum vero .. praelato obedientiam debitam impendant“ (Ex arch. Steinfeld., Bibl. Munic. Nancy MS 992, XI) Ex facto, quod moniales solae memorantur tamquam electrices, elucet, monasterium tunc fuisse asceterium, et fratres supradictos (secundo loco allatos!) fuisse neminem nisi aliquos capellanos et conversos — licet fuissent proprii professi — ut de more in asceteriis Frisiae.

gratam, sed anno 1590, moniales tantum erant superstites.[189]) Constat etiam, tempore quo Merna virilis erat extincta, moniales sibi elegisse abbates ex una ex abbatiis circariae, et tempore quo erat restaurata, bona utriusque monasterii non fuisse separata, sed coniunctim administrata[190]). Paternitatem exercuit Merna in coenobia quas genuerat: scilicet Aland et Langen, sed ad tempus hoc jus amisit[191]).

Anno 1580 monasterium devastatum et combustum est. Exinde abbas cum aliquibus monialibus vixit Groningae. Ab anno 1585 Societas Jesu summopere conata est, bona Mernae adipisci in dotationem collegii Groningae fundandi. Anno 1589 abbatia ob id est suppressa a Sta. Sede, quod decretum vero non est in praxim deductum. Ultimus abbas cum obiisset anno 1590, expresse monialibus nova electio est interdicta, quod tamen, insistente abbate Lidlumensi, nihilominus fecerunt. Fundatio collegii Jesuitarum nondum successerat, cum anno 1594, Merna est suppressa. Anno 1599 proventus ex bonis eius erant 2760 fl, biennio post, adhuc vixerunt abbas et 7 moniales cum priorissa Trine Popkens. Ecclesia in Oldenklooster facta est parochialis protestantium, sed post modum novum templum ei est substitutum. Subsistit tamen campana ex anno 1501, et in fornicibus domus rusticae in Nijeklooster videntur superesse adhuc partes antiquae. Vicus Kloosterburen fidei catholicae semper mansit fidelis.

Archivalia: Arch. du Roy. Bruxellis, Nr. 9476 (saec. XVI, cf. d' HOOP III 350) — RA Groningen Recht. Arch. I, III, IV (de elect. abbatis an. 1590) — RR. Klg. Gron. 65/69 — RA Groningen, cf. FEITH *Reg. Gron* — Cf. FEITH CIAZD, RUTGERS, et BROM HENSEN

Subsistit imago monasterii Nijeklooster ex saeculo XVIII (HEGGE)

---

[189]) Anno 1519: „fratres et sorores Veteris Claustri in Merna". In Cat. 1529 legimus: „Olde Cloester in die Marn, monialium", nec patet clare, utrum „Nyeclooster Ord. Praem" ibi allatum, indicet nostrum monasterium novum, an aliud op den Dam. Anno 1536, Capitulum Generale mandat abbati Marnensi, ut mittat „aliquos religiosos monasterii sui" in asceterium Langen (Act. Cap. Gen. 313). Annis 1540 et 71, abbas Steinfeldensis memorat in epistolis suis „fratres in Novo Claustro in Merna" (HUGO I 841).

[190]) Quod videtur esse factum iam ante annum 1418, quia in documentis monialium domus separatim adducitur. In Merna separatio virorum a parthenone numquam videtur tam rigide fuisse in praxim deducta quam v. g. in Bethlehem, Bajum et Weerd, vel in Nijeklooster op den Dam.

[191]) Vide supra apud haec monasteria. Putamus etiam post annum 1509 paternitatem in Aland a Merna transisse ad Wittewierum.

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 106, 313 — HUGO II 237/42 — WAEFELGHEM 164, 125 — BÖRSTING SCHRÖER 422 — BROM HENSEN 394, Nr. 401/04, 407/09, 429, 437/40, 446, 447 — *Chartbk.* I 195 — Chron. Emonis (vide varias editiones, cf. ind.) — COTTINEAU 1825 — DRIESSEN p. 293, 296 — FEITH CIAZD p. 61, 88, 315, 317 — FEITH, *Abel Eppens,* II 32 — FEITH, *Rengers ten Post* I 328 — FEITH, *Reg. Gron.* I 28, 57, 280, 305, II 61, 62, 25, 110, 336, III 79, V 135 (?), Suppl. I 6, 159, MS 1519, 1520 — FEITH *Gron. Beklemr.* cf. ind. — GAN II 29/30, 55 — MIRAEUS ODH IV 683 — MOLL II 2, 35 — *Mon. Bat.* I 146, III 50 — *Ned. Klo. Zeg.* 22/28 — *OBGronDr* cf. ind Oldekl. et Nijekl. — REIMERS FPU 9, 79 — MS REITSMA II 23, XVII 13, 28, 29, 31 — ROELFSEMA 5, 9, 11, 19, 20, 22, 28, 35 — ROYAARDS 318 — RUTGERS *Farmsum* 545, 592 — De SITTER 61 (= FEITH, *Reg. Gron.* 1429, 2) — MS Ten BROEK — v. d. AA VI 157, VIII 196 — H. v. R. V Gron. 361 — WUMKES III, 5, 24, 43, 82, 92 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 38, 135, 233, 235, 247 — AAU 1906:193, 1908:415, 1922:251, 269, 1923:38, 69, 90 — R. P. CLEVERINGA, *Overrechters in Stad en Lande,* Groningen 1941, passim — R. H. HEGGE, *Bij het honderdjarig bestaan van de parochie Kloosterburen,* s. l. 1945 — J. Ph. de MONTE VER LOREN, *Rechterlijke Organisatie van Humsterland en de Marne,* Utrecht 1948, p. 98, 114, 130 — F. v. HOEK, et J. KLEYNTJENS, *Stukken betreffende de fundatie van een Jezuietencollege te Groningen 1585-94,* in: AAU 1930 et 1938 — J. S. van WEERDEN, *Beknopt Overzicht der geschiedenis van de Marne,* in: *Gedenkboek der vereeniging ter bevordering van landbouw en nijverheid te Leens,* 1941, pp. 47/50 —

In actibus, chronicis et archivis saepissime verbum fit de „Oldenklooster", sed pluries impossibile est discernere, utrum agatur de Merna nostra an de Feldwerd, abbatia O. S. B. ei vicina, sed ei longe ditiore et potentiore.

Series abbatum

Thirbardus (praepositus) (= Tijtardus?)		Necr. Parcense 14. III
Henricus de Cappenberg (item)	1204	HUGO, Emo, ed STRATINGH p. 4
Gerlifi abbas	12..	Necr. Parcense 26. VIII
Gebrardus	12..	Necr. Rommersdorf 25. III[191a])
Hayo	1242/47	HUGO —
Heyko	1252	MS Ten BROEK
Fridericus	1252	HUGO — MS REITSMA II 23
Hugo	1270/76	OBGronDr 147
Hiddo	13..	HEGGE —

[191a]) Gerberandus 14. IV (Necr. St. Jean d' Amiens, MS 995³ Bibl. Mun. Nancy)

Gaico	† 28. IX	HUGO, ex Necrologio Steinfeldensi[192])
Hoyto	† 15. XI	item
Robertus	† 21. VI	item
Ludo	† 17. IV	item
Wabbo	1344	OBGronDr 379
Reiner	1355, 1371	ibidem 589, 593
Ludolphus	1374/81	ibidem 693, 622
Tytard	1411	REITSMA II 23
Richardus	— 1416 depos.	REIMERS FPU Nr. 29
Wabbodo (Wabbe)	1417—29[193])	ibidem. — De MONTE 130 Stadsarch. Gron 1429, 2
Joannes Koenen	1440/42[194])	RA Groningen, Farmsum no. 836 h
Wilhelmus postea abbas in Mariengaarde	1456/62	HUGO — WUMKES — DRIESSEN II 297
Jacobus	1471/75, † 1478	HUGO — Cartul. Selwerd (RA Gron.) fol. 96
Sebastianus van Hulst antea praepos. in Langen	1478—81	HUGO — FRIEDLAENDER II 1018
Mathias antea praepos. in Schildwolde	1481—	HUGO
Jacobus van Kleef	1483, † 1489	HUGO — REITSMA II 23
Wolbertus antea praepos. in Buweklooster	1497—1519	HUGO — StA Aurich, Urk. Aland Nr. 10 — Bibl. Mun. Nancy, MS 992, XI, 342
Jan van Kleef antea praep. in Aland, dein abb. in Wittewierum	1519—20	FEITH, Reg. Gron. MS 1519, 34, 1520, 39 —

[192]) Probabiliter unus alterve horum abbatum idem est ac quidam ex abbatibus aliunde notis, v. g. Gaico-Hayko, Ludo-Ludolphus.

[193]) Secundum HUGO obiit anno 1429

[194]) item 1442

Jan van Duveland?	1520	HUGO[195])
Gerardus Waendorp	1521/40	HUGO — MS Ten Broek
Antonius Harderwijk	1540—43	HUGO
Bernardus Harderwijk	1543/52	item
Joannes Weidma(n) ex Colonia	1564—68[196])	HUGO — REITSMA II 23
Joannes Geelmuiden deinde abbas in Lidlum	1568/69	ibidem
Nicolaus Geelmuiden	1569—90	ibidem
Theodoricus Annius antea praepositus in Kusemer et abb. elect. in Dokkum	1591/94[197])	v. HOEK

NIJEKLOOSTER op den Dam B. M. V.

Nygen-, Nien Cloester by den Damme, Novum Claustrum, Campus Rosarum, Romerswerp, Nyeklooster by Appingedam. — Vitetur confusio cum Nijeklooster in de Marne. Notandum est, Oldenklooster op den Dam, huic „Claustro Novo" tamquam „Vetus" correspondens, huic fuisse vicinum quidem, sed pertinuisse ad Ord. Sti. Benedicti, (Feldwerd).

In vico Oosterwijtwert, in pago Fivelgo, prov. Groningen. — Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, prioratus. De ortu et fundatione eius vide infra apud Wittewierum, cuius „sectio feminea" erat. Anno 1286, ecclesia eius, in

195) Quod scimus ex Hugone tantum, et videtur nobis aliquatenus dubium. Joannes de Duveland, qui annis 1488/1505 erat abbas in Doccum, deinde factus est praesul in Lidlum; quo munere est privatus anno 1518 (WUMKES 72). Anno 1521/26 „Joannes quondam abbas in Lidlum" erat visitator circariae (Act. Cap. Gen. 208), cui committitur visitatio „partium Hollandiae, Gelriae et Frisiae". Vix alius esse potest quam Joannes de Duveland, abbas anno 1518 depositus. Si revera interea fuit abbas in Merna, certe ad breve tempus tantum.

196) Videtur fuisse antea prior in Lidlum (Joannes Veijdman Coloniensis, WUMKES p. 77)

197) Electio eius, primitus de jure invalida, a parte Ordinis dein confirmata, et ab auctoritate ecclesiastica practice recognita est (Arch. Roy. Brux. Abb. du Parc Nr. 9476)

qua Emo fundator est sepultus, consecrata est. Sub abbate Emone ibi erat schola puellarum, ad statum religiosum destinatarum, ubi ipsae sorores instruebantur in arte scribendi. Anno 1350 80 virgines peste moriuntur. Bona monasterii, quae erant separata (465 ha[198]), partim erant sita in Frisia Orientali. Cum Wittewierum anno 1568 esset suppressa, ad dotandum episcopatum Groninganum, Nijeklooster opera abbatis Steinfeldensis conservatum est. Anno 1594 suppressum est, cum 11 monialibus. Anno 1598 „totum quadrum Novi Claustri, cum ecclesia, et lactaria ... alta domus prioris, alta porta et culina ..." venumdantur in demolitionem[199]). Priorissae: Enka 1458/66, Heyle 1502, Cornelia Cornelis 1596.

Archivalia: StA Aurich 4 chartae 1458/66, cum sigillis — ibidem 1 diploma 1502 (No. 91 Langen) — RA Groningen, cf. FEITH, Reg. Gron — RRKlgGron 64/68.

Fontes et Litteratura: cf. Wittewierum. Specialia: HUGO I 451 — WAEFELGHEM 212 — *Chron. Emonis* — Diarium Alting 18. 3. 1575 — FEITH, *Abel Eppens* I 526 — FEITH, *Reg. Gron.* II 336, 1511 (21), 1572 (3) — FEITH, *Gron. Beklemr.* cf. ind. — GAN II 55 — *Mon. Bat.* II 148 — MOLL II 2, 35 — *OBGronDr* cf. ind. — RICHTHOFEN II 912/13 — ROELFSEMA 22 — MS Ten BROEK — WUMKES 43, 52 — AAU 1906, 193 — N. BACKMUND art. cit. supra apud Heiligerlee — J. G. RIJKENS *Romerswerf-Rozenkamp, nu Nieuwenklooster*, in: *Almanak van Goeden Smaak* 1833, pp. 43/53.

Priores

Petrus	1458/66 (StA Aurich)
Johan Boemel	
postea praep. in Langen	—1479 (FRIEDL. 1018)
Wilhelmus	1502 (StA Aurich)
Henricus Joannis	1571 (Stb. Prov. Sch. 1626, p. 255)
Hieronymus Bolswardiensis	1577/79 ibidem
Hermannus Elborgius	1596, † post 1603 (RR Klg Gron. 68, 2 p. 39)

198) FEITH *Rijkdom* 12, 27

199) RR Klg Gron 68. 4, p. 128

Pallamaer, Palla, Poll, Poel, Palma, Palmarum, Pallemar, Porta Stae. Mariae, — Maior[200]) In parte occidentali pagi Reiderland, interea in sinu Dollart submersa, potius Neerlandiae est addicendum quam Germaniae. Prov. Groningen, Dioec. Münster.

Monasterium duplex, praestans et locuples. Fundatum est, ut enarrat Emo, circa annum 1204 „per quendam bone memorie, qui tunc prefuit familie in Berethe, olim abbatem in Doccum". Cetera ignorantur. Semper stetit sub paternitate abbatum Doccumensium. In visitatione anni 1290 ibi erant 190 religiosi. Anno 1338, praepositi de Palmar et de Langen tamquam soli deputati adsunt inter testes in reconciliatione Frisonum cum Groninganis[201]). Ab anno 1297, Palmar iterum iterumque a fluctibus conturbatum, immo devastatum est, ita ut anno 1447 debuerit dissolvi. Bona et membra conventus distributa sunt inter abbatias Dokkum et Wittewierum. Annis 1509/11, aedes eius definitive a mari sunt consumptae. Loco eius nunc est mare altum. Praepositorum eius tantum notus est ultimus, Folkerd annis 1440/47[202]).

Archivalia: StA Aurich — Vide etiam FRIEDLAENDER, et FEITH *Reg. Gron.* Perpauca supersunt.

Fontes et Litteratura: HUGO II 330, 471 — WAEFELGHEM 425 — BÖRSTING SCHRÖER I 428 — *Chartbk.* I 195 — COTTINEAU 2181 — DRIESSEN 134, 444 sq — FEITH, *Reg. Gron.* I 120 — FRIEDLAENDER 57, 516, 577, 583, 589 — HEIJMAN *Ostfr.* 36/38 — HOOGEWEG *Nieders.* 108 — HOUTROUW I 296/97 — KOCHS 78 — *Mon. Bat.* II 153 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 26 — A. STRATINGH VENEMA 34/36, 327/29 — SUUR 70/72 — MS Ten BROEK — *Tegenw. Staat* 233 — H. v. R. *Oudh.* 470 — WESTENDORP II 19 — J. BLOK, *Het Oldambt in oude tijden*, in: *Gron. Volksalm.* 1890, p. 37 — *Navorscher* XXXVI (1886) p. 512, 630 —

---

200) MS Ten BROEK. Ita appellabatur Porta Stae. Mariae, fatente isto auctore, ut distingueretur a Barthe matre sua, quae secundum MATTHAEUM *Anal.* III 549 eadum ex causa vocabatur interdum „Porta Frisiae Orientalis". Ut iam diximus supra apud Barthe, authentice hac de re nihil constat omnino. Vitetur confusio cum Porta Stae. Mariae sive Oegeklooster prope Bolsward, quod monasterium primo fuerat O. Cist., dein O. Tert. S. Francisci.

201) *Chartbk.* I 195

202) FRIEDLAENDER 516, REITSMA XV

SCHILDWOLDE B. M. V.

Scaldu-, Sceldu-, Scelwalda, Schel-, Schilwolda, -wolde, -wald, Gratia Stae. Mariae prope Slochteren, in prov. Groningen — Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura, initio monasterium duplex. Fundatum est circa annum 1204 ab Henrico canonico Cappenbergensi, qui tunc videtur fuisse praepositus in Merna, et qui primas sorores probabiliter miserat ex illo monasterio. Dotationem dederat quaedam matrona nobilis, quae postea conversa facta est in hoc parthenone. Primus praepositus erat Herdericus eius nepos, vir dives et potens, qui se consideravit fundatorem et dominum novi asceterii. Primo petierat tutelam abbatis Clarholtensis, quapropter Schildwolde in Cat. Ninivensi II indicatur tamquam filia illius canoniae. Sed hoc ligamen a patribus circariae non considerabatur tamquam legitima paternitas, sed potius tamquam aliquid „ad personam". Post mortem Ludgeri abbatis Clarholtensis anno 1234[203]) „questio cepit haberi, ad quem locum predicta ecclesia deberet habere respectum[204])". Commiserunt autem patres Capituli munus patris abbatis Horto Stae. Mariae. Sed Herdericus ultra decennium pertinaciter recusavit, se et domum suam subjicere „huic hortulano", ut irreverenter nuncupabat abbatem Horti. Inde lites et scandala, in „Gestis Abbatum" et in Chronica Emonis lepide descripta, et ad quae movenda diu absque successu operam dederunt Emo abbas Floridi Orti et abbates Horti Stae. Mariae, immo episcopus se immiscuit, donec Herdericus, qui in vanum sibi fundaverat asceterium Heiligerlee in refugium, coactus est dignitati suae renuntiare versus annum 1250. Schildwolde dein subdita est paternitati abbatum de Mariengaarde, sed filia Heiligerlee per aliquod tempus adhuc ei mansit coniuncta. Visitator anno 1290 invenit in Schildwolde 160 religiosas. Monasterium possedit 527 ha terrae[205]), et curiam in Ter Apel, ubi forte primitus erat domus filialis formata, de qua vide infra sub dubiis. Anno 1538, praepositus praesumpsit professionem cuiusdam canonici admittere, quod a Capitulo Generali est interdictum[206]). Eodem tempore, praepositus Schildwoldensis — forte est idem — a fide defecit, et factus est praedicator lutheranus in Germa-

---

[203]) Vide vol. I 174. Abbas iste Herdericum „tuicione sua per suam eloquenciam in omnibus actionibus tamquam pater filium defensabat", ita ut ille „visitatorum Westphalie seu Frisie, tam abbatum quam praepositorum, visitaciones minime curabat" WYBRANDS, *Gesta Abb.* 227)

[204]) WYBRANDS l. c.

[205]) FEITH *Rijkdom* 20, 27. Possedit grangiam in Broke (WYBRANDS, *Gesta Abb.* 244)

[206]) Vide de hac re supra in praefatione.

nia[207]). Ab anno 1563, successor eius omnia fecit ad obtinenda bona parthenonis Barthensis in terra Groningana sita, immo et aliquas sorores illius domus induxit, ut ad suam transirent, et illam esse unitam cum Schildwolde, sollemniter declararent, sed absque successu: conventus enim Barthensis hanc declarationem „apostatarum" non recognovit ut validam. Inter annos 1580 et 90 ultimus praepositus potitus est usufructu bonorum Barthensium, sicut et Langensium (eodem circiter tempore), ultra Amasum sitorum[208]). Idem praepositus magnas partes habuit in seditionibus et rebus politicis in pago Groningano. Anno 1595 coenobium est suppressum[209]). Anno 1598 adhuc decem moniales erant in vivis. Paulo post aedes sunt venditae in destructionem, bona alienata sunt a provincia anno 1764.

Archivalia: RA Groningen 4 doc. 1576/87 (de incorporatione Barthae) — Statenarchief ibid. 1595 no. 9 — RR Klg. Gron 65 sq. — Cf. FEITH, et RUTGERS.

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 313, 324, 325 — HUGO II 779 — WAEFELGHEM 273 — BÖRSTING SCHRÖER I 424 — *Chartbk.* I 195 — *Chron. Emonis* — COTTINEAU 2979 — FEITH, *Abel Eppens* I 170, II 554, 603, 618, 637, 657, 669 — FEITH CIAZD 153, 161, 167 — FEITH, *Reg. Gron.* I 16, 134, 174, 191, II 54, III 63, 69, 85, 86, 109, V 108, Suppl. I 103, 125, MS 1505 no. 36, 1521 no. 43 — FRIEDLAENDER 57 — GAN II 53 — MOLL II 2, 35 — *Mon. Bat.* II 170 — *OBGronDr* 66, 68/70, 78, 79, 81, 82, 354 — MS REITSMA XV, XVII 9. 13 — J. G. RIJKENS cf. Wittewierum — ROELFSEMA 10, 22, 35 — RUTGERS *Farmsum* 530, 554, 620, 642, 698, 702 — De SITTER 316, 318, 319 - *Tegenw. Staat* 370 — MS Ten BROEK — v. d. AA X 229 — H. v. R. V Gron. 374 — WUMKES IV, 8, 20, 43 — WYBRANDS *Gesta Abb.*, l. c. — IDEM, *Bloemhof* l. c.

Praepositi

Herdericus	ca. 1204 — ca. 1250	Gesta Abb. 227
Galtetus	ca. 1250	item
Evert	1429	(RUTGERS p. 554)

---

207) FEITH, *Abel Eppens* I 170

208) RR Klg Gron 68. 3 p. 117

209) Ex epistola quadam ultimae priorissae Marryken Aerens (RA Groningen, Reg. FEITH 1595 Nr. 9) patet, mense februarii anni 1595 suppressionem monasterii fuisse imminentem quidem, sed nondum peractam.

Eggardus 1458	1458	(REITSMA XVII 9)
Mathias	—1481	HUGO II 240
dein abbas in Merna		
Andreas	1486, 1506	RA Gron. 1486 Wittew. Reg. Feith MS 1521, 43
Albertus van Munster	1527, ca. 1537	RUTGERS p. 620 (cum sigillo conventuali), FEITH Abel Eppens I 170
Taco Haringa	1578/94 † post 1603	ibidem passim — RUTGERS 702

SCONA MORA B. M. V.?

Dioc. Bremen, ideo in Germania.

Monasterium, quod extitisse tantum patet ex catalogis Ordinis post annum 1290 redactis (HWTAP), et ex Ind. Vis. 1290. In catalogis omnibus insertur tamquam sita in dioecesi Bremensi, et ut filia Floridi Horti (ATWP), vel Horti Stae. Mariae (H). Visitator anno 1290 invenit ibi 20 religiosos non indicati sexus. Nullibi dicitur, utrum fuerit praepositura an prioratus, asceterium an monasterium duplex. Probabilius vero eandem characterem habuit ac Hopels et Koldinne; ideo supponendum est, Sconam Moram fuisse monasterium duplex vel asceterium, parvum atque tenue, a praeposito gubernatum. De cetero nec fontes Ordinis, nec Frisiae vel dioecesis ullum verbum habent de monasterio huiusmodi. Hugo annalista, praeter existentiam eius, se fatetur nihil scire. Recentes historici varias posuerunt hypotheses, ut ubicitatem illius definirent.

Certe Scona Mora non est idem quod Sconemore = Schönemoor prope Bremen, ubi eam quaerit Wumkes[210]), et ubi numquam fuit monasterium ullum. G. v. d. Elsen putat, Sconam Moram idem esse ac Weerd prope Morra, a De la Torre „Morawert" nuncupatum[211]). Favere videtur huic sententiae non solum similitudo nominum Mora-Morra, sed etiam factum, quod Weerd in omnibus catalogis MSS desideratur, et quod historia eius anterior est ignota. Tamen huic opinioni, quam secuti sunt diversi auctores, minime possumus annuere. Factum absentiae asceterii Weerd in

210) *Abtenlevens* p. 43, nota. — Cf. HODENBERG, Bremer Geschichtsquellen I 97

211) *Leven v. d. Zal. Fredericus* p. 110 — De la TORRE 195. De asceterio Weerd vide infra.

catalogis parum refert, quia constat, eos prioratus monialium, utpote partes integrantes abbatiarum matrum, omittere. Atqui Weerd tali modo annexa erat abbatiae Doccumensi. Insuper nec erat sita in dioecesi Bremensi, nec erat filia Floridi Horti. Ut iam diximus, ubi de Kusemer, catalogi geographice progrediuntur quoad hanc circariam, ab occidente versus orientem. Scona Mora apud illos insertur novissima omnium, ergo in extremo oriente Frisiae[212]). Si esset idem ac Weerd, juxta abbatiam Doccumensem fuisset collocanda.

Proponimus ergo novam sententiam. Emmius scribit de „coenobio Schouw" prope Esens, „de quo nihil scitur certi"[213]). Ex auctoribus recentioribus discimus sequentia hac de re[214]):

Prope Esens versus meridio-occidentem, in solitudine in mediis paludibus (germanice: Moor) invenitur praedium Schoo, et non longe ab eo locus nunc desertus, qui dicitur „Altes Kloster", sive „Oldeklooster". Certe supponere, fas est, ibi fuisse aliquando quoddam monasterium, sed authentice scimus tantum, praedium Schoo, et locum Oldeklooster initio saeculi XV fuisse grangiam canoniae Marienkamp in Esens. Quae domus, primitus monasterium duplex „Conversorum Ord. Sti. Benedicti", circa annum 1424 Ordini Can. Reg. O. S. A. fuerat tradita, et Benedictini utriusque sexus ad abbatiam Marienthal in Emden sunt translati[215]). Probabile est, hoc coenobium, de cuius historia et origine ceteroquin nihil fere scitur, primitus stetisse in loco remoto Oldeklooster, et postea fuisse translatum in pagum Esens. „Antiquum Claustrum" dein factum est curia. Constat etiam, nomen „Campus Stae. Mariae" fuisse impositum a Canonicis Sti. Augustini, dum antea Stus. Benedictus erat patronus[216]). Suur enarrat, in ecclesia „Antiqui Claustri" juxta Schoo, saeculo XV extitisse peregrinationem B. M. V., ex quo elucet, Stam. Mariam fuisse patronam primariam[217]).

---

212) Ex iisdem rationibus Sconamora nequit esse idem quod Scharmer, de quo vide infra sub praetermissis.

213) *Fris. Orient.* (1616) p. 52

214) ARENDS 461, HOUTROUW 342, 364

215) Anno 1421 fuit abbatia (FRIEDLAENDER I 410). In Vita Arnoldi Creveld (MS StA Aurich, A 91, cap. 12. Conscriptum est ante annum 1431), legimus: „in singulis grangiis, domus agriculture construxit, scilicet in ... Schoege, in Antiquo Claustro ...". Arnoldus, qui erat prior in Marienkamp, nuncupat habitatores primitivos monasterii „Frisones, antiquos monachos". (Aliunde ceteroquin constat, ibi fuisse etiam moniales, cf. BUSCH, Chron. Windesh., ed. K. GRUBE, p. 358).

216) REIMERS *Heil. Ostfr.* p. 27. Campus Stae. Mariae in catalogis Ordinis occurrens probabilius refertur ad Kusemer.

217) SUUR 51, 54 (.. grangiavit et incorporavit Scoghe ..).

Videtur nobis probabile, hoc „Antiquum Claustrum“ in Schoo esse nostram Sconam Moram. Situm est enim medium inter duo alia coenobia, quae Ordo noster habuit in dioecesi Bremensi, et cum quibus Scona Mora semper in Catalogis enumeratur, Koldinne nempe et Hopels. Si Scona Mora est filia Floridi Horti, supponere possumus, eam fuisse fundatam ab abbate quodam illius coenobii, et quidem ultimis decenniis saeculi XIII. Hoc tempore enim „Chronicon Menconis et continuatoris eius“ fit plus minusve defectuosum, nec amplius historiam completam canoniae praebet. Emo, immo et Menco primis suis annis, fundationem monasterii filialis probabilius memorassent, si accidisset ante annum circiter 1250/60. Fieri ergo potuit, Sconam Moram, ut domum parvam et pauperem, a patre abbate vigilanti longe dissitam, saeculo XIV e relaxatione transiisse ad Ordinem liberiorem. Etiam Hopels et Koldinne, Sconae Morae vicinae, saeculo sequenti ab Ordine defecerunt, aliique sunt unitae, et quidem ope eiusdem canoniae Marienkamp, quae orta esse videtur e nostra Scona Mora.

A r c h i v a l i a, sicut Fontes et Litteratura, non existunt, praeter ea, quae supra attulimus. — HUGO II 781 — WAEFELGHEM 275 — MATTHAEUS *Anal.* III 550 (Scona Mons) — HODENBERG D. Br. III 99, nr. 357 (Schoe)

VEENKLOOSTER B. M. V.?

Feen-, Ffeencloester, -klooster, Convent te Faen, Feancleaster, Mons Oliveti, Olijfberg — Vitetur confusio cum asceterio OSF Groendijk prope Sneek, quod eodem nomine videtur fuisse appellatum (cf. GERBENZON in „*It Beaken*“ XIII 156).

In parochia Augustinusga, nunc Oldwolde (Kollumerland), non longe a Dokkum, Dioec. Utrecht, dein Leeuwarden.

Parthenon, praepositura. Origo obvoluta est tenebris, forte est in aliquo connexu cum religiosis, quae post transitum coenobii Gerkesklooster ad Ordinem Cisterciensem, Praemonstratensi manserunt fideles, et in curia quadam in parochia Augustinusga se fixerunt post annum 1245[218]). Fundatio Montis Oliveti videtur esse facta inter annos 1235 et 87. Asce-

216) Ita autumat *Mon. Bat.* l. c. Forte vero Veenklooster est fundatio omnino independens, ut Gerkesklooster et Buweklooster, vel forte a Doccumensi abbatia est progressa. De JAGER l. c. putat Veenklooster esse Wigarathorpe illud, ex quo processit Gerkesklooster. ANDREAE, *Het Klooster* p. 22 suspicatur Montem Oliveti primitus fuisse monasterium duplex (curia „Monckehuys“!), quod sic tantum intelligi potest, ut ibi probabiliter fuerunt initio aliqui canonici et conversi, ut v. g. in Schildwolde, Heiligerlee et alibi.

terium, quod stetit sub paternitate abbatum Doccumensium, videtur fuisse parvum, in visitatione anni 1290 ibi erant viginti religiosi, et bona eius saec. XVI erant 200 ha. Habuit tamen curiam in Westergeest, vulgo „Monckehuys", quae diu adhuc postea vocabatur „Convent op de Burch". Anno 1580 suppressum est. Saeculo XVIII adhuc existebant partes monasterii, nunc omnia disparuerunt, loco eius est praedium.

Archivalia: RA Leeuwarden Klst. 3 doc. 1498/1602 — Statenarch. ibidem — Sminia-archief no. 2049 (Friesch Genootsch. ibidem) — RA Groningen 1480 (cf. FEITH, Reg. l. c.) Cf. *Chartbk.* — Existit pictura monasterii, anno 1723, in Museum Fries. Grenootsch. Leeuwarden.

Fontes et Litteratura: HUGO II 329 — WAEFELGHEM 173 — *Beneficiaalb.* 231, 232, 234, 235 — BÜRSTING SCHRÜER I 421 — MS BRUINSMA fasc. 6 pp. — BRUNA 9 — *Chartbk.* II 19, 210, 291, 467, 866, III 51, 590 — FEITH, *Reg. Gron.* I 202 — GAN I 536, II 28 — MATTHAEUS *Anal.* III 481, 550 — *Mon. Bat.* II 27 — *Reg. v. Aanbr.* I 159, 184, 213/14 — REIMERS FPU p. 60 — MS REITSMA III 34, IV 103, XVII 4 — RICHTHOFEN II 767 — SCHOENGEN, *Acten en Besch.* 202 — *Stamboek* I 283 — v. APELDOORN II 387, 393 — v. EIJCK II 41, 212 — H. v. R. V *Friesl.* 106 — P. v. THABOR 274, 325 — WINSEMIUS 176, 258 — WUMKES IV, 12, 43 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 230 — A. J. ANDREAE, *Het Klooster te Olijfberg en de buitenplaats Fogelsanghstate*, in *Jaarboekje van den Frieschen Adel* 1884, pp. 49/66 — IDEM, *Oudheidkundige Beschrijving van de Gemeente Kollumerland, Kollum* 1885, II 21/27 — J. T. de JAGER, *Het Veenklooster en omgeving*, in: „*Het Noorderland*" II (1953) pp. 33/43, et 97/105 —.

Praepositi

Engbert	1480	RA Gron. 1480, 2 (cf. Kusemer)
Aernth v. Hochstraten	1488/98	RA Leeuwarden, Klst. Veenkl.
Julius	1526	Oud Recesboek 1524 sq (Bibl. Friesch Genootsch. Leeuw.)
Theodoricus van Hattum postea abbas in Dokkum	—1550	MS REITSMA IV 20
Theodoricus Doetekum (Doetinchem)	1555/84	RA Leeuw. Klst. Veenkl. — Chartbk. 590

VINEA DOMINI B. M. V.

Wyngaard des Heeren, Proostdij op het Zant, Klooster op het Zand (nomen: „op het Bildt" videtur esse spurium)[219]), Stadt-probstey, Witte Heeren op het Zand, Opsant, Sandt Proestie binnen Boelszwaerdt, in Zandis.

in prov. Frisiae, Dioec. Utrecht, Postremo Leeuwarden.

Fundatum est hoc coenobium ut asceterium inter annos 1235 et 1287 in PINGJUM juxta mare prope Harlingen, ubi abbatia Lidlumensis possedit curiam. Hoc monasterium esse fundatum anno 1186 a Jelmaro abbate Lidlumensi, ut contendunt varii auctores, authentice probari nequit. Probabiliter est confusio cum Bajum. In omnibus fere catalogis post annum 1290 redactis legimus: „Vinea Domini, moniales", licet existentia sororum ibi aliunde non constet. In fluctibus anni 1287, integra communitas interiit, vel ex egestate dispersa est, siquidem visitator triennio post monasterium invenit vacuum. Paulo post tamen reconstructum est tamquam praepositura virorum, sui juris, sub paternitate abbatum Lidlumensium. In catalogo monasteriorum Frisiae anno 1326 iam occurrit. Canonia multa est passa a nobili familia Hania in Pingjum, ei infensissima, et brevi ante annum 1347 praepositus domum suam contra obsidionem per exercitum conversorum O. Cist. cum successu defendit. In fine illius saeculi magna ibi erat corruptio. Paulo post annum 1494 translata est praepositura, retentis nominibus „Vinea Domini", et „in Zandis", in civitatem BOLSWARD[220]).

Videtur ei fuisse ibi traditum vetus hospitale cum ecclesia. Anno 1501, comes Hugo de Leisnig supplicat Capitulum Generale, „ut Creckonem praepositum destituat, et praeposituram suam conferret abbati de Lidlum, et perpetuo uniret eidem monasterio Lidlumensi"[221]). Anno 1515, ecclesia combusta est, et anno 1519 tempestas valida novum aedificium vix erectum destruxit[222]). Anno 1556, res oeconomicae tantopere erant dilapsae,

---

219) Cf. SCHOENGEN in *De Vrije Fries* XX 353

220) Arch. Roy. Bruxelles, 18 Aff. Ecclés. Nr. 38. Cf. *De Vrije Fries* l. c. 352

221) Acta. Cap. Gen. 39 — Comes ille erat dux Saxonum, tunc Frisiam invadentium, et Crecko (probabiliter recte: Gerko) propter machinationes politicas ei erat odiosus. Responsio Cap. Generalis casu conservata est in StA Aurich, Akten Langen nr. 89, qua mandatur visitatio propter hoc in Vinea Domini. Praepositura non est unita abbatiae Lidlumensi, sed Crecko videtur fuisse depositus.

222) *Chartbk.* II 86, P. v. THABOR 247

ut abbas Lidlumensis monasterium clauserit, et omnia portatilia transtulerit in Lidlum, relicto in Vinea solo priore. Anno 1561 est suppressa, et episcopatui Leovardiensi, una cum abbatia Mariengaarde, assignata in dotationem[223]). Protestationes abbatis Lidlumensis erant in vanum, tamen incorporatio anno demum 1570 est peracta. Proventus annui tunc censebantur 1400—2000 florenorum. Anno 1612 ecclesia partim corruit, exinde omnia fere aedificia sunt destructa. Anno 1830 ultimum residuum monasterii, sic dictum „Hooghuis", disparuit.

Archivalia: Vide Lidlum, et Bull. Traj., Chartbk. — Imago monasterii potest discerni in atla BRAUNII, *Civitates Orbis Terrarum* (1580) Bolsward.

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 39 — HUGO II 1117/20 — WAEFELGHEM 316 — *Beneficiaalb.* 275, 302 — BROM, *Bull. Traj*, 2034/35,, 2050, 2080 — BRUINSMA fasc. 14 pp. — BRUNA 13 — *Chartbk.* I 722, II 14, 86, 227, 463, 565, III 51 — GAN I 572 — *Mon. Bat* II 35, 153 — OCKA SCHARL, 210, 381 — REIMERS FPU p. 31/33, 118 — *Rep. Germ.* I 2799 — MS REITSMA IV 109, XIX 158 — RICHTHOFEN II 594 — SCHOENGEN, *Schraapzucht* 352/54, cf. notam — SCHOTANUS 187, 199, 342, 350, 76, 836 — *Tegenw. Staat* XV 198 sq. — v. APELDOORN II 370/84, 394, 435, 447, 449, 453, 470 — v. EIJCK I 137 (vetus bibliographia), II 12, 153/54 — H. v. R. *Oudh. Friesl.* II 5, V 138 — P. v. THABOR 247 — W. v. THABOR IV 114/16, 125 — VLM 36 — WINSEMIUS 205, 211, 279, 286, 638 — WUMKES 55, 21 — AAU 1876 p. 32, 1906: 193, 1926: 219 (cf. *Anal. Praem.* 1926 pp. 333/34) — *De Vrije Fries* XXVIII (1928) 413 — *Oudheidkundig Jaarboek* 1922 pp. 117/31.

Praepositi

Wybrand Wobbinga postea abbas in Lidlum	1344/47	H. v. R. Oudh. l c., Leenkamer Holl. Inv. No. 30, E. L. 32 fol. 81 v.
Joannes	1375	WUMKES 55
Joricus Ethana	res. 1432	REIMERS p. 118
Sibrandus Lamberti	1432	ibidem, Rep. Germ. I 2799
Wesselus	1468/70	WUMKES 65, 70
Petrus Valck deinde abbas in Lidlum	—1492	ibidem 69

223) v. LOMMEL *Ratio* 191

Johannes	1496	R. A. Groningen
Credko (= Gerko?)	ca. 1500	Act. Cap. Gen. Laon 39
Tiepko	ca. 1505/10	WUMKES 72
Mathias	1524/27	Chartbk. II 463, RA Friesld. Klst. Aalsum
Wiardus van Zutphen	1556	WUMKES 79
Jan v. Zeeland Cortgen prior	1558,	ibidem

WEERD B. M. V.?

Warde, Waerd, Waard, Wert, Weard, Werde, — Silva Stae. Mariae? Templum Domini?

Juxta Morra, Prope Dokkum versus aquilonem, Oostdongeradeel. Prov. Frisiae.

Dioec. Utrecht, et Münster (disputabatur), postremo Leeuwarden.

Parthenon, prioratus, de cuius ortu nihil scimus certi. Quia semper unum corpus formavit cum abbatia Doccumensi[224]), videntur moniales huius canoniae eo fuisse translatae. De possibili altera translatione ex Vrouwtenberghe in Weerd, vide infra apud illam domum sub dubiis. Asceterium Weerd anno 1401 prima vice authentice occurrit[225]), quoad historiam eius anteriorem redigimur ad coniecturas. Weerd non esse idem ac Sconam Moram, iam supra diximus ad hanc vocem. Ind. Miraei primus scribit: „Silva Sancte Marie sive Templum Domini, vulgo Weerdt" in parvo elencho monasteriorum Frisiae a paternitate Steinfeldiae dependentium, quod ad verbum excerpserunt Lepaige in suo catalogo, dein van Heussen et Hugo. Weerd habuisse, sicut cetera monasteria circariae, suum epitheton marianum vel biblicum, est valde probabile. Sed censemus, unum tantum ex nominibus a Miraeo allatis, referri ad nostrum asceterium, et vix ambo simul. Asceterium quoddam „Templum Domini" bis occurrit saeculo XIII in „Gestis abbatum"[226]), sed nullo modo constat, illud pertinuisse ad Ordinem nostrum, vel esse idem ac Weerd.

Saeculis XV et praesertim XVI, Weerd saepius in documentis occurrit, Videmus, hanc domum fuisse opulentam, terrae eius erant 1143 jugerum

[224]) „Joannes abbas, Henricus prior ... Gisbertus prior, Botta priorissa, ceterique fratres, canonici et moniales monasteriorum in Dockum videlicet et Waerd" (Diploma anni 1494, Stadsarch. Groningen). Constat abbatem semper sigillavisse diplomata pro Weerd.

[225]) „Kelner in Waerd" *Chartbk.* I 325. Ibidem I 458 anno 1423 primum verbum fit de asceterio ipso.

[226]) pp. 130 et 223. Vide infra apud Vrouwtenberghe

(pondematen), et proventus annui 2077 fl. Cellarius eius, qui interdum videtur fuisse idem qui prior, erat persona magno in honore habita, quippe quae saepe occurrit inter testes in diplomatibus, bona monasterii eius nomini sunt adscripta, et protestatur cum abbatibus Frisiae contra Concilium Tridentinum anno 1563. Anno 1569, Weerd est exspoliatum et combustum, anno vero 1580 suppressum. Pars monasterii saeculo XVIII adhuc exsistebat, nunc loco eius est praedium.

Archivalia: Vide Dokkum. Cf. etiam SIPMA, et *Chartbk.* — RA Leeuwarden, Klst., 5 doc. 1578/85. — Imago monasterii, anni 1723, in Museum Friesch Genootsch. Leeuwarden — Cop. GABBEMA II 88 (Wlke priorisssa 1441).

Fontes et Litteratura: HUGO II 1119 — WAEFELGHEM 322 — *Beneficiaalb.* 153, 154, 161, 163, 168 — MS BRUINSMA fasc. 11 pp. — *Chartbk.* I 325, 458, 548, 694, 1401, 1423, II 14, 280, 232, 286/93, 565, III 51, 509, 590 — FRIEDLAENDER 583 — GAN I 539 — HALLEMA (Kloosterlijst) 103 — *Mon. Bat.* II 132 — *Reg. v. Aanbreng* I 124, 137, 140, 144/47, 149/53, 156, 157, 159/65, 167, 173 — MS REITSMA IV 106, XX 11 — RICHTHOFEN II 627 — SCHOENGEN *Acten en Besch.* 201 — SCHOTANUS *Beschr.* 193 — IDEM, *Gesch.* 385 — SIPMA I 271, 336, 384, 440 — *Stamboek* Nr. 10, I 192, 315 — v. APELDOORN II 386, 387, 393, 465 — v. EIJCK II 229/31 — P. v. THABOR 52 — WINSEMIUS 310 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 130, 223 — AAU XXIX (1903) 138 — *De Vrije Fries* XXVI 114, 146, XVI 488, XX 399.

Priores

Reyner 1448	(StA Aurich, Urk. Dokkum Nr. 1)
Gisbertus 1494	(vide supra, notam)
Inne 1543	(Beneficiaalb. 154)
Arnoldus Dokkum 1580	(RA Leeuwarden, Ged. St. 6 F 63, XXXI)

WITTEWIERUM B. M. V., SS. Viti et Stephani[227])

Werum, Wierum, Wittenwerum, Wytthewerum, Witteworms, Floridus Hortus, — Ortus, Bloemhof

in pago Fivelgo, Prope Groningen versus aquilonem, Dioc. Münster, dein Groningen.

Abbatia insignis. Emo quidam vir coniugatus et rusticus, ab anno 1204 in vanum conabatur adjungere monasterium O. S. B. oratorio, quod erexerat in Romerswerp. Dein adiit cognatum suum Emonem, parochum in

227) Stephanus secundum BÖRSTING SCHRÖER I 424

Husdinge, virum doctum et discretum, ut hoc monasterium desolatum restauraret. Alter iste Emo factus est canonicus Ordinis nostri in Varlar, cui canoniae hanc novellam plantationem tradidit anno 1209. Initio Floridus Hortus erat monasterium duplex sub paternitate abbatis Varlarensis, sed anno 1214, canonici castrametati sunt in Wittewierum, et triennio post paternitati archicoenobii Praemonstratensis se subdiderunt. Moniales manserunt in Romerswerp, quod exinde Rozenkamp, et postremo Nijeklooster est nuncupatum. Semper mansit unitum matri abbatiae. Aliud coenobium eius paternitati erat subiectum, videlicet Scona Mora. Floridus Hortus, initio praepositura, anno 1225 in abbatiam est evectus. Annis 1238/59 exstructa est ecclesia. Anno 1290, visitatores invenerunt ibi (una cum Campo Rosarum) mille religiosos diluvio superstites. Vi huius ingentis numeri abbatia, in qua illo saeculo egregie florebant disciplina et studia, longe praecellebat ceteras domus circariae, immo probabiliter totius Ordinis. Habuit etiam celebre gymnasium ad annum usque 1285. Iam antea, Capitulum Generale, scholis infensum, illud transferre iusserat ad ecclesiam parochialem in Westeremden, „ne sacra tranquillitas otii scholarium tumultibus turbaretur". Erexit curias in Hora (Dykshorn?) 1213, Eems 1216, et Westeremden 1218. Possedit, et partim administravit ecclesias parochiales in Wittewierum (1212, ecclesia abbatialis simul erat parochialis), Westeremden 1220, Scharmer 1231[228]), et Uithuizen 1276.

Dum de origine huius canoniae, et de historia eius saeculo XIII optime sumus instructi per celebre „Chronicon Emonis", a successoribus eius continuatum, abhinc pauca tantum sunt nota. Anno 1350, 20 canonici et 12 novitii perierunt peste. Bona abbatiae in fine erant 1760 ha, absque Nijeklooster[229]). Abbas erat „summus edictor slusorum"[230]), quare magna pollebat auctoritate. Saeculo XV, per abbatem Joannem Gerardi spiritus Windeshemensium[231]) ingressus est Floridum Hortum, qui propterea aliquomodo focus reformationis est factus pro circaria, et pro Saxonia

---

[228]) Vide de ecclesia Westeremden infra sub dubiis, de Scharmer sub praetermissis

[229]) FEITH, *Rijkdom* 12, 27

[230]) vulgo „overschepper van de drie delfzijlen", id est praeses administrationis aggerorum et slusorum (ecluses, Schleusen), pro magna parte provinciae.

[231]) Celebris congregatio Canonicorum Ord. Sti. Augustini, in Neerlandia orta. Saeculo XV erat vitalis et reformatissima, et magnum influxum habuit in Ordinem nostrum (v. in vol. I apud Circariam Saxoniae. Cf. etiam ACQUOY).

vicina. Saeculo XVI tamen canonia iterum erat collapsa. Anno 1515 combusta est. Anno 1561, cum superessent quatuor canonici tantum, suppressa est pro dotatione novi episcopatus Groningani, quod decretum anno demum 1568 executioni est mandatum[232]). Primus episcopus statim magnam partem monasterii solo aequavit, et ex lapidibus residentiam sibi exstruxit Groningae, necnon perpulchra stalla chori abstulit in suam ecclesiam cathedralem, ubi postea ab iconoclastis sunt deleta. Ultimus abbas annis 1568—74 commoratus est in Dokkum, dein reversus est in Groningam, ubi canonicus ecclesiae cathedralis factus, administravit bona monasterii sui „ad pios usus", et functus est iterum munere suo edictoris slusorum. Tulit secum Chronicon Emonis, ita salvans ipsum. Anno 1594, bona sunt saecularizata; anno 1603 adhuc unus canonicus erat in vivis. Ecclesia facta est parochialis protestantium, sed postmodum destructa est. Praelatura adhuc stabat anno 1844 tamquam domus pastoralis. Modo campana in Slochteren (1373), ex Florido Horto proveniens, est unicum illius residuum.

Archivalia: RA Groningen 2 dipl. (acqu. 1941, et 50) an. 1486[233]), et 1517 — Ibidem, Huisarchief Farmsum, cf. RUTGERS — Arch. der Ommelanden (Index MS) I 217, 284, R 67, 115, 214, 245 — MS Stadrecht van Groningen (Reg. FEITH, hs. fol. 136), ex possessione ultimi abbatis, ubi permultae copiae diplomatum sunt addita, et in quo videtur contineri totum archivum abbatis qua edictore slusorum. (Cf. FEITH, CIAZD) — RR Klg. Gron. 65/68 — ALTING Diarium 489, 578 — Cf. FEITH *Reg. Gron.*

Fontes et Litteratura: Act. Cap. Gen. Laon 91, 106, 313 — HUGO I 665/75, prob. 559/69 — IDEM, SAM *Ep. Gerv.* 134, 135 — WAEFELGHEM 322 — BENINGA 581, 735 — BOELES passim — BÜRSTING SCHRÜER I 424/25 — BROM *Arch. Italie* 189, 1374 — Idem,*Bull. Traj.* I 106 — *Chartbk.* I 195, II 281 — *Chron. Emonis* v. varias editiones — COTTINEAU 3445 — FEITH, *Abel Eppens* I 23, 127, 199, 202, 205, 210, 260, II 81, 122, 124, 669, 746 — FEITH, CIAZD cf. ind. — FEITH. *Gron. Beklemr.* cf. ind. — FEITH, *Reg. Gron.* I 5, 72, 91, 92, 169, 318, 382, II 28, 110, 190, 271, 294, III 19, 47, 67, 150, 289, Suppl. I 70, 420, MS cf. ind. — FEITH, *Rengers* I 328, 216, 335, 336, 343, II 176, 215 — FEITH, *Warfsconst.* 54?, 181 — *Form. Pr.* Nr. 230, 261 — GAN II 53, 55 — GOOVAERTS I 239, 582 — HEERINGA II 292 — HEIJMAN, *Verspreiding* 207 — MIRAEUS ODH IV 131, 147, 471, 530, 680 — MOLL, II 2: 35, 42, 62; 239, 308, 327; II 3: 135, II4: 243 — *Mon. Bat.* II 66, 100, 148, 205, 209 — *Ned. Klo. Zeg.*. 29/35 — *OBGronDr* cf. ind., Spuria 2 — POTTHAST 7218, 7338 — PRESSUTTI 4928/29, 5247, 5431 — *Reg. v. Aaanbr.* I 125 — REIMERS FPU p. 7, 9, 76, 79,

[232]) v. LOMMEL *Ratio* 188/89

[233]) Mandatum Abbatis Generalis ad abbatem Floridi Horti, ut visitaret Circariam Frisiae anno 1486 (nondum publicatum).

88 — MS REITSMA II 30, XV, XVII 8, 13, 25, XIX — ROELFSEMA 8/10, 20/22, 30, 35 — ROMEIN 62/66, 73/74 — RUTGERS *Ewsum* Nr. 4 — IDEM, *Farmsum* 454, 455, 460, 516, 544, 548, 554, 559, 564/67, 570, 581, 582, 591, 596, 607/10, 620/23, 628/29, 638, 642, 678, 689 — De SITTER 8, 68, 76, 79, 137, 182, 255, 305 — MS Ten BROEK — v. d. AA XII 53 — v. APELDOORN II 397, 382, 383, — RICHTHOFEN II 826, 826, 854, 855, 913, 915 — AAU XI: 381, XV: 112/16, 269/70, XLVII: 214, 239, 242, XLVIII: 61, 67, 69, 179/80, 192, LIV: 156 LIX (1933) 298/307 — BLOK, *Verslag aangaande een onderzoek in Duitschland naar archivalia belangrijk voor de geschiedenis van Nederland*, s'Gravenhage 1888, p. 58, 197 (Dipl. 22. XI. 1567) — C. J. BOTTEMANNE *De Abdij Bloemhof te W. in de 13e eeuw*, in: „*De Katholiek*", 1883 p. 201 — GELHORN, *Die Chronik Emos und Menkos von Floridus Hortus*, Diss., Danzig o. J. — A PATHUIS, *Beredeneerde Lijst van Torenklokken in de Provincie Groningen*, Gron. 1945, p. 83 — J. REITSMA, *De laatste dagen van de heerschappij der R. K. Kerk*, in: „*Gedenkboek van de Reductie van Groningen*", Gron. 1894, p. 145, 151, 155 — J. G. RIJKENS, in: *Almanak van Goeden Smaak*, Gron. 1832 — G. v. d. ELSEN, *De Abdij Bloemhof te W. — De Kroniekschrijver Emo als zedenmeester*, in: „*De Katholiek*" 1889 — K. VOS, *Het Kloosterleven in Wittewierum in de 13e eeuw*, in *Maandbl. Groningen* VI (1923) pp. 162/98 — A. WYBRANDS, *De Abdij Bloemhof te W. in de 13e eeuw*, Amsterdam 1883 —.

Series abbatum

1. Emo de Huizinge	1209-38	(1—5 sec. Chron. Emonis)
1211 provisor, 1217 praepositus 1225 abbas		
2. Paulus	1239-42	
3. Menko	1242-76	
4. Oudgerus (Otto)	1276-85	
5. Folker	1285/95	
Onecho		Necr. Parcense 26. VIII
Hayco	1317	OBGronDr 254
Ludolf van Florecampe	1344	Leenkamer InvNr. 30, E. L. 32, Fol. 81 v.
Oxyluphus	1348	MS Ten BROEK
Thomas	1373/74	PATHUIS, OBGronDr 625
S....	1396	MS REITSMA II 29
Aylko	1406	RICHTHOFEN, Rechtsqu. 310
Aywardus	1422, † 1430 vel ante	REIMERS 88, MS Stadrechten 631

Joannes Gerardi O.S.A.	1430—	MS REITSMA l. c.
Dodo	1436	MS Ten BROEK
Petrus	1438/44	RUTGERS Farmsum 559, FEITH CIAZD 58, MS REITSMA XVII 8
Meyner	1445	MS Ten BROEK
Thymannus (Tije)	1447-69	CIAZD 64, 55, FRIEDLAENDER 577, 733
Folkerd	post 1469	MS REITSMA II 29
Joannes a Kempis	1479/92	Ommel. Arch. R 115, CIAZD 167
(Ignotus)	electus 1501	(Urk. Langen Nr. 89., StA Aurich)
Gheno	1512	RUTGERS Farmsum S. 609
Jacobus de Clivis antea praep. in Aland et abbas in Merna	1520-26	REITSMA l. c.
Geert Zwollis	1527/50	ibid., Farmsum 620, CIAZD 72, 75, 217
Cornelis Hermanni	1558/91	CIAZD 77/82, Arch. Ommel. R 245

GRIEND

In hac insula, Frisiae littori adiacenti, et cuius maior pars iam dudum diluviis periit, abbatia Horti B. M. V. habuit curiam et scholam; quod existentiam parvae communitatis canonicorum, ergo domus vere formatae supponit. Extitit ab initio saeculi XIII usque ad annum 1240.

WYBRANDS *Gesta Abb.* 172, 182 — WUMKES 12 — G. A. BROUWER et alii, *Griend* (s' Gravenhage 1950) pp. 42/46.

MARKEN B. M. V.

Insula prope Amsterdam, vico Monnikendam opposita, etiam Markerland, Merkahowe, Merkeraland nuncupata. Sibrandus abbas Horti B. M. V. (1230/38) mediam partem insulae dono recepit, alteramque emit. Erexit ibi curiam (Markerhoofd, Marienhof), „in hoc pietatis studio fervens, imposito, qui ibi agros colerent, pascua pecoribus plene curarent, conversorum sodalitio aediculam sacram, Mariae Curiam dictam, erexit, ex fratribus canonicis, qui a sacris esset, praefecit"[234]). Anno 1345, Wilhelmus IV Comes Hollandiae in odium Frisonum hanc proprietatem invasit, et religiosos expulit[235]), uxor autem eius anno post bona venumdedit. Wilhelmus abbas circa annum 1472 in vanum conatus est ea recuperare. Ecclesia in Marken anno 1843 solo est aequata.

Litteratura vide Mariengaarde. Vitetur confusio cum Bakkeveen, quod etiam Curiae Stae. Mariae erat vocatum. — Specialia: H. v. R. IV 229 — GAN I 335 — *Chartbk.* I 202, 203 — *Mon. Bat.* II 126 — v. d. AA VII 689 — W. v. THABOR III 169, 179. 189 — WUMKES XXV, XXXV, 9, 23, 24, 91 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 154, 200 — BBH 1904: pp. 125/37, 1906: pp. 339 sq 1907: pp. 70/82 — R. C. v. BAKHUIZEN v. d. BRINK, *Markerhooft*, in: *„De Vrije Fries"* pp. 101/43 — v. SLEE in NAKG, N. S. XX (1927) p. 27.

TER APEL

Lux Mundi, Domus Lucis, Apel in Westerwolde

in meridie provinciae Groninganae, non longe a limitibus Germaniae. Dioec. Osnabrück.

---

234) WUMKES 9. Tamen v. BAKHUIZEN in excellenti suo articulo p. 104 ipse dubitat, utrum ibi fuerit vere monasterium, annon.

235) Sibrandus Leo in enarratione crudelitatum religiosis hac occasione illatarum, videtur exaggerare (WUMKES 22).

De fundatione, et de historia huius domus ante saeculum XV nihil authentice constat. Medio saeculo XV erat proprietas, et quidem curia asceterii Schildwoldensis, „quae illi a generationibus nullum emolumentum praestiterat". Anno 1458 Schildwolde venumdat hanc curiam sacerdoti cuidam, ad erigendam ibi canoniam Ordinis Crucigerorum. In instrumento venditionis verbum fit de „haereditate nostra devastata", et de „capella cum dormitorio adnexo, nunc combusto". Canonici Stae. Crucis deinceps hoc monasterium nuncupant: „Domus Novae Lucis".

Quae omnia innuunt existentiam monasterii cuiusdam anterioris, potius quam curiae. Apud diversos auctores, hac de re viget confusio maxima. Hucusque enim, a Sibrando Leone usque ad nostra tempora, Ter Apel erronee est identificata cum „Monte Stae. Mariae in Happelsa" in indicibus Ordinis occurrenti. Confer quod hac de re diximus supra apud Hopels. Hugo, et post eum alii quam plures, confundit „Domum Lucis" cum Appelscha (I 173) et cum Scharmer (II 819), dicens, eam fuisse fundatam anno 1243 ab abbatia Lidlumensi[236]). V. d. Elsen dicit[237]) Domum Lucis esse fundatam in loco ignoto, anno 1287 vero translatam in Ter Apel, et anno 1399 vendita Crucigeris. Quae omnia probatione carent.

Fieri potest, Ter Apel saeculo XIII fuisse monasterium Ordinis nostri, et hoc forte in aliqua connexione cum Scharmer, ecclesia parochiali, anno 1231 a Florido Horto acquisita[238]). Sed nihil scimus certi, et ne ad coniecturas quidem faciendas, materia et fontes videntur sufficere.

Crucigeri possederunt „Domum Novae Lucis" ad annum usque 1604 quo est suppressa. Ecclesia, et aedificia fere integra, ab illis erecta, subsistunt.

Archivalia: FEITH Reg. Gron. 1458 no. 20. Reliqua tangunt Crucigeros tantum.

Litteratura: BÖRSTING SCHRÖER I 438 — *Mon. Bat.* II 21, III 115 — v. EIJCK I 140 — FEITH, *Het Klooster Ter Apel*, in: *Groningsche Volksalm.* 1842 — HERMANS, *Ord. Stae. Crucis Annales* I 127, II 474 —.

---

236) HUGO habet in praefatione I. vol.: Appelske filius Lidlumi fund. 1243. Vide supra notam apud Hopels.

237) Vita Freth. p. 111 — Ter Apel in aliquo connexu esse cum Balna Insula, de qua vide supra, vix est credibile. Quoad dioecesim, haec thesis concordat quidem. Sed nomina nimis discrepant, et Ter Apel nimis distans est a mare, ut umquam potuerit fuisse insula. Nisi forte „locus ignotus", ubi secundum v. d. ELSEN l. c. Ter Apel est fundatum, quaerendus esset in Balna Insula.

238) vide infra sub praetermissis .

TRIMUNT

Trymont, De Tribus Montibus, Driebergen

in Fredewolde, juxta Marum, in prov. Groningana. Dioc. Münster.

Asceterium fundatum, ut asserit Hugo, anno 1231 a Rothuardo abbate Doccumensi, primae moniales venerunt e Kusemer[239]). Authentice constat tantum, hoc monasterium ineunte saeculo XIV fuisse O. S. B., et inter annos 1315 et 29, transiisse ad Ordinem Cisterciensem sub tutela abbatis de Aduard, cui ordini mansit fidelis usque ad interitum saeculo XVI.

Cum fundatio pro Ordine nostro a nullo fonte locali confirmetur (de origine asceterii ceteroquin nihil omnino constat), et in hac re nitamur uno Hugone, de hac circaria saepius errante, manet satis incerta. Tamen nequaquam ex toto est rejicienda haec opinio. Ut iam in praefatione diximus, Hugo habuit materiam ex archivis Steinfeldensibus, nunc amissis, circa filias huius abbatiae in Frisia sitas. Insuper probat experientia, moniales dyscolas et relaxatas plus semel patrem abbatem, immo et Ordinem mutavisse[240]), nec ullo modo est impossibile, aliquod asceterium hoc fecisse iteratis vicibus.

Si vere fuerit Ordinis nostri, probabiliter ante annum 1287 ad ordinem Sti. Benedicti transiit, secus namque in aliquo catalogo inveniretur. Atqui in omnibus desideratur, etiam in indiculo asceteriorum Frisiae circa annum 1235 existentium, in Cat. Ninivensi II.

Litteratura: HUGO II 983, (I 380) — GAN II 23 (secundum quosdam O. Praem.) — H. v. R. 237 (O. S. B.) 468 (O. Praem.) — *Mon. Bat.* II 127, III 80 — MATTHAEUS *Anal.* III 481 — *Tegenw.* St. 377 et v. d. AA XI 315 (O. Cist) — BRUGMANS *Kronijk van Aduard*, in: BMHG XXXII (1902) 55.

VROUWTENBERGHE B. M. V. et Stus. Stephanus

Mons Stae. Mariae, Ws Lieffrouwe to Birch

SE Dokkum, Dioc. Utrecht, Frisia.

Videtur constare, hoc fuisse praecipuum sanctuarium Marianum. Forte ibi fuit ad tempus asceterium Ordinis nostri. Hunc montem alio nomine fuisse appellatum „Mons Sion", nullum invenitur probamen. Omnes enim

[239]) Quae dicit HUGO de jure monialium, ex concessione principum cudendi triplicem monetam, probabiliter est fabula vel confusio. — Invocat Hugo insuper MATTHAEUM *Anal.* III 418, sed in MS originali, ex quo index Matthaei est desumptus (Ind. 1326, ed. GERBENZON) clare legitur: „Trymont, moniales Ord. Cisterciensis".

[240]) Quod forte etiam accidit in Scona Mora, et postea in Koldinne.

citationes „Sion", vel „Montis iSon" videntur referri ad solum asceterium huius nominis prope Nijawier, de quo vide infra sub praetermissis. Distinctio quam faciunt auctores inter „Sion" et „Montem Sion", secundum fontes, omni caret fundamento. Nullibi enim invenitur identificatio „Montis Sion" cum sanctuario illo Mariano, nec contrapositio „Sion in Valle" — „Sion in Monte". „Vallis Sion" est contradictio; non secus enim ac Thabor et Sinai, vox „Sion" necesse implicat ideam montis, nec potest ab ea separari. Innumera coenobia huius nominis, medio aevo ubique terrarum existentia, semper promiscue occurrunt in diplomatibus cum tamquam „Sion", tum tamquam „Mons Sion". Ergo putamus, „sorores in Monte", anno 1511 occurrentes[241]), nil aliud esse nisi Cistercienses in Sion. Etiam Syon, de quo legimus in Gestis Abbatum circa annum 1240[242]), videtur referri ad illum parthenonem.

Omni ergo confusione cum „Monte Sion" seclusa, de „Monte Sanctae Mariae" parum manet dicendum. Licet supponere, Montem hunc occurrentem in Indice 1326 tamquam asceterium Ordinis nostri, designare hoc sanctuarium marianum[243]). Cum vero index iste in indicatione Ordinis saepius aperte erret, ex hoc solo fonte nondum videtur esse certum, asceterium revera pertinuisse ad Ordinem. Saeculis XV et XVI, saepius testamentis sanctuarium augetur donis[244]), sed de sacerdotibus, qui ibi functi sunt sacris, ne verbum quidem invenimus. Ex nullo argumento licet concludi, in hoc Monte fuisse curiam aut abbatiae Doccumensis aut asceterii Montis Sion. Hugo contendit monasterium „Wiroutenberghe" fuisse praeposituram canonicorum dependentem ab abbatia Doccumensi. Quod verum esse potest, sed authentice nihil constat. Vix ibi fuit vera domus formata. P. Bruna l. c. recenter exponit hypothesim sequentem, quae nobis videtur alliciens:

Probabiliter hic est locus martyrii Sti. Bonifacii. Plura sunt enim indicia, quae probant, hunc locum fuisse sanctuarium antiquissimum totius regionis[245]). Monasterium O. S. B. ibi paulo post erectum, videtur saeculo XII iam diu desiisse, vel forte per communitatem quandam clericorum fuisse substitutum; quod inter annos 1170 et 1200 a Tacone renovatum, et postea Ordini Praemonstratensi formaliter est aggregatum.

---

241) *Reg. v. Aanbr.* I 184

242) p. 223

243) „Mons Ste. Marie, albe" (scil. moniales. Sic explicite designantur in his catalogis moniales Ordinis nostri). In nullo alio indice hoc monasterium occurrit (HALLEMA 111).

244) SIPMA I 384, *Chartbk.* II 467

245) Collis (vulgo terp) ubi steterat, recenter a reiperitis inquisitus est diligenter, antequam solo est aequatus. Secundum illos, accumulatus fuerat saeculo VIII vel IX *(Versl. Fr. Gen.* 1936, 46).

Licet supponere, hoc monasterium Taconis fuisse duplex. Visitatores Ordinis, hoc aegre ferentes, ut in Merna anno 1204, probabiliter et in hoc coenobio separationem sexuum impetraverunt. Canonici videntur fuisse translati in civitatem vicinam Doccum, secum ferentes reliquias Sti. Bonifacii et sociorum eius, relictis sororibus in Monte; pars autem conventus, de his innovationibus incontentus, videtur secessisse in Frisiam Orientalem[246]).

Asceterium erat in Monte adhuc anno 1326. Propter consuetudinem saecularem populi, in hunc locum peregrinandi, postea peregrinatio mariana est instituta. Anno 1322, conceditur indulgentia „Novae capellae in montibus Stae. Mariae ecclesiae Sti. Stephani prope Dockum"[247]). Moniales dein esse exstinctas, vel ad alium ordinem transiisse, ut putat P. Bruna, videtur nobis minus probabile, censemus eas potius fuisse translatas, ne tumultu populi affluentis turbarentur. Locus autem, quo in decursu saeculi XIV videntur tetendisse, probabilius est Weerd, quod in indice 1326 desideratur, et cuius historia ante annum 1401 est plane ignota[248]). Weerd, sectio feminea abbatiae Doccumensis, optime potuit esse continuatio asceterii Montis Stae. Mariae.

Anno 1580 Mons Marianus funditus est eversus.

Archivalia: nulla subsistunt. Parva delineatio in mappa Frisiae Jacobi v. Deventer ca. 1550 (Mus. Leeuwarden).

Fontes et Litteratura: HUGO II 1175 — WAEFELGHEM 327 — BRUNA 9 — *Chartbk.* II 18, 467 — COLMJON 227 — HALLEMA 111 —

---

246) Vide supra in praefatione et apud Barthe.

247) Quod COLMJON in suo regesto minus recte sic vertit: „de nieuwe kapel van den hl. Stephanus in de kerk van het klooster Sion of Onze Lieve Vrouw ten Berge". Iam apparet, eum textui originali ex propria coniectura adiunxisse voces „klooster" et „Sion". Praeterea, textus videtur esse intelligendus in sensu contrario: „nova capella Stae. Mariae in ecclesia antiquitus dedicata Sto. Stephano". Quod patrocinium Sti. Stephani confirmat etiam hypothesim P. Bruna. Constructores enim sanctuarii, saeculo VIII, vix Bonifacium recenter trucidatum potuerunt eligere in patronum eius, sed apte Stum. Stephanum protomartyrem.

248) Quod vero non concordat cum factis, si revera haec domus idem est ac Templum Domini, anno 1240 iam existens, quod habemus tamen pro improbabile (vide supra apud Weerd).

HEERINGA I 77, II 974 — *Mon. Bat.* III 28 — OCKA SCHARL. 423 — *Oudh. Gest.* I 418 — *Reg. v. Aanbr.* I 183 — REITSMA II, V, XX 11 — SCHOTANUS *Beschr.* 250 — SIPMA 384 — *Tegenw. St.* II 271 — v. EIJCK I 144 n, II 16 — H. v. R. *Friesl.* V 105 — W. v. THABOR V 201 — J. BOTKE, *De Grietenij Dantumadiel* (1932) p. 189 — A. HALLEMA, *It Kleaster Sion,* in *„Swanneblommen"* 1921 — T. E. TEUNISSEN, *Kleaster Us Ljeave Frouwe to Bergh"* in: *Leeuwarder Courant* 16. 6. 1939 — IDEM, *Ald Dantumadeel. De Dokkumer Walden yn eardere en lettere tiid* (Kollum 1938) pp. 120/22 — *Bericht betreffende Bodemvondsten uit den terp Berg Sion bij Dokkum, Versl. Fr. Gen.* 1936, p. 46 — AAU 1906 p. 193 — *Fries. Volksalm.* 1853, 1861.

Apud omnes auctores supra dictos habetur confusio cum Sion.

WESTEREMDEN

prope Groningen versus aquilonem. Ibi abbatia Floridi Horti saeculo XIII habuit parochiam, scholam et curiam. Quae cumulatio supponit praesentiam plurium sacerdotum, qui cum turma conversorum, et cum alumnis tunc saltem partim regulariter viventibus, probabilius constituerunt domum vere formatam.

Vide supra apud Wittewierum.

PRAETERMISSA

Nota. HUGO in praefatione voluminis sui primi enumerat 54 monasteria Circariae Frisiae, quorum magna pars revera spectat ad Circariam Brabantiae. Ibi quaeras ergo, quod hic non invenis. Duplicationes eius hic praetermittimus: Indemaren-Marne, Werethe-Barthe, Langermonka-St. Jacobus in Langen, Sta. Catharina in Astro-Heiligerlee.

ANJUM

Monasterium canonissarum O. S. A. in Frisia, quas MATTHAEUS *Anal.* III 551 falso nuncupat Praemonstratenses. — Cf. *Mon. Bat.* II 21.

APPELSCHA

Appels, sive Appelsga. Pagus in Frisia. Similitudo nominis induxit quosdam auctores neerlandicos, ad ibi quaerendum asceterium „Stae. Mariae in Happelsa". Quod esse falsum, probavimus supra apud Hopels et Ter

Apel. In Appelscha, vel in Elsloo vicino, numquam fuit monasterium ullum.

APPINGEDAM

Monasterium ignoti ordinis in prov. Groningana, prima vice memoratum anno 1342, sed, ut fertur, iam antea fundatum ab Emone abbate de Bloemkamp. Ab anno 1394, secutum est regulam Eremitarum Ord. Sti. Augustini. BÜRSTING SCHRÜER I 425 autumat, antea ibi fuisse Praemonstratenses. Probabiliter identificat Emonem supradictum cum celebri abbate Floridi Horti, quod vix probari potest.

CLAERWATER

in Hattem, Gld. — Praepositura, O. Praem, secundum De la TORRE, AAU XI 199. Recte O. S. B., cf. *Mon. Bat.* III 60.

MARIENHAFE

in Frisia Orientali. HARKENROHT *Oorspr.* p. 578 dicit „hanc ecclesiam, cum monasterio, pro Canonicis O. Praem. fuisse constructam tempore Caroli Magni, a familia Tserclaes, in honorem Sti. Norberti". Originem habet hoc absurde dictum in dedicatione panegyrica, ad comitem Tilly-Tserclaes directa, operis DE LA SENE, *Le Tombeau des Délices du Monde,* Bruxellis 1632.

SCHARMER

Skhiramer, Skiramere. Ecclesia parochialis in prov. Groningana, data anno 1231 abbatiae Floridi Horti, quae videtur eam iterum amisisse saeculo XIV vel XV. Anno 1487 enim, cum vertitur in canoniam Crucigerorum, est in manibus cleri saecularis. HUGO, et post eum varii auctores recentiores, contendit hoc fuisse monasterium Ordinis nostri, quod venditum est Crucigeris anno 1413. Est possibile, in Scharmer inter annos 1231 et 1487, ad breve tempus fuisse domum Ordinis nostri, sed haec omnia carent probatione. Certe non est idem ac Scona Mora, et annus transitus ad Crucigeros (1413, secundum alios, 1399) certe est erroneus. Confer quod supra diximus apud Ter Apel.

HUGO II 819 — GAN II 52 — *Mon. Bat.* II 168

SERNA

Secundum HUGO II 803: „abbatia Circ. Frisiae in Dioc. Monasteriensi, in Frisia Orientali". Quae additamenta habet ex phantasia Lairuelii, ex catalogis clare patet „Serna" esse corruptelam pro „Berna", de qua vide apud Circ. Brabantiae.

SION

vel Mons Sion, Vallis Stae. Mariae? Asceterium O. Cist in parochia Nijewier in Frisia, non longe a Dokkum. Constanter confunditur cum Monte Stae. Mariae prope Dokkum, ubi forte erat asceterium Ordinis nostri. HUGO hanc domum Sion, quae et occurrit in Gestis abbatum, falso adscribit Ordini nostro. Confer quod diximus supra apud Vrouwtenberghe. — HUGO II 1031 (Vallis Stae. Mariae, confundit cum Bakkeveen) WAEFELGHEM 308 confusa profert — *Mon. Bat* III 85 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 223.

SMALSIFT

Anno 1498 conceduntur indulgentiae stationum „praeposito, priorissae et monialibus" monasteriorum Buwenklooster, Veenklooster et Smalsift, Ord. Praemonstratensis, in Frisia, Dioec. Traject. REIMERS FPU pp. 60/61 publicat tres bullas, pro unoquoque monasterio distinctas. Quid sit Smalsift, nescimus. Certe est corruptela pro alia domo, sed manent tantum Bajum, Bethlehem et Weerd, qui tamen non habuerunt praepositos. Insuper nomina eorum nimis discrepant. Forte designatio dioeceseos vel Ordinis est erronea (Smallenee OSB?).

WESTERWIRD

Secundum Mon. Bat. II 206 hoc erat asceterium et prioratus dependens a Lidlum, in mari submersum anno 1237. Secundum BRUNA 10, qui invocat MS BRANDSMA, haec domus extitit inter annos 1326 et 1508. In fontibus Ordinis, et contemporaneis ne verbum quidem occurrit de monasterio huiusmodi. Prima vice memoratur apud Ocka Scharl.[249]), qui enarrat, anno 1287 in diluvio, in Westwerd inter Jorwert et Beers, periisse 30 „beginas". Quia juxta hunc locum sitae sunt duae curiae abbatiae Lidlumensis[250]), probabiliter auctores recentiores concluserunt, has „beginas" fuisse sorores Ordinis nostri. Litteratura allata apud Mon. Bat. nihil probat. Deficiente ergo omni probatione, hoc „asceterium" jure merito praetermittimus.

---

[249]) ad an. 1287, fol. *33* v. Citant post eum EMMIUS XII 179, WINSEMIUS *175, et OUTHOF Watervloeden* 207. OCKA SCHARL. est chronista exigui valoris, nec MS BRANDSMA, in quo nititur BRUNA pro hac re, quoad omnia est criticum et fidele.

[250]) Inter Beers et Jellum in pago Wonseradeel, in prov. Frisiae. Vide mappam curiarum Lidlumensium apud v. d. WIELEN

CIRCARIA BRABANTIAE

In Belgio, Ordo noster a cunabulis suis fuit florentissimus, usque in hodiernum diem. Fuerunt ibi usque ad annum 1782 circariae tres: Brabantiae scilicet, Flandriae et Floreffiae, quas singulas separatim tractamus. Omnes tamen Belgii limites longe excedunt, et magna pars earum spectabat ad Neerlandiam et ad Galliam vicinam. Cum vero canoniae Belgii circa multa eandem habuerint sortem, eandemque evolutionem historicam, oportet earum praecipuae, Brabanticae nempe, praemittere brevem conspectum historiae regni illius.

Ante saeculum XVII, Belgium in sensu moderno, ut ita dicam, non extitit. Formavit enim cum hodierna Neerlandia unum corpus, quod vocabatur „de Nederlanden, les Pays Bas", latine autem „Belgium"[1]), et quod pertinuit fere ex integro ad Sacrum Romanum Imperium. Divisa erat haec regio in varios ducatus et comitatus, ut Hollandia, Gelria, Brabantia, Namurcum, Loon, Luxemburg et Hannonia. Pars meridionalis paulatim est unita, et saeculo XV sub regno ducum Burgundiae culmen splendoris est adepta. Episcopatus Leodiensis semper fuit principatus Sacri Romani Imperii. Flandria trans Scaldim, primitus sub ditione gallica, medio aevo paulatim fit sui juris et unitur Belgio. Pars eius meridionalis (Artesia), saeculis XVI/XVII definitive regno Galliae aggregatur. Anno 1556, Belgium traditur coronae Hispaniae, una cum Neerlandia, quae unio fuit nefasta nimis. Septentrione post diuturna ac cruenta bella a regno et a fide segregato (an. 1579), Belgium solum manet catholicum et hispanicum[2]). Anno 1714, dominium eius transit ad Austriacos, quibus succedunt Galli, annis 1795—1815, dein Neerlandici, donec anno 1830 constituatur regnum independens. Belgium est bilingue: in aquilone eius, communiter „Flandria" nuncupato[3]) viget lingua neerlandica, in austro (Wallonia) autem gallica.

---

[1]) Ad evitandas tamen confusiones, voces „Belgium" et „Neerlandia" adhibemus in sensu moderno.

[2]) Neerlandia post separationem appellabatur „Provinciae Foederatae", et gubernium eius „Status Generales".

[3]) Flandria in sensu stricto hodie designat duas provincias Belgii (Fl. Occidentalis et Fl. Orientalis).

Divisio ecclesiastica ante saeculum XVI erat plane deficiens. Intra fines hodierni Belgii duae tantum dioeceses exsistebant: Tornacensis scilicet et Leodiensis, quibus accedebat in Neerlandia sola Ultrajectensis. Magna pars Belgii et Neerlandiae spectabat ad episcopatus in Gallia et in Germania sitos: nempe ad Monasteriensem, Osnabrugensem[4]), Trevirensem, Coloniensem, Taruanensem[5]), praesertim vero ad Cameracensem, cui obediit tota fere Brabantia, immo et pars Zelandiae. Filius Caroli V, Philippus Rex, impetravit a Summo Pontifice anno 1559 creationem quatuordecim novarum dioecesium. scilicet Groningen, Leeuwarden, Deventer, Haarlem, Middelburg, 's Hertogenbosch, Roermond, Antwerpen, Mechelen, Gent, Brugge, Ieper, Namur. Dioeceses in Neerlandia sitae mox interierunt, et partim tantum, anno 1853, sunt restauratae: Haarlem, Utrecht, s' Hertogenbosch et Roermond, quibus accedit Breda. Ex sedibus Belgicis, concordato gallico anni 1802 Antwerpiensis et Yprensis sunt suppressae.

Ex quo conspectu patet, historiam Belgii fuisse satis turbulentam. Utpote situm inter tres magnas nationes, Germanos etenim, Gallos et Anglos, omni saeculo fuit bellis inquietatum et devastatum. Tanto magis est stupendum, monasteria semper ibi floruisse, ut vix alibi. Mens populi eius est recta, ordinata, laboriosa et firmiter christiana, ideo numquam lethaliter ibi elanguit status religiosus, immo plus semel e Belgio processit reformatio et renovatio illius in alias nationes.

Circaria Brabantiae, quae erat praecipua omnium in Belgio et Neerlandia sitarum, se extendit ad Belgium linguae neerlandicae, dempto extremo occidente, et ad Neerlandiam, demptis pariter provinciis Frisia et Groninga[6]). Ante annum 1559, comprehendebat partes dioecesium Cameracensis, Leodiensis, Ultrajectensis et Coloniensis, postea autem Mechliniensis, Antwerpiensis, Buscoducensis, Ruraemundanae et Leodiensis[7]). Extensio circariae in decursu saeculorum aliquo modo est mutata. Heinsbergense asceterium, saeculo XIII, a Brabantica transiit ad Westfalicam. Canoniae Marienweerd, Berne et Zennewijnen, eodem

---

[4]) Vide de his dioecesibus, sicut de Leovardiensi et de Groningana, supra apud circariam Frisiae, ad quam solam spectant.

[5]) Gallice Thérouanne. Saeculo XVI divisa est in dioeceses Sti. Audomari et Yprensem.

[6]) De errore annalistae Hugo, totam Neerlandiam fere attribuentis circariae Frisiae, vide supra p. 156.

[7]) Dioeceses Neerlandiae hic praetermittimus, quia vix natae, una cum monasteriis interierunt.

saeculo, ad tempus nomen dedisse videntur Frisiae, ut supra apud hanc circariam fuse exposuimus. Anno 1672, Heylissem; anno 1738, Postel a Floreffia, anno 1718 Tusschenbeek a circaria Flandriae transierunt ad Brabanticam. Decem abbatiae, quas habuit nostra circaria, omnes erant spectabiles. Middelburg, St. Michael et Tongerloo erant ex maximis et celeberrimis abbatiis totius Ordinis, quae magnas semper partes egerunt in eo. Interdum immo Capitula generalia celebrata sunt in Belgio, ita annis 1397, 1398, 1437 et 1438 Lovanii, anno 1414 Averbodii, annis 1422 et 1442 in St. Feuillien, et Mechliniae anno 1460[8]).

Systema commendarum post medium saeculum XV coepit pessumdare vitam religiosam. Propagatum est per Nuntium Apostolicum, qui ipse sibi procuravit abbatiam Tongerloensem, praeter quam et abbatiae Sti. Michaelis et Grimbergensis a Curia Romana datae erant in commendam[9]). Theodoricus van Tuldel, abbas Parcensis, strenue pugnavit contra hunc abusum, nomine totius circariae. Romam pergens, inter annos 1462 et 75 abolitionem commendarum impetravit. Commendatarii autem frustrati machinati sunt, ita ut abbas v. Tuldel et conventus Sti. Michaelis anathemate sint plexi; tandem anno 1485 abbas restitutus, et propagatio commendae aversa est. Carolus V. obtinuit a Summo Pontifice bullam, vi cuius ius nominandi abbates ei est concessum. Tamen hoc iure, recalcitrantibus omnibus Ordinibus, non est usus instar regis Franciae, sed placetum regium apud omnes electiones sibi reservavit. Quod placetum[10]) in posterum saepe est recusatum. Cum vero anno 1535 Praemonstratum ipsum factum esset sub commenda, magnam in perniciem Ordinis, Belgicae canoniae recusaverunt oboedientiam, et aspirabant ad separationem[11]). Anno 1552, Carolus V. adeptus est Breve Apostolicum, quo Ordines in Belgio et in Neerlandia facti sunt independentes a superioribus suis extraneis, et potuerunt formare congregationes nationales. Creata est igitur anno 1572 „Congregatio Belgica" Ordinis nostri, complectens integras circarias Brabantiae et Flandriae, Floreffiae in quantum erat extra Galliam, immo et circariam Frisiae, tunc in agonia versantem, et

---

[8]) *Form. Pr.* XIII 260, XV 187, 191.

[9]) Vide A. ERENS, *Thierry van Tuldel (Anal. Praem.* I, 1925; 321/57).

[10]) Quae placeta, sicut et omnia acta hanc rem tangentia, inveniuntur in AGR Papiers d'État et de l'audience (Enquetes ecclésiastiques), Chancellerie de Brabant, Conseil d'État, Conseil Privé (Vide *Anal. Praem.* I 187/91, II 192, 404).

[11]) Iam anno 1508, quo habebant proprium procuratorem apud Curiam Romanam, abbates Belgii machinabantur separationem (Act. Cap. Gen. Laon p. 97, vide etiam supra apud Circ. Angliae p. 21).

canoniam Dommartin, de jure spectantem ad Pontivum. Abbas Floreffiensis factus est praeses congregationis, quae primum et unicum suum capitulum tenuit anno 1572 in Parcho. Secunda pars saeculi XVI tantopere repleta fuit contentionibus et bellis inter Hispanos et Calvinistas rebelles (Gueux, Geuzen), ut monasteria eo usque prospera, misere sint dilapsa. Omnia fere sunt devastata, exspoliata, partim plane deleta; iconoclastae omnes imagines et sculpturas destruxerunt. Communitates per annos exules vixerunt in refugiis urbanis. Plures abbates et religiosi, nationalismo indulgentes, partes Calvinistarum sunt secuti, et postremo ab Hispanis graviter sunt puniti[12]). Facile est intellectu, in hisce conditionibus congregationem neoerectam non potuisse florere, ideoque strenuum abbatem Generalem, J. Despruets, post annum 1572 discrete rebelles ad unitatem Ordinis potuisse reducere. Erectio novarum dioecesium attulit Ordini detrimenta, quia abbatiae divites sunt assignatae illis in dotationem. Quare circaria nostra amisit abbatias suas maximas: Middelburg enim et Tongerloo. Prima paulo post ab haereticis est consumpta, secunda post tria decennia incorporationem infaustam potuit avertere. Exeunte saeculo XVI, haeretici in Neerlandia definitive praevaluerunt, et monasteria sunt ibi exstincta, praeter abbatiam Bernensem et asceterium Oosterhout, quae inter aerumnas maximas per tria fere saecula vitam continuarunt[13]). In austro autem, cui adjudicatum fuit tunc et Limburgum neerlandicum, res catholica evasit victrix, et ideo a saeculo XVII monasteria Belgii, et praesertim nostra circaria Brabantiae, inauditam noverunt prosperitatem. Duae tantum circariae in Ordine tunc ei potuerunt aequiparari quoad fervorem: Bohemia et Suevia. Maximam partem contulit Brabantia in reformationem et renovationem Ordinis hoc saeculo; nova Statuta et Liber Ordinarius in sinu eius sunt redacta, fundatum est ab ea Collegium Ordinis Romae cum residentia Procuratoris, emissi sunt canonici eius ad reformandas et relevandas circarias in Germania[14]).

---

[12]) cf. E. VALVEKENS, *De St. Michielsabdij te Antwerpen vanaf 1564 tot 1596*, art. citatum infra.

[13]) Berne, licet sedem suam habuerit de facto in Vilvoorden annis 1657—1797, semper est considerata ut „corpus hollandicum".

[14]) Aliqui canonici missi sunt in Steingaden et in Neustift, alii anno 1629 de rogatu Casparis de Questenberg, abbatis Strahoviensis, in Saxoniam ad ressuscitandam ibi circariam Ordinis (vide Chronicon Masii, AAPa, ad an. 1629). Joh. van den Bossche, canonicus Parcensis, una cum coetu canonicorum inde profectus est in Lorsch tamquam praepositus anno 1631 (vide vol. I 108), P. Laurentius de Coquiel, canonicus Sti. Michaelis, factus est praepositus in Schäftersheim (BGHB I 463).

Tamen affectio ad archicoenobium mox denuo refriguit. Iterum in commendam redactum Praemonstratum, traditum est Cardinali Richelieu, cuius auctoritatem Brabantici numquam recognoverunt. Successor eius Gosset, anno 1656, duritia sua imprudenti animos abbatum Belgii definitive a se alienavit[15]); quae scissio est aucta per bella fere continua inter Galliam et dominatores Belgii. Inter annos 1657 et 1781, circaria Brabantiae unum tantum celebravit capitulum provinciale. Tamen optime floruit et per integrum saeculum XVIII. Cum vero Josephus II, anno 1781, denuo erexit Congregationem Belgicam Ordinis — submissa solis ordinariis, suppressa exemptione —, nullus ex abbatibus protestatus est[16]). Et hac vice abbas Floreffiensis electus est praeses. Idem Josephus Imperator, anno 1783, omnia asceteria suppressit praeter duo; anno 1789, etiam abbatia Parcensis est dissoluta. Anno sequenti, in revolutione Brabantica, in qua Praemonstratenses magnam habuerunt partem, Parcum refloruit, sed Galli ab anno 1793 irruentes, et postremo Belgium occupantes, monasteria oppresserunt quam maxime, et annis 1796/97 ea suppresserunt cuncta. Sicut in Gallia ipsa, omnes aedes, saepe una cum ecclesiis, sunt venumdatae, et pluries statim solo aequatae. De restauratione Ordinis saeculo XIX, vide infra.

Quoad moniales, circaria Brabantiae, saeculis XII et XIII, ad amussim decreta Capitulorum Generalium est secuta. Monasteria duplicia generatim paulo post annum 1140 sunt suppressa, et sorores in decursu saeculi alibi collocatae. Apud complures canonias tamen, de translatione sororum nihil authentice constat, ita apud Parchum, apud Bernam et apud Middelburg. Dilighem, anno 1140 fundata, numquam videtur habuisse sorores. Ab anno circiter 1200, abbates circariae de sororibus non amplius videntur curavisse. Mens eorum fuit exstinctio completa parthenonum, quibus novitias assumere inhibuerunt. Ita communitates paulatim sunt exstinctae, nisi forte ad alios ordines transierint[17]). Si nihilominus aliqui parthenones huic crisi saeculi XIII fuerunt superstites, hoc debetur conditionibus omnino peculiaribus. Catharinadal, Herenthals, Leliendaal, Koningsveld et Gempe fundati sunt a personis Ordini alienis, contra

---

[15]) Vide P. LEFEVRE, art. infra citatum Anal. Praem. IX 1933, 247/72.

[16]) Statuta istius Congregationis habentur in AAA

[17]) Quod videtur accidisse in Vrouwenpark, de quo vide infra apud Parcum, et forte etiam in Orienten. Asceterium illud Cisterciense, situm in parochia Rummen Averbodio incorporata, fertur esse ortum ante annum 1234, ex communitate quadam dicta „Sorores Dominorum Averbodiensium". (ESchBr XXXIV, 1951, 3) — Videntur abbatiae nostrae hoc saeculo interdum partem sororum suarum dimisisse, ad diminuendum paulatim numerum earum.

voluntatem illius. Abbates fere semper initio recusaverunt has communitates recognoscere, vel tutelam earum assumere, et ideo, saeculo XIII, fundatores adierunt Praemonstratum ipsum, quod reapse plura earum adoptavit in filias. Vallis Stae. Catharinae, Vallis Liliorum et Zennewijnen[18])in omnibus catalogis inseruntur ut „filiae Praemonstrati". Origo asceterii Zoetendaal tenebris est obvoluta, videtur fuisse compromissum inter abbates Middelburgensem et Sti. Michaelis, qui forte sororibus suis in unum locum coadunatis, continuationem communitatis tandem aliquando permiserunt. In Gempe et in Keizersbosch institerunt familiae fundatorum et benefactorum, ne asceteria exstinguerentur, utpote sibi ad filias suas collocandas, et in loca sepulturae utilia. Fundatio asceterii Koningsveld videtur fuisse casus satis intricatus pro patribus circariae, sed amitae regis vix aliquid potuit negari! Saeculo XIV, asceterium paenitentium Stae. Magdalenae Noviomagi, Ordinem nostrum sua sponte ac, ut videtur, illo inconsulto, est amplexum.

Ulterior evolutio parthenonum pariter fuit diversa. Aliqui, ut Vallis Stae. Catharinae et Sta. Magdalena Noviomagi, diu de Ordine non curaverunt, nec probabiliter vice versa. Non habuerunt praepositos nec de facto Patres Abbates ex illo. Saeculo XIII, in omnibus ceteris asceteriis invenimus praepositos tum ex una, tum ex alia abbatia circariae, qui probabiliter a monialibus libere erant electi. Paulatim vero invaluit mos praepositum eligendi ex una sola abbatia, quae postremo practice paternitatem exercuit. In Keizersbosch, Herenthals, et ab anno 1687 in Gempe, praepositi erant ad nutum Patrum Abbatum. Asceteria nobilia (Koningsveld, Zennewijnen, Keizersbosch ante an. 1618) vixerunt minus ordinate, ad morem domuum similis generis in circaria Westfaliae, quarum nonnullae (Houthem, Bedburg, Heinsberg) non longe distabant. Clausura, et votum paupertatis ibi vix observabantur. Leliendaal semper mansit, ut Heinsberg, vera praelatura sui juris, cuius praepositus libere eligebatur a monialibus. In Valle Stae. Catharinae, numquam suppressa, status primaevus asceteriorum Ordinis nuper est restauratus.

Omnes abbatiae circariae nostrae habuerunt saeculo XII, curias multas, a conversis excultas. Dum in circaria Frisiae hoc systema viguit usque in finem, Brabantia huic in decursu saeculorum XIII/XIV iam derogavit. Curiae dein locatae sunt laicis, etsi hinc inde adhuc per saecula excole-

---

[18]) Hoc asceterium ab abbate Insulae B. M. V. videtur fuisse destinatum ad exstinctionem. Subiectio sub Praemonstrato videtur fuisse in connexu cum transitu decem monialium ex Füssenich, qui Sinum Stae. Mariae languentem denuo vivificavit.

bantur a canoniis ipsis[19]); conversi autem, pauciores numero, restricti sunt ad famulatum in monasterio. Una tamen ex curiis, Postel, tanti erat momenti, ut excreverit in abbatiam, et aliae, partim in memoriam pristinae amplitudinis, in posterum retinuerunt titulum „prioratus", vel „Praepositurae", etsi ab uno canonico tantum essent habitatae[20]). In circaria nostra divisio mensarum, mature introducta, generatim saeculo XVI iam erat suppressa. Provisor exteriorum, antiquitus vocatus „praepositus", administrabat mensam abbatis, dum cellario erant commissa bona conventualia. Vix in alia circaria canoniae tot et tam ampla habuerunt refugia in civitatibus, non tantum vicinis, sed etiam longinquis, quam in nostra[21]); quod valet etiam de hospitalibus et xenodochiis. Casus singularis est Hospitale Delftense, ubi per saecula serviebant conversae Ordinis.

Quoad curam animarum, et parochias administrandas, nulla circaria in Ordine aequabat Brabanticae. In Belgio, Ordo administravit 172 ecclesias parochiales[22]). Campinia, regio extensa in aquilone Belgii, fere tota usque ad revolutionem gallicam, evangelizabatur a Praemonstratensibus. Saeculis XVII et XVIII, non tantum Berna semper subsistens, sed et canoniae in Belgio sitae, multis parochiis serviebant in Neerlandia meridionali — ubi tunc cultus catholicus erat suppressus — et ita multum contulerunt ad servandam fidem catholicam in illis regionibus. Etsi cura animarum in parochiis ruralibus semper fuerit praestantissimum opus canonicorum nostrae circariae, tamen scientiae et studia non fuerunt neglecta. Ex medio aevo perpauca quidem nomina scriptorum nobis sunt

---

19) Curia abbatiae Ninivensis in Wolputte-Meerbeek usque ad annum 1693, curia „De Greef" in Calmpthout, ad Tongerloam spectans, ad saeculum usque XVIII a canoniis per provisorem ibi residentem excolebantur.

20) Ex quo orta est hinc inde opinio erronea, has domus fuisse vera monasteria. Confer quod dicimus infra apud dubiis et praetermissis, praesertim apud Kessel.

21) Postel habuit v. g. refugium in longinquo oppido Emmerich in Germania.

22) Vide elenchum *Anal Praem.* VII (1931) 214/15, et ERENS, *Parochiezorg.* Averbode et Tongerloo, solae, exercuerunt curam 100 000 animarum! (ERENS o. c. 168). In Belgio, abbates praesentarunt canonicos suos episcopis, qui collationem parochiarum fecerunt. In dioecesi tamen Leodiensi, collatio parochiarum fuit penes archidiaconum, collatio vero capellarum filialium fuit ad discretionem abbatis. In Middelburg collatio fiebat potius ad normam Frisonum (v. supra apud Circ. Frisiae et infra apud illam abbatiam).

tradita, subsistunt tamen varia scripta eorum[24]). Inde a saeculo XVII, spiritus literarius increvit, et invenimus multos scriptores asceticos et historicos interdum spectabilis momenti, ut abbates J. Chr. v. d. Sterre (Sti. Michaelis), A. Wichmans (Tongerloensis), L. de Paepe (Parcensis), praepositum B. Mudzaerts (Leliendaal), canonicos C. de Hertoghe (Sti. Michaelis, † 1668) et A. Heylen (Tongerloo, † 1802). Scriptores saeculi XVII, maximo zelo ferventes pro Ordine, partes suas habuerunt in formanda „nova traditione Ordinis". Iam Medio Aevo, permulti canonici student in Universitatibus totius fere Europae, sed saeculo XVI circaria fundat proprium collegium Lovanii, et, saeculo sequenti ineunte, alterum Romae.

Maiora adhuc sunt merita Ordinis his in regionibus quoad culturam mere materialem. Ante saeculum XII, planities Flandriae, partim arenosae, partim palustres, fuerant steriles et fere incultae, et incolae ibi erant pauci. Abbatiae Ordinis nostri, quae ibi dominabantur, labore indefesso has terras verterunt in fertiles et habitatas. Quod est et quod habet Campinia, respectu culturae tam temporalis, quam spiritualis, pro maxima parte debet Norbertinis[25]).

Archiva quoad maiorem partem subsistunt. In Belgio, religiosi multa archiva absconderunt, durante revolutione, ideo illis gloriantur hodie abbatiae restauratae. Archiva praesertim Parcense, Averbodiense et Tongerloense sunt pretiosa pro historia circariae et Ordinis. Partim autem archiva harum domuum, sicut et suppressarum, nunc sunt deposita in Archivis Gubernii vel Dioecesium. Archivum Ninivense, extraordinarie dives chartis saeculi XII, eminet aliis; Diligemense econtra, amissum est fere totum. In Neerlandia, de archivis canoniarum nostrae circariae — aliter ac in Frisia —, multa supersunt. Feliciter Bernenses salvaverunt archiva non tantum sua, sed et parthenonum Noviomagiensis et Sinus Stae. Mariae, et multa spectantia ad Marienweerd.

Eximia sunt monumenta artis, ex veteri aevo in hac circaria subsistentia. Aedes quidem medii aevi sunt destructae fere omnes; subsistunt tamen canonia Middelburgensis, ecclesia Postulensis, et monasterium Bredanum. Post devastationes saeculi XVI, omnes canoniae sumptuosa erexerunt aedificia in stylo saeculi XVII vel XVIII, quas passim videre est adhuc hodie Vera gemma architecturae est abbatia Parcensis, integre

---

[24]) Eminent inter illa v. g. Annales Parchenses et Chronicon Balduini Ninivensis (vide infra apud dictas abbatias).

[25]) Cf. H. LAMY, *L'Abbaye de Tongerloo*, p. 4, et HEYLEN, *Verhandelingen*, oo. cc.

servata, et pulchrae extant ecclesiae in Ninove, Averbode et Grimbergen. In fine saeculi XVIII, celeber architectus Dewez multas abbatias Belgii, non semper feliciter, transformavit in stylum neoclassicum[26]).

Talis circaria, sana et vitalis, optimo spiritu religioso fervens, suppressione anni 1797 non potuit submergi[27]). Ex 800 circiter religiosis circariae, vix decem iuramentum, a Revolutione Gallica impositum, praestiterunt. Religiosi pluries aedes suas et bona, tecto nomine redemerunt, archiva, thesauros et bibliothecas suas absconderunt in loco tuto, contra spem semper sperantes, hanc suppressionem ,ab impio invasore impositam, non fore definitivam. Anno 1815, abbates et conventus Averbodii, Bonae Spei, Sti. Foillani, Parchi, Floreffiae, de Heylissem, de Postel, de Grimberghen et de Dieleghem, una cum illis duorum tantum aliorum ordinum, miserunt ad Congressum Viennensem, ut restaurationem legalem monasteriorum obtinerent. Dominationes gallica et neerlandica hanc spem fefellerunt quidem, sed post revolutionem anni 1830, quae Belgio libertatem reddidit, ordinibus et religiosis libertas vitae communis quoque est restituta. Admirabile est, et forte unicum in historia, quomodo tunc senes religiosi, a 33 annis vita claustrali desueti, laete reversi sint ad monasteria sua exspoliata et partim deleta. Tandem aliquando et restauratio illorum canonica successit, et Ordo noster fervore religioso tunc vere praecelluit: ex antiquis abbatiis Belgii cuiuslibet ordinis, annis 1834/40 octo tantum sunt renatae, ex quibus sunt quinque Praemonstratenses circariae Brabanticae! Legislatio liberalis monasteria toleravit quidem, sed non tamquam corpora iuridica; proprietas eorum adhuc per saeculum fere debuit de jure civili adscribi nomini alicuius personae privatae. In Averbodio statim erectus est novitiatus communis; conventuales Tongerloenses et Postellenses, quorum monasteria fuerant alienata, primo alibi se stabilierunt, finaliter post multas difficultates in loca sua potuerunt reverti. Mox resurrexerunt et aedificia deleta.

Tamen status antiquus non est redintegratus quoad omnia. Religiosi iam non favebant dignitati abbatiali cum usu pontificalium, ideo Superiores abhinc rexerunt domus. Antiqua iura beneficialia per concordatum anni 1802 fuerant exstincta; canoniae tamen immediate ministerium parochiale multis in locis assumpserunt. Iam post duo decennia manifestant signa vitalitatis suae: anno 1857, Berna restauratur tamquam monasterium in Heeswijk, anno post, Catharinadal fundat novam domum in

---

[26]) Laboravit annis 1768/79 in Heylissem, 1770/76 in Floreffe, Bonne Espérance et in Dieleghem (ASAB XXXV, 1931, 65/94 et ESchBr 1943, 175).

[27]) Berna et Vallis Stae. Catharinae, in Neerlandia sitae, solae non sunt suppressae.

Neerpelt, et Grimberga, quae iam anno 1849 emiserat missionarios ad Promunturium Bonae Spei, restaurat Ordinem in Gallia (Mondaye). Tongerloa extruit novam ecclesiam vastam. Eodem tempore reformantur statuta et vestitus. Iterum resumitur, ut decuit, dignitas abbatialis, primo Tongerloae anno 1868, dein in reliquis canoniis, anno 1872. Resumuntur pariter, eodem anno, capitula provincialia; circaria Brabantiae restauratur: quod anno 1876 a Sta. Sede confirmatur. Exinde evolutio circariae est mirandae prosperitatis. Tongerloa, quo mox transfertur novitiatus communis, restaurat Ordinem in Anglia ab anno 1872, Averbodium et Parchum fundant missiones in Brasilia anno 1896, Tongerloa autem in Congo Belgico biennio post, quam sequitur Postel. Berna fundat gymnasium anno 1886, et transfert Ordinem in Americam annis 1893/98 (West De Pere)[28]). Anno 1903, Averbodium fundat missionem in Dania. Eodem anno communitates gallicae, expulsae, refugium inveniunt in Belgio, scilicet Mondaye in Bois Seigneur Isaac, Frigolet in Leffe, et Bonlieu in castro Grimbergensi. Illis post bellum in patriam reversis, Sylva Domini Isaac et Leffia transformantur in abbatias circariae nostrae, annis 1924/31, et ita restauratur Ordo in terra wallonica. Anno 1922, Averbodium fit ad tempus sedes Abbatis Generalis; anno sequenti, Berna fundat missionem in India, et restaurat abbatiam Windbergensem in Bavaria. Anno 1928, Vallis Stae. Catharinae denuo subditur iurisdictioni Ordinis, et fundat, triennio post, asceterium Petropolitanum in Brasilia. Multiplicantur fundationes scholarum, operum piorum, prioratuum, missionum, et numerus religiosorum fere ubique longe exsuperat id quod erat ante perturbationem gallicam. Iure merito, circaria nostra, antiquo splendore recuperato, hodie dici potest potentissima Ordinis

Nota

Nuper introducta est nova orthographia pro lingua neerlandica, quae se in Belgio etiam extendit in nomina geographica, non vero in Neerlandia. Propter uniformitatem, et ne oriatur confusio apud exteros, huius idiomatis generatim ignaros (bibliographia et fontes enim fere ex tot adhuc habent veterem modum), et nos quoad nomina Belgica veterem orthographiam retinemus. Scribimus ergo Tongerloo, Tusschenbeek, Peteghem (loco Tongerlo, Tussenbeek, Petegem).

---

[28]) Hanc abbatiam, sicut et ceteras domus saec. XIX/XX conditas, tractabimus in appendice nostri operis.

VISITATORES ET VICARII ABBATIS GENERALIS CIRCARIAE BRABANTIAE SAEC. XVI—XX[29])

(Acta Cap. Gen. Laon, AAA)

Abbas Cuissiacensis 1498
Abbas Generalis 1499—1502
Abbates Sti. Michaelis et Parcensis 1503—04
Abbates de Braine et Sti. Andreae in Nemore 1505
Abbas Generalis 1506—11
Abbas Sti. Martini Laudunensis 1512
Abbas Generalis 1513—34
Abbas Sti. Martini Laudunensis (cum potestate delegandi) 1535/44[30])
Abbas Floreffiensis 1561
Abbas Generalis 1574
Franciscus v. Vlierden, Abb. Parcensis 1584—1601
Joannes Druys, idem 1601—34
Joannes Maes, idem 1634—47
Chrysostomus v. d. Sterre (Sti. Michaelis) 1647—52
Libertus de Paepe (Parc) 1652—82
Jac. Hroznata Crils (Tongerloo) 1682—95
Servatius Vaes (Averbode) 1695/98
Joh. Chrys. Teniers (Sti. Michaelis) 1698—1709
Gregorius Piera (Tongerloo) 1709—23
Josephus van der Achter (Tongerloo) 1724—45
Alexander Slootmans (Parc) 1746—56
Joh. Bapt. Sophie (Grimbergen) 1756—75
Ign. du Rondeau (Grimbergen) 1777—78
Trudo Salé (Averbode) 1780—82
Joh. Bapt. Dufresne (Floreffe), Vis. Gener. Congreg. Belgicae 1782/90
Joh. Chrysost. De Swert (Tongerloo) 1876—87
Thomas Heylen (Tongerloo) 1887—99
Gummarus Crets (Averboode) 1899—1922
Hugo Lamy (Tongerloo) 1922—37
Henricus Stöcker (Berne) 1937—42
Emilius Staelmans (Tongerloo) 1942—53
Emmanuel Gisquière (Averbode) 1953—

---

[29]) In circariis Germaniae, de quibus tractavimus in primo volumine, a saeculo XVII, praeses circariae generatim vocabatur „Vicarius Generalis (scilicet Abbatis)", in circaria Brabantiae vero correcte „Vicarius Abbatis Generalis" vel „Vicarius" tantum (cf. Statuta Ord. Praem. anni 1630, ed. Averbode 1898, p. 242).

[30]) Pro annis 1536, 1537, 1540/42, 1545/60, 1562/73, et 1575/83 Acta Cap. Gen. nullum indicant visitatorem nostrae circariae. Licet tamen supponere, hoc munus fuisse demandatum usque ad revocationem, et quidem non ad personam, sed ad abbatiam.

CAPITULA PROVINCIALIA CIRCARIAE BRABANTIAE

1620 Parc
1624 Parc
1643 St. Michiels
1656 Parc
1718 Tongerloo
1874 Parc
1875 Tongerloo
1876 Averbode
1877 Postel
1879 Parc
1884 Averbode
1890 Tongerloo
1891 Grimbergen
1900 Parc
1905 Grimbergen
1911 Postel
1926 Grimbergen
1932 Berne
1946 Tongerloo

Capitula Nationalia Belgii:
1572 Parc
1641 Mons
1782 Bruxellis
1786 Bruxellis

ABBREVIATIONES PRO ARCHIVIS ET BIBLIOTHECIS

AAA	Archivum Abbatiae Averbodiensis
AAB	Arch. Abb. Bernensis
AAG	Arch. Abb. Grimbergensis
AAMech	Arch. Archiepiscopale Mechliniense
AAPa	Arch. Abbatiae Parcensis
AAT	Arch. Abb. Tongerloensis
AGR	Archives Générales du Royaume Bruxelles
BRB	Bibliothèque Royale de Bruxelles
RAA	Rijksarchief Antwerpen
RAG	Rijksarchief Gent

BIBLIOGRAPHIA

Bibliographia sequens complectitur totum Belgium, ergo non tantum circariam nostram, sed et canonias Flandriae et Floreffiae intra fines Belgii sitas. Ea quae ad monasteria Neerlandiae meridionalis attinent, vide praesertim supra pp. 166/75 apud circariam Frisiae. Aliqua ibi omissa hic infra sunt inserta.

Bibliographia historiae ecclesiasticae Belgii, pro tempore inde a saeculo XII, tam exuberans est, ut eam partim tantum excerpere, et hic infra citare potuerimus, licet propter magnum momentum Ordinis nostri in hoc regno maior pars huius litteraturae aliquo modo ad illum attinet. Invenis integram biblio-

graphiam bene congestam in singulis tomis excellentis operis E. De MOREAU, *Histoire de l'Eglise de Belgique* (Bruxellis 1940/45)[31]). Etiam bibliographia singularum canoniarum, praesertim actu florentium, longe limites nostri operis excederet, si omnes articulos, in innumeris periodicis divulgatis, insereremus. Ideo praecipua tantum citamus cum titulo extenso, articulos autem minoris momenti summatim ad calcem afferimus, citatis, tantum periodico, anno publicationis et paginis. Si plura desideras, consule „Chronicon" singulorum tomorum periodici „Analecta Praemonstratensia", et Repertorium L. de WACHTER infra citatum.

FONTES

Act. Prov. Univ. Lov.	*Actes ou Procès Verbaux des Séances tenues par le Conseil de l'Université de Louvain*, publ. E REUSENS, 2 voll. Bruxelles, 1903/19
Hugues de Pierrepont	*Actes des Princes-Evêques de Liège, Hugues de Pierrepont 1200/29* ed. E. PONCELET, Bruxelles 1946
AVB	*Analecta Vaticano-Belgica. Documents relatifs aux anciens diocèses de Cambrai, Liège, Thérouanne et Tournai. Publiês par l'Institut Historique Belge de Rome.* Rome/Paris 1906/44
Inv. Cam.	U. BERLIERE, *Inventaire Analytique des Diversa Cameralia des Archives Vaticanes 1389—1500, au point de vue des anciens diocèses de Cambrai, Liège, Thérouanne et Tournai.* Rome 1906.
Prov. Prael. 1410/32	IDEM, *Miscellanea Vaticana, concernant des anciens diocèses de Cambrai, Liège, Thérouanne et Tournai. I. Provisiones Praelatorum 1410/32.* (BGHB V, 443/51)
Prov. Abb. 1519/1604	IDEM, *Provisions Abbatiales 1519/1604* (BIHBR 1924, 159/66)
	CANIVEZ vide *Statuta*
	Capitula Provincialia Circariae Brabantiae 1620/56, ed. J. E. STEYNEN in *Anal. Praem.* XVII (1941), XVIII (1942) et XX/XXI (1944/45) ed. textus
Cart. Comt. Hain.	*Cartulaire des Comtes de Hainaut de 1337 à 1436,* 6 voll. et index, ed. L. DEVILLERS, Bruxelles 1896
Cart. St. Lamb.	*Cartulaire de l'Eglise St. Lambert de Liège,* 6 voll. edd. S. BORMANS, E. SCHOOLMEESTERS et E. PONCELET, Bruxelles 1893/1933
Cart. St. Trond	*Cartulaire de l'Abbaye de St. Trond,* 2 voll. ed. Ch. PIOT, Bruxellis 1870/74

[31]) Vide etiam H. PIRENNE, *Bibliographie de l'Historie de Belgique*, Bruxelles 1931.

Chambre Ap. Martin V.	*La Chambre Apostolique et les Libri Annatarum de Martin V 1417/31*, I, ed. F. BAIX (AVB XIV). Bruxelles/Rome 1947
Chart. Ste. Waudru	*Chartes du Chapitre de Ste. Waudru de Mons*, ed. L. DEVILLERS, 4 voll. Bruxelles 1899/1913
J. d'Outremeuse	*Chronique et Geste de Jean des Preis dit d'OUTREMEUSE (Corps des Chroniques Liégeoises)* 6+1 voll. edd. S. BORMANS et A. BORGUET, Bruxelles 1864/87
Chron. Liég.	*Chroniques Liégeoises*, ed S. BALAU, 2. voll. Bruxelles 1913/31
Corresp. Phil. II	*La Correspondance de Philippe II sur les Affaires des Pays Bas*, 5 voll. ed. L. GACHARD, Bruxellis 1871/79, Index (1936) ed. P. LEFEVRE (De Ordine nostro vide III 26, IV 92)
P. de CROONENDAEL	*Cronicque contenant l'Estat ancien et moderne du Pays et Conté de Namur*, ed. C. de LIMMINGHE, 2 voll. Bruxellis 1878/79
Dén. Foy. Brab.	*Les Dénombrements de Foyers en Brabant du XIV au XVIe siècle*, ed. J. CUVELIER, Bruxelles 1913. (T. O. = Table Onomastique)
	De SMET vide *Recueil*
	H. DESSART, *La visite du diocèse de Liége par le Nonce A. Albergati* BCRH CXIO (1949)
	CH. DUVIVIER, *Actes et documents anciens interessant la Belgique*, Bruxelles 1898. Nouvelle Serie, ibidem 1903.
OAT	A. ERENS, *De Oorkonden der Abdij Tongerloo*, 2 voll. Bruxellis 1948/50
J. de HEMRICOURT	*Oeuvres de Jacques de HEMRICOURT*, edd. C de BORMAN et A. BAYOT, 3 voll. Bruxelles 1910/31
	Hugues de PIERREPONT v. *Actes*
	Inventaire v. BERLIERE
	v. ISACKER-BERLIERE v. *Lettres Clément VI*
	Lettres de Benoit XII 1334/42 ed. A. FIERENS (AVB IV), Bruxelles 1910
	Lettres de Clément VI, I (1342/46), edd. Ph. v. ISACKER et U. BERLIERE, (AVB VI), Rome/Bruxelles 1924.
	Lettres de Clément VII 1378/79 *(Documents relatifs au Grand Schisme* II, AVB XII) ed. U. BERLIERE. Rome 1930. (Quae ad Ordinem nostrum attinent, vide *Anal. Praem.* VII, 1931, 215)
	Lettres de Jean XXII 1316/34. 3 voll. ed. A. FAYEN (AVB II/III) Bruxelles 1910/12

Matr. Univ. Lov. — *Matricule de l'Université de Louvain. I 1426-53*, ed. E. REUSENS, II *1453—85* ed. J. WILS (caret indice), Bruxelles 1903/46. (Quae ad Ordinem nostrum attinent vide I 272, et *Anal. Praem.* XXII 126/32)

ODH — A. MIRAEUS *Opera diplomatica et historica*. Secunda editio, proc. J. FOPPENS, Bruxellis 1723/48. Vol. I: *Codex donationum piarum, Diplomatum Belgicorum nova collectio, Notitia ecclesiarum Belgii, Donationum Belgii libri II, Diplomata Belgica*. Vol. II: *Auctaria, Supplementa et Indices*. Vol. III et IV: *Nova Collectio* et *Index Generalis*.

J. MOLANUS, *Historiae Lovaniensium Libri XIV*, ed. p. De RAM, 2 voll. Bruxellis 1861 (De Ordine I 218/20)

Obit. Groenendael — *L'obituaire de monastère de Groenendael*, ed. M. DYKMANS, Bruxelles 1940

J. d'OUTREMEUSE vide *Chronique*

PIOT vide *Cart. St. Trond*

PONCELET vide *Actes*

Prov. Abb. sive *Prael.* vide BERLIERE

PUrkN — J. RAMACKERS, *Papsturkunden in den Niederlanden*, in: *Abh. d. Ges. d. Wissensch. zu Göttingen, Phil. Hist. Kl. 3 F. Nr. 8 u. 9* (*Rec. Anal. Praem.* X 1934 290/94)

RCF — *Recueil des Chroniques de Flandre (Corpus Chronicorum Flandriae)* 4 voll. Bruxelles 1837/65

MHistProv — B. de REIFFENBERG, *Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg*, 8 voll. Bruxelles 1844/54

E. SCHOOLMEESTERS, *Les Régestes de Raoul de Zaehringen, Prince-Evêque de Liége*, BSHADL I (1881) 128/203

CANIVEZ — *Statuta Capitulorum Generalium Ordinis Cisterciensis ab anno 1116 ad annum 1786* 8 voll. Lovanii 1933/41, ed. J. CANIVEZ

Suppliques de Clément VI 1342/52, (AVB I) ed. U. BERLIERE, Rome 1906

Suppliques d'Innocent VI 1352/62 (AVB V), ed. U. BERLIERE, Rome 1911

Suppliques d'Urbain V 1362/70 (AVB VII), ed. A. FIERENS, Rome 1914

Doc. Prém. E. VALVEKENS, *Documents prémontrés du XVIe siècle,* I *(Anal. Praem.* XXIX, 1953; 161/237, II ibidem XXX. 1954). — Articuli eiusdem auctoris, quos supra in Bibliographia Generali pp. 9/10 citamus, pro circaria nostra maximi sunt momenti.

TCCD A. WAUTERS/S. BORMANS/J. HALKIN, *Table Chronologique des Chartes et Diplomes imprimés, concernant l'histoire de la Belgique.* 11 tomi in 14 voll. Bruxelles 1866/1946. (De Ordine in genere cf. indices sub voce „Prémontrés")

Fons nondum publicatus

In archivis omnium monasteriorum adsunt chronica nondum publicata interdum magni valoris. Ex quibus citamus tantum sequens:

A. v. BOTERDAEL, *Brabantia Praemonstratensis, sive abbatiarum huius circariae, item parthenaei de Keysersbosch, nec non Collegii Praemonstratensis in Lovanio brevis et succincta descriptio. Continuata per* F. A. van Hulsel (ex annis 1777/96). MS AAA Nr. 85.

LITTERATURA

U. BERLIERE, *La commende aux Pays Bas.* (Mélanges Godefr. KURTH, Liége 1908, 185/201)

Mon. Belge IDEM, *Monasticon Belge,* I Maredsous 1890/97, II (2 fasciculi prodierunt) ibid. 1928/29

B. de BETHUNE, *Epithaphes et monuments des églises de la Flandre au 16e siècle, d'après les manuscrits de Corneille Gaillard et d'autres auteurs. Bruges 1900.*

Ph. BRASSEUR, *Origines omnium coenobiorum Hannoniae.* Mons 1650

C. BUTKENS, *Trophées sacrés et profanes du Duchê de Brabant,* 4 voll. secunda editio La Haye 1724/26

C. BUVE, *Kiezingen van abten in de kloosters van Brabant,* BGHB I (1902) 188/99

J.CHAPEAVILLE, *Gesta pontificum Leodiensium ab Erardo de Marcka usque ad Ferdinandum Bavarum (1505—1612),* Leodii *1616*

P. CLAESSENS, *Abbayes et prieurés de l'Ordre de Prémontrè dans l'ancienne Belgique (Précis Historiques* XXXIV 1885; 451 sq.)

HistDPL — J. DARIS, *Histoire du diocèse et de la principauté de Liége depuis leur origine jusqu'au XIIIe siècle*, Liége 1890. (Alter tomus: . . . *pendant le 13e et 14e siècle*, ibidem 1891)

NHEDL — IDEM, *Notices historiques sur les églises du diocèse de Liége*, 17 voll. Liége 1867/99.

L. DEVILLERS, *Description des cartulaires et des chartriers du Hainaut*, Mons 1865/78

M. DIERICKX, *De oprichting der nieuwe bisdommen in de Nederlanden onder Filips II 1559/70*, Antwerpen/Utrecht 1950

A. ERENS, *Hoeven der Norbertijnerabdijen in Limburg, verkocht als nationale goederen door de Fransche republiek* (*Anal. Praem.* VI, 1930; 346/48)

IDEM, *Parochiezorg der Norbertijnen in Brabant*, ESchBr XVI (1933) 161/210

IDEM, *Thierry van Tuldel et la commende en Brabant* (*Anal. Praem.* I, 1925; 321/57)

B. FISEN, *Historiae Leodiensis Libri X*, Leodii 1642

Ep. Ant. — J. F. FOPPENS, *Historia Episcopatus Antwerpiensis*, Bruxellis 1717

Ep. Sylv. — IDEM, *Historia Episcopatus Sylvaeducensis*, Bruxellis 1721

J. FOULLON, *Historia Leodiensis*. 3 voll. Leodii 1735/37

M. GALLIOT. *Histoire Générale ecclésiastique et civile de la ville et province de Namur*, 6 voll. absque indice, Liége 1788/91

C. Van GESTEL, *Historia sacra et profana archiepiscopatus Mechliniensis*, 2 voll. Hagae Comitis 1725

J. Van den GHEYN, *Catalogue des manuscrits de la Bibiothèque Royale de Belgique*. Tome VI: *Histoire des Ordres religieux et des églises particulières*. Bruxelles 1906.

J. B. GRAMAYE. *Antiquitates illustrissimi Ducatus Brabantiae*. Bruxellis 1606

L. GUICCIARDINI, *Descrittione di tutti Paesi Bassi, altrimenti detti Germania Inferiore. Anversa* 1567 (2a ed. aucta 1581, 3a, 1588) Prima ed. neerlandica Amsterdam 1612, 3a ed. latina ibid. 1660.

F. HALMA, *Tooneel der vereenigde Nederlanden*, 2 voll. Leeuwarden 1725

F. HARAEUS, *Annales Ducum seu Principum Brabantiae totiusque Belgii.* Antwerpiae 1623.

A. HEYLEN, *Historische verhandeling over de Kempen, derzelfs gesteltenis in vroegere eeuwen, en ten tyde haerer kloosters* . . . (Prima editio Turnhout 1790, secunda ibidem 1837)

A. d'HOOP, *Inventaire général des Archives ecclésiastiques du Brabant,* 6 voll. Bruxelles 1905/32.

L JADIN, *Les relations entre le St. Siège et les Pays Bas. d'après les Archives Vaticanes, Lettere di vescovi.* Bruxelles 1952

IDEM, *Actes de la Congrégation Consistoriale concernant les Pays Bas et la Franche Comté,* BIHBR XVI (1935) — (Cf. *Anal. Praem.* XII 1935 196, 202)

E. JANSEN, *La Belgique Norbertine,* Averbode 1920

A. G. JONGKEES, *Staat en kerk in Holland en Zeeland onder de Boergondische hertogen 1425/77 (Bijdr. Inst. Middeleeuwsche Gesch. Univ. Utrecht XXI)* Groningen 1942

A. JOURDAIN/L. Van STALLE, *Dictionnaire encyclopédique de géographie historique du Royaume de Belgique.* 2 voll. Bruxelles (1896)

Suppr. J. LAENEN. *Etude sur la suppression des couvents par l'Empereur Joseph II dans les Pays Bas autrichiens, et plus spécialement dans le Brabant 1783/94,* (1905)

KGBrab IDEM, *Kerkelijk en godsdienstig Brabant vanaf het begin der IVe tot in de XVIe* eeuw. 2 voll. Brussel/'s Hertogenbosch 1935

Arch. E. Vienne IDEM, *Les Archives d'Etat à Vienne du point de vue de l'histoire de Belgique.* Bruxelles 1924 (Cf. *Anal. Praem.* I, 1925, 203)

H. LAMY,*L'Abbé Hugo d'Etival et la coopération des abbayes belges à son œuvre historique. (Anal. Praem.* I, 1925; 174/87. 261/86)

A. Van LANGENDONCK, *Les Origines des Prémontrés dans les Diocéses de Liége et de Cambrai. Annuaire Univ. Cath. Louvain* 1896, 179/88

J. LAVALLEYE. *La suppression des Prieurés de Norbertines en 1783. (Anal. Praem.* I, 1925; 78/79)

P. LEFEVRE. *Un conflit entre le Général de Prémontré et les abbés du Brabant en 1651. (Anal. Praem.* IX, 1933; 247/72)

IDEM, *Les dossiers d'amortissement des maisons norbertines des Pays Bas au XVIIIe siècle.* Abidem I (1925) 77/78

IDEM. *Documents relatifs à l'histoire Norbertine conservés dans les Archives des Etats de Brabant*, Ibidem II (1926) 404/06

IDEM. *Une tentative de transférer en Belgique le corps de Saint Norbert 1613/26*. Ibidem XXVI (1950) 113/26.

IDEM. *Les Archives de la Chancellerie du Brabant et les elections abbatiales dans les maisons norbertines aux XVII et XVIIIe siècles*. Ibidem I (1925) 187/91.

IDEM. *Les portraits conservés dans les abbayes norbertines de Belgique*. Bruxelles 1917.

IDEM. *Les dossiers relatifs à l'histoire norbertine dans les Archives du Conseil du Gouvernement Général des Pays Bas. (Anal. Praem.* II, 1926; 192/200).

P. LENAERTS. *Compte rendu des séances des Etats du Brabant de 1648/82 par Libert de PAPE, abbé du Parc, membre des Etats*. Ibidem XXIX (1953) 111/28, 251/88.

NMA J. LEROY. *Notitia Marchionatus Sancti Romani Imperii, hoc est urbis et agri Antwerpiensis, oppidorum, dominiorum, monasteriorum castellorumque sub eo*. Amsterdam 1678.

IDEM. *Le grand Theatre sacré du Duché de Brabant*. 3 voll. La Haye 1729.

D. LESCOUHIER. *Geschiedenis van het kerkelijk en godsdienstig leven in Westvlaanderen*. Brugge 1926/27.

J. MEYERUS. *Commentarii sive Annales rerum Flandricarum libri XVII*. Antwerpiae 1561.

E. MICHEL. *Abbayes et monastères de Belgique*. Bruxelles 1923.

E. de MOREAU. *Histoire de l'Eglise en Belgique*. 4 voll et 1 cart. Bruxelles 1940/45 (De Ordine III 450/62).

J. PAQUAY. *Pouillé de l'ancien diocèse de Liége en 1394*. Tongres 1906.

J. H. PLANTENGA. *L'Architecture religieuse du Brabant au XVIIe siècle*. La Haye 1926.

F. De POTTER/J. BROECKAERT. *Geschiedenis van de Gemeenten der Provincie Oostvlaanderen*. 24 partes. Gent 1864/1903

K. D. RIDDER. *Historische Mengelingen over de Kempen*, 2 voll. Turnhout 1860.

K. Van ROOY. *Oudheidkundige inlichtingen in kerkelijk opzicht over de parochieen van de provincien Antwerpen en Brabant*. Brugge 1899.

BBM A. SANDERUS. *Bibliotheca Belgica Manuscripta*. 2 voll. Lille 1641/44.

FI IDEM. *Flandria Illustrata.* Coloniae Agr. 1641/44 (2 voll.) et Hagae Comitis 1732/35 (3 voll.)

CSB IDEM. *Chorographia Sacra Brabantiae.* Bruxellis 1659/30 (3 voll.) et Hagae Comitis 1726 (2 voll.)

DPL J. SAUMERY, *Les Délices du Pays de Liége.* 5 voll. Liége 1738/44.

J. M. SERNEE / S. DROSSAERS et W. FEITH, *De Archieven van kloosters en andere stichtingen in Delfland.* 's Gravenhage 1917.

E. VALVEKENS. *Le Chapitre National Néerlandais de 1572.* (*Anal. Praem.* VI, 1930; 74/101).

A. VERBOUWE, *Iconographie van Vlaamsch Brabant.* ESchBr 1935 sq.

A. VERKOOREN, *Inventaire des chartes et cartulaires des Duchés de Brabant et de Limbourg, et des pays d'Outremeuse.* 8 voll. Brux. 1910/23.

L. De WACHTER. *Repertorium van de Vlaamse gouwen en gemeenten. Heemkundige documentatie 1800—1950.* 5 voll. Antwerpen 1942/48.

Abbés R Van WAEFELGHEM, *Les Abbé des Monastères Belges. Anal. Praem.* XII, 1936; 5/29, 103/30 et XIII,1937; 5/34)

A. WAUTHERS. *Histoire des environs de Bruxelles.* 3 voll. Bruxelles 1851

H. Van WERVEKE. *Het bisdom Terwaan van den oorsprong tot het begin der 14e eeuw (Recueil des travaux publiés par la Faculté de Philosophie et de Lettres de l'Université de Gand,* fasc. 52) Gent 1924

N. WEYNS, *De Brabantsche Norbertijnen en het Jansenisme.* (*Anal. Praem.* XXIX, 1953; 5/66)

Biogr. Nat. *Biographie Nationale Belge.* Publiée par l'Académie des Sciences des Lettres et des Beaux Arts en Belgique. Bruxelles, depuis 1866.

Inscr. Fun. *Inscriptions funéraires et monumentales de la Province d'Anvers.* 6 voll. Antwerpen 1856/71 (Ed. neerlandica: *Verzameling van graf- en gedenkschriften van de Provincie Antwerpen,* 9 voll. Antwerpen 1856/1931

Inv. Arch. Nederm.	*Inventaris der Archieven van het Arrondissement Maastricht en van het Departement Nedermaas 1794/1814*, 's Gravenhage 1946
	Katholiek Meyereysch Memorieboek, 's Hertogenbosch 1819
Leenakten Gelre	*Register op de Leenakten boeken van het vorstendom Gelre en Graafschap Zutphen. Ed. „Gelre"* Arnhem 1898/1924, Index 1937
AHEB	*Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de Belgique. Louvain* 1863—1914
AARAB BARAB	*Annales de l'Academie Royale d'Archéologie de Belgique.* Anvers 1843—1930 (1843—48: *Bulletin et Annales* ut supra). Ab anno 1931 continuatur per RBAHA (v. infra)
ACAM	*Annales du Cercle Archéologique de Mons.* Gembloux/Mons 1856/1938 (ante annum 1910: Bulletin du Cercle etc.)
ASAB	*Annales de la Société Royale d'Archéologie de Bruxelles.* 42 voll. Bruxelles 1887/1938
ASAN	*Annales de la Société archeologique de Namur.* Namur 1849/59.
ASEB	*Annales de la Société d'Emulation de Bruges. Revue trimestrielle pour l'Etude de l'histoire et des antiquités de la Flandre.* Bruges 1837—1939. Nunc vocatur: *Handelingen van het Genootschap voor geschiedenis, studie van de geschiedenis en oudheden van Vlaanderen.*
ABMB	*Archives, Bibliothèques et Musées de Belgique. Revue sémestrielle de l'Association des conservateurs d'Archives, de bibliothèques et de musées.* Bruxelles 1923 sq.
BraMus	*Brabantsch Museum voor Oudheden en Geschiedenis*, Bruxellis 1860
BIAL	*Bulletin de l'Institut Archéologique liégeois*, Liége 1852 sq.
BCRH	*Bulletin de la Commission Royale d'Histoire.* (Primo sub titulo: *Compte rendu des séances de la Commission Royale d'Histoire*, dein *Recueil des Bulletins de la Commission* etc.) Extant 5 series, in cuius ultimo volumine est index: I 1834—50, II 1951—59, III 1860—72, IV 1873—90, V 1891—1901. Ab anno 1909, unumquodque volumen habet suum indicem.
BIHBR	*Bulletin de l'Institut Historique Belge de Rome*, Bruxelles/Rome 1919 sq.
BSAB	*Bulletin de la Société Royale d'Archéologie Bruxelles*, Bruxelles 1928 sq.
BSHADL	*Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége*, Liége 1881 sq.

BGHB *Bijdragen tot de geschiedenis, bijzonderlijk van het aloude Hertogdom Brabant.* Hoogstraaten, dein Ekeren-Donk, nunc Antwerpen, 1902/14 et ab anno 1924.

Dietsche Warande en Belfort. Gent 1900 sq. (Unio duorum periodicorum: scil. *Het Belfort* 1886—99, et *Dietsche Warande* 1855—99)

ESchBr *Eigen Schoon en de Brabander.* Merchtem. (Sub titulo: *Eigen Schoon* 1911—14, *De Brabander 1919—25*, ab anno 1926 ut supra)

De Maasgouw. Orgaan voor Limburgsche geschiedenis, taal en letterkunde. Uitgegeven door Limburgs Gesch. en Oudheidk. Genootsch. Maastricht 1879 sq.

Mechlinia. Maandschrift voor oudheidkunde en folklore. Mechelen 1921—33

Mél. Borm. *Mélanges Camille de Borman. Recueil de mémoires relatifs à l'histoire, à l'archéologie et à la philologie.* Liége 1919

Mél. Moeller *Mélanges d'histoire offerts à Ch. Moeller.* 2 voll. Louvain 1914

MSHB *Messager des sciences et des arts* (1823—32). *Messager des sciences et des arts de la Belgique* (Gand 1832—38) *Le Messager des sciences historiques de Belgique* (ibid. 1839—44) *Messager des sciences historiques, des arts et de bibliographie de Belgique* -- 1896. Registra 1853, 1874 et 1894.

OGE *Ons Geestelijk Erf.* Antwerpen 1927 sq.

PMschr *'t Parks Maandschrift.* Antwerpen/Leuven 1901—14

Préc. Hist. *Collection de précis historiques,* Bruxelles 1852—76, *Précis Historiques* ibid. 1877—98

RBAHA BTOkKg *Revue Belge d'Archeologie et d'Histoire de l'Art. Belgisch Tijdschrift voor oudheidkunde en kunstgeschiedenis.* Antwerpen 1931 sq.

Taxandria (NBr) *Taxandria. Tijdschrift voor noordbrabantsche geschiedenis en volkskunde.* Bergen op Zoom 1894 sq.

Taxandria (K) *Taxandria. Gedenkschriften van den geschied- en oudheidkundigen kring der Kempen.* Turnhout 1903 sq.

VMKVA *Verslagen en mededeelingen der Koninklijke Vlaamsche Akademie voor Taal- en Letterkunde,* Gent 1887 sq.

De Zuiderkempen. Geschied- en oudheidkundige kring voor de kantoons Westerloo, Beringen en Moll. Tongerloo 1932 sq.

Confer apud alias circarias:

FRANCIA: Leglay, Cat. Gen., Stein, Longnon

ANTWERPEN St. Michael

Sti. Michaelis Antwerpiensis, Sinte Michiels Abdy, Saint Michel d'Anvers

Juxta Scaldim flumen, intra moenia urbis, in meridie eius. — Dioec. Cambrai, ab anno 1559 Antwerpiensis, nunc Mechliniensis.

Una ex abbatiis totius Ordinis celeberrimis, primaria in circaria. Juxta ecclesiam perantiquam, saeculo XI paulatim ortum erat capitulum collegiale, cuius fundatio per Godefridum Bullionensem anno 1096, nititur traditione spuria. Anno 1124, intervenientibus Sto. Norberto, et Burchardo Episcopo Cameracensi, canonici eam cum omnibus bonis cesserunt Ordini nostro[32]). Ipsique ad ecclesiam B. M. V. translatis, Norbertus canonicos Ordinis sui ex Praemonstrato apud Stum. Michaelem collocavit. Initio monasterium duplex cum propria ecclesia pro sororibus, ad annum circiter 1148/55. De sorte monialium vide infra apud Zandvliet. Abbatia Sti. Michaelis filias genuit insignes: nempe Middelburg, Tongerloo et Averbode. Parthenones dependentes: Zoetendaal, Turnhout, et Domus Ssmi. Sacramenti Antwerpiae. Parochiae incorporatae, et quoad maiorem partem administratae: Vosselaar, Meir, Minderhout, Nederokkerzeel, Borsbeek, Deurne, 's Gravenwezel, Merxplas, Beersse, et Thyng-

[32]) Traditio circa hos eventus, a saeculo XVI communiter accepta, a historicis belgis nuper disputatur. Allatis enim argumentis haud parvi momenti, proferunt sequentia: „Praemonstratenses in honorem sui fundatoris malitiam et pondus Tanchelmi exaggerant. Haeresiarcha ille non videtur fuisse tantopere sceleratus, influxus eius et praesentia in Antwerpia aliunde probari nequeunt. Fontes historici huius civitatis probant, vitam religiosam ibi circa annos 1120/24 fuisse omnino secundum normas consuetas, et nullibi videntur extitisse „altaria squalentia". Fons unicus pro pravitate Tanchelmi est epistola quaedam canonicorum Ultrajectensium anni 1112, valde suspecta, quam vero auctores Vitarum Sti. Norberti ad litteram fere descripserunt, augentes eam et exaggerantes. Dum Tanchelmus adhaesit Papae, canonici illi notorie partes Caesaris sunt secuti, et in alia epistola Summum Pontificem exprobrant. Advocatio Sti. Norberti ad praedicandum in Antwerpia potius videtur fuisse praetextus, ad construendam ansam, ut canonici saeculares apud Stum. Michaelem per regulares substituerentur. Quae substitutio, ad normas Gregorii VII, tunc omnibus bonis episcopis, et etiam Sto. Norberto, valde erat cordi. Haeresis Tanchelina insuper non videtur fuisse speciatim „sacramentaria", sed potius donatistica, directa contra sacerdotes indignos, validitatem negans sacramentorum, ab illis administratorum." (PRIMS, *Geschiedenis v. Antwerpen* I 73 sq, LAENEN *KgBrab* I 294/304, de MOREAU II 304/13, opera infra citata. Praesertim vero consule articulum L. PHILIPPEN, *De hl. Norbertus en het strijd tegen het Tanchelmisme te Antwerpen*, BGHB XXV, 1935, 251/88).

don in Anglia[33]). Sub abbate Joanne († 1272) introducta est separatio mensarum. Aegidius v. Biervliet, abbas Sti. Michaelis, anno 1278 factus est abbas Generalis. Abbatia, cuius redditus annui erant circiter 12000 florenorum, habuit splendidam „Domum Principum", in qua omnes dignitarii Antwerpiam adeuntes, hospitari solebant. Abbates Sti. Michaelis, ab anno 1459 infulati, erant toparchae in Zandvliet, Berendrecht, Nederokkerzeel et List, et domini in Wilrijk, Beersse et Vosselaar. Anno 1519, Carolus V. Imperator abbatiam dedit in commendam episcopo Leodiensi. Religiosi viriliter huic intrusioni, ut iam simili tentamini anno 1477, resistentes, oneribus et sacrificiis libertatem electionis sibi recuperare potuerunt. Anno 1566, et funditus decennio post, una cum bibliotheca, ab iconoclastis est subversa. Tentamen Episcopi Antwerpiensis anno 1588, eam supprimendi, transferendi 7 eius canonicos superstites ad suam cathedralem, et tradendi monasterium Cisterciensibus, non successit[33a]. Saeculo XVII maxime floruit, inter abbates huius epochae praecelluit praesertim J. Chrysostomus van der Sterre († 1652). Anno 1789 sequestrata, et anno 1796 suppressa est canonia. Suppellectilia ecclesiae, quae thesauris artium scatebat, data sunt partim ecclesiis parochialibus vicinis[34]). Extensae aedes postmodum officiis navigationis inservierunt, et anno 1831 in bello cum Hollandia penitus combustae sunt. Ruinae deinde solo sunt aequatae, nihil omnio superest.

Archivalia. Maior pars eorum est in Staatsarch. Antwerpen (2 cartularia saec. XIV/XVI, 1 cart. in 10 voll. saec. XVIII, 2 capsae cum 92 chartis 1124/1781 — AAA (ubi inter alia, est et Obituarium) — AAT (Acta Eccl. Sti. Mich. Antw. 1652/1742) — Arch. Eccl. Sti. Caroli Borr. Antw. (2 voll. Registra) — AAPa I 2 (128 numeri 1124/1820), VII 47, 65, XVII 2 — AAMech varia saec. XVI/XIX.

Fontes et Litteratura: HUGO II 241, prob. 198/202 — HUGO SAM, *Ep Gerv.* nr. 74 — WAEFELGHEM 239 — AA. SS 1 Junii, 933; 30 Julii VII 163/67 — BERLIERE, *Inv. Cam.*, cf. ind. — IDEM, *Suppl. Clém. VI, et Lettres Benoit XI*, cf. indd. — *Biogr. Nat.* XXIII 815/16 —

[33]) v. ISACKER/BERLIERE, *Lettres Clément* VI nr. 1185. Parochia illa, in dioecesi Lincolniensi sita, anno 1344 abbatia Sti. Michaelis est incorporata.

[33a]) Vide M. DELCOURT/J. HOYEUX 309

[34]) Altaria inveniuntur in Tilburg et in Groot-Zundert. Imagines abbatum habentur in Averbode et in Tongerloo, praeter illas, quae a pictoribus celeberrimis sunt confectae (A. van Dyck, cuius frater erat religiosus nostrae abbatiae, et P. P. Rubens), et quae nunc in musaeis asservantur.

v. BOTERDAEL 20/59 — BROM OBStUtr II 19, 255 — IDEM, *Reg. Utr.* 1301/40 cf. ind. — IDEM, *Arch. Italie* cf. ind. — *Chambre Apost. Martin V,* I nr. 350, 445 — *Corresp. Phil. II,* VI 159 — COTTINEAU 122 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 161 — DHGE III 896 — ERENS OAT I 409, II 434, 475 — IDEM, Parochiezorg 198/99 — *Form. Pr.* nr. 53, 309, 329 — *Gall. Chr. VI 53* — GOOVAERTS I 29, 47, 73, 92, 123, 127 143, 161, 162, 170, 173, 174, 186, 188, 203, 288, 301, 314, 323, 356, 384, 501, 561, 602, 630, 648, II 26, 57, 143, 157, 163, 170, 182, 231, 253, 273, 285, 287/95, 302, 309, 310, 311, 313, 324, 336, 365, III 7, 17, 34, 40, 41, 63, 87, 160, 164, 176, 184, 191, 201, IV 30, 41, 209, 211, 305, 343 — GRAMAYE 55 sq — d'HOOP Inv. II/IV cf. indd. VI 13 — *Inscr. Fun.* XXIII/LXXXV, IV 3/166 — v. ISACKER BERLIERE, *Lettr. Clem. VI* I cf. ind. et *Anal. Praem.* II (1926) 323 — JAFFE 9223, 10322 — LAENEN *Arch. Et. Vienne* 212 — IDEM, KGBrab I 50/51, II 294/304 — LEROY NMA 33/39 — *Lettr. comm. Jean XXII* cf. ind, et editionem AVB — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MIRAEUS *Chron. Praem.* 208/14 — IDEM, OHD cf. indd. II ix, IV xv — OHZ I 435, II 84, 491, item Suppl. cf. ind. — POTTHAST 16498 — RAMACKERS PUrkN 86, 109, 212, 213 — *Reg. Benoit XII* 1481, 6694, 7854, 9469 cf. ed. AVB — *Reg. Boniface VIII* 1003 — *Reg. Leon X* 4213, 10599, 10732, 10967 — *Reichsreg. Karls V* 3155 — SANDERUS *Chor. Brab. I* 88/134 — TCCD II/XI 2 cf. indd., XI 3 42, 99, 111, 118, 119 — VALVEKENS *Doc. Prém.* I 164, 207, 212/16, 222 — IDEM, *Vis. Can.* I 21, 56, II 86/91, 115, 164, 173 — IDEM, *Chap. Gén. Despruets*, cf. ind. — De WACHTER II 247/48, V 458 — WAEFELGHEM, *Abbés* XIII 19/23 — WAUTERS II 833 — WICHMANS 694/705 — M. DELCOURT / J. HOYEUX, *La correspondance de L. Torrentius, eveque d'Anvers* (Paris 1953) II 309/10, 318. Cf. ind — J. C. DIERXCSENS, *Antwerpia Christo nascens et crescens*, Antwerpen 1773, I 134 — P. GENARD, *Anvers à travers les ages*, Anvers 1888, I 321 — P. J. GOETSCHALCKX, *De Abdij van St. Michiel te Antwerpen tijdens de XIIe eeuw*, in BGHB IV (1905) 29/65, 549/600. Item *tijdens de XIII eeuw*, ibidem V (1906 (297/360, VI (1907) 280/356, VII (1908) 359/412 —

IDEM, *Cartularium der Abdij van St. Michiels te Antwerpen 1202—1300.* ibidem VIII (1909) 209/36, 381/408, IX (1910) 345/64, X (1911) 347/400, XI (1912) 527/36, XIII (1914) 88/120, XXII (1931) 19/40 — IDEM, *Obituarium der Abdij van St. Michiel,* (non completum) ibidem I (1902) 420/40, 450/72, II (1903) 53/55 — IDEM, Articuli de historia parochiarum abbatiae, in eodem periodico: VII (1908) 450, 455, 551, 626, VIII (1909) 28, 140, 143, 470, X (1911) 105, 231, 409, 479 — L. GUICCIARDINI, *Description de la Ville d'Anvers*, Anv. 1582, passim. — H. LAMY, *Les Archives des Abbayes de Tongerloo et de St. Michel d'Anvers*, in: BARAB 1922, Fasc. III, 203/09 — F. H. MERTENS/K. L. TORFS, *Geschiedenis van Antwerpen*, 8 voll. Antwerpen 1845/53, I 247 et passim — D. PAPEBROCH, *Annales Synopsis annalium Antwerpiensium*, edd. J. v. SPILBEECK, Antwerpen 1884 — F. PRIMS,

Geschiedenis van Antwerpen, 29 voll. Brussel/Antw. 1927/49, cf. indd. — E. VALVEKENS. *De Michielsabdij te Antwerpen vanaf 1564 tot 1596, in: Anal. Praem.* I (1925) 145/73, II (1926) 273/93, III (1927) 141/55 — V. v. GENECHTEN, *St. Michiels te Antwerpen en de Commende 1518/21*, in *Anal. Praem.* VIII (1932) 308/20 — In periodicis: AARAB IV (1847) 120/24 — AHEB I (1864) 444, 475, II (1865) 22, 25, 77, 98, III (1866) 127, 444, 502, V (1868) 230/35, 239, VI (1869) 272, 287, IX (1872) 459/60, X (1873) 418/22, XV (1878) 104, 385, — Anal. Praem. III (1927) 228, V (1929) 250/60, 382/85, VII (1931) 354/63, VIII (1932) 242/43, XIX (1943) XX/XXI (1944/45) 215/18, XXVII (1952) 157 — *Antwerpsch Archievenblad*, 39 partes 1864/1934, cf. ind. in vol. XXV (1/30 prima series, edd GENARD/v. d. BRANDE, 31/39 2a series, edd. PRIMS/DENUCE) — Belgisch Museum VI (1842) 109/52 — *Bulletin du bibliophile belge* 1854, 275/90 — BGHB I (1902) 132, 249/54, III (1904) 570, IV (1905) 97, 163, 308, V (1906) 201, 445/47, VI (1907) 109/11, 113/14, 194, 209, 445; VII (1908) 438/40, 551, IX (1910) 463, 464, X (1911) 131, XI (1912) 303, XII (1913) 444/46 XVIII (1927) 197/241, XX (1929) 144/47 — BN I (1899) 129/33, IV (1902) 232 — PMschr IV (1904) 25/41 — Taxandria (K)NS V (1933) 6/23, VI (1934) 56/66

Series abbatum (Waefelghem)

1. Waltmann 1124?—38
2. Emelinus 1138—61
3. Alardus 1161—62
4. Theobaldus 1162—71 res.
5. Richardus 1171/72—89
6. Walterus van Strypen 1189—92
7. Elias 1192—99 res.
8. Giselbertus 1199—1205 res.
9. Hugo 1205—08
10. Arnoldus I. de Erps 1208—19 res.? dein abbas in Bona Spe
11. Hermannus 1219—30
12. Sigerus van Balen 1230
13. Arnoldus II. 1230/31—39 res.
14. Eggericus 1240—44 res.
15. Gerardus van Lier 1244—58
16. Joannes van Lier 1258—71 res.
17. Aegidius van Biervliet 1271—78 dein abbas Generalis
18. Henricus v. Mechelen 1278—1300
19. Godefridus v. Waerloos 1300—28
20. Wilhelmus Cabeliau 1328—41
21. Wilhelmus Lympiaes 1341—53
22. Martinus Loys 1353—72
23. Wilhelmus Bruylocht 1372—90
24. Petrus Breem 1390—1413
25. Olondus Terlinck 1413—52 res.
26. Joannes Fierkens 1452—76
27. Andreas Aechtenrijt 1476—78

    Lucas Eps. de Sebenico, commendatarius 1477
28. Joannes Robyns 1478—86
29. Joannes de Weerdt 1486—99
30. Jacobus v. Elsacker 1499—1505
31. Jacobus Embrechts 1505—14
32. Stephanus v. Thienen 1514—19

Erardus v. d. Marcken.
Eps. Leodiensis
33. Cornelius v. d. Meer 1519—38
34. Gregorius Tiberius de Kagis 1538—62
35. Cornelius Emeric 1562/63—64
36. Wilhelmus Greve 1564—81
37. Emericus Andries 1581—90
38. Dionysius Feyten 1592—1612 antea praep. in Zoetendaal
39. Christianus Michiels 1613—14
40. Mathias v. Iersel 1614—29
41. Joannes Chrysost. v. d. Sterre 1629—52
42. Norbertus van Cauwerven 1652—61
43. Macarius Simeomo 1661—76
44. Hermannus Joseph van der Poorten 1677—81
45. Gerardus Knyff 1682—87
46. Joannes Chrysostomus Teniers 1687—1709
47. Joannes Bapt. Vermoelen 1716—32 res.
48. Franciscus Ign. Lams 1732—38
49. Josephus van der Boven 1738—48
50. Joannes Chrysostomus Sammels 1748—53
51. Jacobus Thomas 1754—62
52. Antonius Varendonck 1762—72
53. Marcellus de Vos 1773—81
54. Wilhelmus Rosa 1781—86
55. Augustinus Poorters 1790—97, † 1816

ANTWERPEN St. Sacrament

Domus Ssmi. Sacramenti. Sint Sacramentshuys (de cetero vide supra).

Parthenon. Anno 1644, sorores ex Valle Stae. Catharinae Bredana profugae, venerunt Antwerpiam, et locaverunt ibi domum nobilis familiae de Fugger, sitam „op de Yser Waghe". Post reconstitutionem Vallis Stae. Catharinae in Oosterhout, domus anno 1677, auxiliante A. Willemsen cive Antwerpiensi, per Godefridam Priorissam empta et sui juris facta est. Asceterium stetit sub paternitate abbatum Sti. Michaelis. Etsi esset pauper, fundavit tamen domum in Turnhout anno 1687. Templum et claustrum perbellis fenestris depictis erant ornata. Anno 1783, sub priorissa Antonia van der Wee, a Josepho II. suppressum est, et anno 1797 venumdatum. Ecclesia primo profanata est in horreum, sed nunc omnia solo sunt aequata.

Archivalia: 13 doc. 1765/96 Staatsarch. Antwerpen — Notae de monasterio: BRB MS. nr. 22471

L i t t e r a t u r a : (cf. etiam St. Catharinadal, et abbatiam Sti. Michaelis) HUGO II 1053, prob. 655/63 — WAEFELGHEM 310 — LEROY NMA 53 sq. — GOOVAERTS IV 344 — *Inscr. Fun.*, IV LXXXVII/XCI, 167/94 (Series priorissarum) — SANDERUS CSB I 131 — A. ERENS, *De stichting van het Allerh. Sacramentshuis, Norbertinessenklooster te Antwerpen* (Anal. Praem. VI, 1930; 102/43) — *Anal. Praem.* II (1926) 229/31 — Vide supra apud abbatiam Sti. Michaelis: DIERCXSENS VII 282 sq., MERTENS TORFS VI 67, PAPEBROCH V 458 sq. Apud Herenthals: v. SPILBEECK 159 sq. — Apud St. Catharinadal: v. d. AURA, passim.

A V E R B O D E (B. M. V. et) S. Joannis Baptistae

Everbodes, Everbeur, Eurebedium, Eurebede, Averbodium, Everboede, De Verbo Dei

In loco, quo invicem contingunt hodiernae provinciae Brabant, Limburg et Antwerpen [35]). In Belgio, non longe a Diest. — Dioc. Leodiensis, nunc Mechliniensis.

Abbatia conspicua atque insignis. Fundata iuxta capellam quandam, Sti. Joanni Baptistae dedicatam, annis 1134/35 ab Arnoldo de Looz comite. Filia Sti. Michaelis Antwerpiensis. Initio monasterium duplex. Moniales primo degebant probabiliter apud canoniam ipsam, dein in loco dicto „Vrouwenklooster“ in silva quadam vicina. Translatio earum in curiam Wahanges versus annum 1200 non successit, postremo circa annum 1245 sedem fixerunt in Keizersbosch, de quo vide infra. De fundatione putatitia abbatiae St. Jansberg ex Averbodio, vide infra sub dubiis. Abbas quidam intrusus, anno 1444 ab antipapa infulatur, quod privilegium anno 1454 est legitimatum. Canonia locuples possedit 14 grangias, inter quas eminebant Maaseik, Wahanges, Stercksel et Pipelspade. Triginta habuit ecclesias parochiales, quas fere omnes religiosis suis administravit, scilicet in Belgio: Balen 1266, Eindhout 1252, Oostmal et Veerle 1323, Vorst St. Gertrudis 1320, Weelde 1261 Jauche 1207 (postea cessa abbatiae Heylissemensi), Messelbroek 1166, Rotselaar 1280, Testelt 1147, Wesemaal 1232, Neerheers 1315, Koersel 1204, Zittaard-Lummen, Brusthem et Kosen 1230, Hechtel 1337, Neerglabbeek et Opglabbeek 1219,

---

[35]) Ante revolutionem gallicam, abbatia partim sita erat in territorio episcopi Leodiensis, partim in ducatu Brabantiae, qui status multas attulit difficultates.

Oostham 1281, Opitter 1279, Rukkelingen 1240, Rummen 1244, Tessenderloo 1135, Zoetendaal et Zolder 1304. In Neerlandia autem: Blerick, Berkel 1219, Hoogemierde 1212, Venlo 1259[36]). Parochiae Buggenum, Halen, Helden, Roggele, Neer et Nunhem anno 1288 unitae sunt asceterio Keizersbosch, et in praxi sub patronatu erant abbatiae Averbodiensis.

Anno 1578, communitas est dispersa, annis 1585—1604 vixit in Diest. In abbatiam redux, abbas Mathias Valentyns eam restauravit ab intra et ab extra. Ecclesiae anno 1194 constructae, anno 1503 post incendium substituitur nova speciose ornata. Annis tamen 1664/1700 erectum est hodiernum templum, vastum atque elegans. Refugia habuit canonia in Tienen, Leuven, Brussel, Diest, 's Hertogenbosch, St. Truiden et Mechelen. Saeculis XVII et XVIII Averbodium optime floruit. Anno 1787: 95 canonici, ex quibus 53 erant in parochiis. Redditus annui: 36327 florenorum. Anno 1797 est suppressum. Omnia aedificia praeter ecclesiam, praelaturam et portam corruerunt. Anno 1834 tamen revixit, aedes sunt reconstructae, et anno 1872 in statum abbatialem est redintegrata. Decenniis peractis maxime increvit, numerat 233 religiosos (1953), dirigit collegia in Brasschaat, et tria in Brasilia[37]), missionem in Dania; canonia, quae magnum habet prelum, insuper est sedes primaria „Cruciatae Eucharisticae Pii X", et Archiconfraterniatis B. M. V. a Ssmo. Corde. Nostris temporibus ex Averbodio prodiit nova domus in Bois Seigneur Isaac, et novum asceterium Petropolitanum in Brasilia paternitati eius est subdita. Anno 1942, aedes canoniae, praeter ecclesiam et portam, igne sunt consumptae, sed postmodum amplius et pulchrius sunt reconstructae.

Archivum amplum quoad maiorem partem est in loco. (Vide d'HOOP, III 59/64; LEFEVRE, WAEFELGHEM). Continet inter alia 4000 circiter chartas originales, varia cartularia, chronica et annales. Obituarium Saec. XIII. — Alia MSS in AGR (cf. d'HOOP III 41/59), BRB, Bibl. Univ. Leodiensi. — AAPa: II 1 (1565/1890), VII 47, 49, 54, XVII 1 (Epistolae) —

Fontes et Litteratura: HUGO I 208, Prob. 124/30 — WAEFELGHEM 15 — AA. SS 1. Junii 965 — *Act. Proc. Univ. Lov.* I 356 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind — v BOTERDAEL 146/305 — BROM OBStUtr II 359 (Append.) — CANIVEZ II 90 — *Cart. St. Lambert* I 642, II 635, IV 310

---

[36]) Vide infra inter „Dubia et Praetermissa" asceterium Sti. Spiritus in illa civitate.

[37]) Vide de his domibus, quae omnes sunt formatae, in appendice nostri operis.

650 — *Chambre Apost. Martin* V (AVB XIV) I nr. 168 — *Chron. Liég.* II 671 — COPPENS IIIb 132, IV 156 — *Corresp. Phil. II* VI 24 — COTTINEAU 225 — *Den. Foy. Brab.* T. O. 10 — DESSART 78 sq. — DHGE V 1028 — *Form. Pr.* Nr. 274, 287, 310, 311, 313, 329, 330 — ERENS, *Hoeven* 347/48 — IDEM, Parochiezorg 178/81 — *Gall. Chr. Nova* V 106/11 — GOOVAERTS I 13, 20, 24, 32, 67, 78, 89, 97, 108, 120, 123, 142, 149, 175, 191, 208, 235, 243, 256. 269, 304, 314,, 320, 372, 387, 483, 484, 485, 590, 596, 597, 599, 609, II 86, 132, 140, 154, 189, 213, 256, 270, 272, 273, 276, 282, 283, 285, 286, 306, 307, 310, 331, 332, 333, 335, 361, 371, 377, III 13, 15, 25, 27, 31, 42, 47, 62, 99, 133, 136, 137/44, 150, 151, 178, 183, 200, 202, IV 8, 15, 21, 25, 34, 40, 42, 44/55, 59, 63, 64, 75, 87, 94, 107, 114, 146, 163, 205, 212, 213, 279, 309, 313, 327, 344, 346 — GRAMAYE 74/81 — de HEMRICOURT III 208 — HEYLEN 33/40, 102/03, 107, 110, 184/91 — d'HOOP II, III 35/64, V 296, VI 212 — *Inv. Arch. Nederm.* nr. 1170, 2241 — v. ISACKER BERLIERE *Lettr. Clement VI* nr. 1575 — JAFFE 8000 — LAENEN KGBrab II 45/60 — *Matr. Univ. Lov. I* 263, II cf. ind. — MIGNE PL t. 179, c. 445 — MIRAEUS ODH cf. ind. II ij, IV iij — J. d'OUTREMEUSE VI 401 — PIOT, *Cart St. Trond* I 634, II 406, 413 — PLANTENGA cf. ind. 354 — PONCELET, *Hugues de Pierrepont,* cf. ind. — RAMACKERS PUrkN 221 — IDEM Urk. Nancy 130 — *Reichsreg. Karls V.* 1775, 1973, 5936, 6937 — SANDERUS CSB I 287/304 — SAUERLAND, *Urkunden u. Regesten z. Geschichte der Rheinlande aus dem Vatik. Archiv.* Bonn 1902, VI 618 — SCHUTJES cf. indicem apud singulas parochias — *Suppl. Urbain* V (AVB) cf. ind. — *Lettres com. Jean XXII* 29375/76 — *Lettres Benoit XI* (AVB) cf. ind. — TCCD II/IX, XI 1, XI 2 cf. ind. — E. VALVEKENS, *Vis. Can.* I 9, 11, 17/20, 24/27, 31, 37, 46, 52, 56, II 97, 130/31 — IDEM, *Doc. Prém.* I 162, 163, 166, 172, 173, 179, 184, — VERBOUWE II Diest 53/59 — De WACHTER II 300/02, V 475 — WAEFELGHEM, *Abbés* XII 6/11 — WICHMANS 722/26 — BELLESHEIM, *Abt Simon Braunmann (Zschr. Aach. Gesch.Verein 1897,* 297 sq.) — (L. BLOMME), *De Norbertijnerabdij van Averbode,* Averbode 1920 — J. DARIS, *Histoire des Comtes de Looz,* Liége 1864, passim — P. LEFEVRE, *L'Abbaye Norbertine d'Averbode pendant l'époque moderne 1591/1797. T. I.: L'Organisation constitutionelle et la vie religieuse. Louvain 1924* — IDEM, *Arnould van Leefdael, abbé d'Averbode, à l'époque des troubles religieux du XVIe siècle,* BARAB 1923, 41/89 — A. MAES, *Het herstel van Averbode (Anal. Praem.* X, 1934; 210/81) — G. PONCELET, *Les manuscrits d'Averbode,* BCRH V/6 (1896) 415, cf. IV/9 123, IV/12, 184/86, V/7, 411, V/8 118, 120, 128, 130, 131 — G. SIMENON *Visitationes archidiaconales Archidiaconatus Hasbaniae 1613/1763,* Leodii 1939,

cf. ind. II 893 — E. VALVEKENS, *Een Premonstratenzerabdij in het begin der XVIe eeuw (Anal. Praem.* XII, 1936; ed. textus), et Bruxellis/Hagae Comitum 1936 — IDEM, *Een Premonstratenzerabdij in het midden der XVIe eeuw*, Brussel 1938 — IDEM, *Arnold van Leefdael, prelaat der Abdij van Averbode († 1584)*, Brugge 1943 — (J. WOLTERS), *Notice historique sur l'ancienne abbaye d'Averboden*, Gand 1849 — Articuli in periodicis: AARAB XVIII (1861) 193/95 — ABMB IV (1926) 59/63, XII (1935) 8/24 — AHEB II (1865) 118, III (1866) 217, 1871 357/59, 1873 129/45, 1892 235 — Anal. Praem.. — II (1926) 60/81, 113/38, VII (1931) 270/92, VIII (1932) 174/217, VI (1930) 155/60, IX (1933) 281/87, XXVII (1951) 156, 168/69, XXIX (1953) 246/50 — ASAB VI (1892) 293/301 — BARAB 1913: 233/42, 1922 227/36, 1936 61/68 — BBH 1888 176 — BCRH II/8 (1856) 411 — BGHB I (1902) 190, 384, II (1903) 357, VII (1908) 453, 455 — BN VI (1904) 161/74 — Mechlinia VI (1927) 19/26 — Mel. Borman 155/64 — MSHB 1876 241/59, 1877 96/101 — Ons Geloof XXIII (1937) 7/20 — RBAHA II (1932) 289/308, IV (1934) 247/67, VI (1936) 151/76 — Zuiderkempen I (1932/33) 33/41, 49/63, II (1933/34) 45/63, III 1/14, XI 57/63

Series abbatum (WAEFELGHEM, Abbés l. c.)

1. Andreas 1135—66/67
2. Stephanus I 1166/67—88/89
3. Sibertus 1188/89—1201/02
4. Alexander 1202/06
5. Eggericus 1206—10/11, res.
6. Godefridus I. ca. 1211, res. inter annos 1214 et 24, † 1225
7. Balduinus inter an. 1214 et 24, † ante 1227
8. Robertus ante 1227—1237/38
9. Joannes Bossuit 1237/38 — ca. 1258 res., † ca. 1265
10. Walterus de Wesemael ca. 1258/69
11. Godefridus de Testelt ca. 1269/73 vel 74
12. Joannes de Tildonck 1273/74 res. post 1283, † post 1297?
13. Otho van Leuven 1283/89, res.
14. Joannes de Rotselaer 1289, res. ante 1303, † 1308
15. Joannes Quistwater ante 1303 —1311
16. Joannes Beckers 1311—54
17. Reinerus de Aarschot 1354—56
18. Arnoldus de Venlo 1365—60
19. Henricus de Winxele 1360—68
20. Arnoldus van Tuldel 1368—94
21. Joannes Molnere 1394—1422
22. Daniel Laecman 1423—41
23. Joannes Ruyssche (Balduini) 1441—58, res. † 1460
24. Arnoldus van den Valgaet 1458—73 res., † 1483
25. Bartholomaeus van den Valgaet 1473—1501
26. Gerardus van der Schaeft 1501—32

27. Dionysius van der Schaeft 1532—41
28. Paulus Gielmans 1541—43
29. Hieronymus Smets 1543—46
30. Mathias Volders 1546—65
31. Aegidius Sommers 1565—74
32. Arnoldus v. Leefdael 1578—84
33. Arnoldus van der Heyden 1585—88
Sedisvacantia 1588—91
34. Mathias Valentyns 1591—1635
35. Nicolaus Ambrosii 1635—47
36. Servatius Vaes 1647—98
37. Stephanus v. d. Stegen 1698—1725
38. Fridericus v. d. Panhuysen 1725—36
39. Simon Braunmann 1736—47
40. Gisbertus Halloint 1749—78
41. Trudo Salé 1778—82
42. Mauritius Verboven 1782—90
43. Gregorius Thiels 1790—97, † 1822
Norbertus Dierckx 1834—43
Sulpitius de Lespes 1843—48
Fridericus Mahieux 1848—68
44. Leopoldus Nelo, superior 1868, abbas 1872—87
45. Gummarus Crets 1887—1942 (Abbas Generalis 1922—37)
46. Emmanuel Gisquière coadj. 1940, abbas 1942—

BERNE (B. M. V. et) St. Joannis Baptistae

Berna, Baerne, Bernhe, Beyrna, Bernen, Birne, Beern, Bernne, Baernen.

Juxta Herpt, prope Heusden, ad Mosam flumen. Noordbrabant Neerlandia — Dioc. Utrecht, nunc 's Hertogenbosch. — Ab anno 1875 in Heeswijk, in eadem provincia et diocesi.

Abbatia insignis. Fundata est circa annum 1130 a Fulcone de Berna toparcha tamquam prioratus O. S. A., ab abbatia Rolduc dependens. Quae cum fundatio haud processisset, de consilio Episcopi Ultrajectensis anno 1134 data est canonicis Ordinis nostri ex Marienweerd, sub cuius paternitate Berna semper stetit. Extensa bona canoniae administrabantur partim ex quatuor eius grangiis praecipuis, quae interdum et „praepositurae" nuncupabantur: Maarsbergen, Honswijk, Altforst et Heeswijk[38]). Advocati erant Comites Cliviae, dein (1248) duces Brabantiae, postremo (1399) comites Hollandiae et duces Gelriae. Probabiliter Berna initio erat monasterium duplex, et moniales, mox in alium locum translatae

[38]) De Altforst, quod est idem ac Woerd, vide infra sub hac voce. De ceteris vide infra apud Dubiis et Praetermissis.

(Woerd? vide infra), saeculo XIII disparuerunt. Authentice de hac re nihil constat. Parochiae incorporatae et administratae usque in hodiernum diem: Heeswijk 1248, Vlijmen 1285, Engelen 1285, Berlicum 1240 (a qua seiuncta est anno 1948 Middelrode) Bokhoven 1363/69, Oudheusden/Elshout 1285/1316, Lithoyen 1613, Hedikhuizen, a qua segregatur Haarsteeg anno 1846. Anno 1381 numerus canonicorum est restrictus ad 25. Saeculo XV, satis collapsa erat canonia, sed initio saeculi XVI per abbates Arnoldum et Conradum van Malsen, quorum alter infulatur anno 1534, introducta est reformatio tam sana et efficax, ut Berna procellis subsequentibus extingui non potuerit, sed — unicus forte casus in Occidente! — destructione, exspoliatione et dispersione per saecula toleratis et superatis, nihilominus victrix, vitam et traditionem non interruptam servavit ad nostra usque tempora.

Conventus, non iam securus in sua domo, a Calvinistis anno 1572 expoliata, secessit primo in Buscoducum, dein in praeposituram Maarsbergen. Berna desolata anno 1579 combusta est, et dein a praelatis aliis locata. Conventus, Buscoducum mox redux, ibi anno 1623 in coenobio „Fratrum Vitae Communis" vitam claustralem instituit, sed iam anno 1629, civitate a Foederatis capta, iterum de facto suppressa est, quod anno 1648 etiam de iure a Statibus est decretum. Persona tamen iuridica abbatiae, sicut et ususfructus domus in Heeswijk, semper ab illis sunt recognitae. Canonici Bernenses abhinc parochias suas clam administraverunt ex locis in terra catholica sitis, conventus autem refugium sibi instituit Vilvordiae in Belgio anno 1657. Capitula Generalia et abbates circariae saepius institerunt, ut veram abbatiam ibi instituerent Bernenses, quod tamen illi rationabili ex causa semper recusaverunt. Religiosi formationem receperunt in aliis abbatiis circariae. Anno 1797, refugium Vilvordiae fuit suppressum, corpus iuridicum abbatiae tamen substitit, permultis periculis et aerumnis superatis[39]). Anno 1824, Rex Hollandiae, et anno 1832, Summus Pontifex existentiam illius confirmaverunt ut legalem. Abbates abhinc residerunt in domo sua Heeswijk, vel in parochiis. Novitii degebant apud F. F. Crucigeros, dein pariter in domibus parochorum; fratres clerici studium peregerunt in Seminario Episcopali. Anno 1857, abbas Gerardus Neefs vitam conventualem iterum instauravit in domo Heeswijk, retento nomine „abbatiae Bernensis". Exinde canonia

---

[39]) Circa annum 1807 intenta fuit emigratio communitatis in Americam Septentrionalem, rogante episcopo Baltimorensi (cf. KIRKFLEET, *The White Canons on the British Isles and in America*, West De Pere 1943, 279).

maxime effloruit, fundavit gymnasium adiunctum (1886), canoniam West De Pere in America (1898), missionem in India 1923; eodem anno restauravit abbatiam Windbergensem in Bavaria. Multa praestitit usque adhuc in actione sociali et liturgica. Status personalis: 1620:11, 1887:28, 1926:37, 1953:200. Fundatio in Gallia coepta (Nogent l' Artaud) iterum derelicta est. Anno 1950, Berna condidit prioratum „De Essenburgh" prope Harderwijk.

Archivum amplum fere integrum est in loco. — 8 Chartae (1285/1417) SAA — Bibl. Prov. Gen. 's Hertogenbosch MSS nr. 495a, 504 — AGR Arch. Eccl. Nr. 5504, 5505, 20244 — AAMech: Necrologium anni 1574 — Aliqua documenta (1445/1584) in monasterio FF. Praed. Gandavi — AAPa II 3, XVII 1

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 487 — HUGO I 329, prob. 289/92 — WAEFELGHEM 32 — v. d. AA II 343/45 — *Acta Proc. Univ. Lov.* II 51 — van BOTERDAEL 379/408 — BROM *Arch. Italie* cf. ind. — IDEM, *Bull. Traj.* nr. 1825, 2219, 2237 — IDEM, RegStUtr cf. ind. — *Cart. St. Trond* I 625, II 116, 268 — Anal. COEVERINCX I 37, 209, 213, 219, 223, 345, II 136/54, 211, 427 — COPPENS II 218, 243, 314, IIIa 407, IIIb 23, 87 — *Corp. Sig. Neerl.* 410/14 — COTTINEAU 358 — *Dén. Foy. Brab.* 32, 33 — DHGE VIII 818/21 — Gall. Chr.. N. V 423/26 — GAN I 110, 416 — GOOVAERTS I 124, 423, 607, II 185, 242, 273, 279, 281, 282, 304, III 25, 33, 41, 65, 102, 146, 147, 162, 175, 182, 196, 197, 201, IV 126, 209, 218, 244, 336, 343, 344, 348 — d' HOOP III 94, V 297, cf. ind. VI 24 — HEERINGA II 228/30 — JADIN Actes 605 — JAPIKSE VIII 190 —JONGKEES 346 — KIST MOLL I 305 sq. — KRONENBURG III 137 sq. IV 85, V 164, 396, 398, 406, 411, VI 250, 262 — v. LEEUWEN 1307 — MIRAEUS OHD cf. ind. II iij — MOLL II 2, 32, 347 — *Mon. Bat.* II 32, 35, 63, 66, 69, 88, 92, 96, 99, 168 — MULLER Reg. Utr. Nr. 575, 999 — OBStUtr II cf. ind. etiam p. 612 — OHZ cf. ind., Suppl. item, sed adde: 86, 227, 241, 553 — *Oudh. Gest.* 's Bosch 518 — Reg. Utr. 1301/40 cf. ind. —*Reichsreg. Karls V.* 1937, 7239 — *Rep. Germ.* I 124, 2754, 2760, II 358, 360 — RÖMER I/II cf. ind. — H. v. R. *Bisd. Utr.* III (1744) 35/91 — SCHUTJES I 273/312, III 257 (cf. etiam indicem apud singulas parochias) — SLOET nr. 266, 447, 501, 663, 671 — TCCD II/V, VIII, XI 1, XI 2 cf. ind. — *Tegenw. Staat* XVII 272 — VALVEKENS *Vis. Can.* II 76/77 — VERMEULEN Nr. 120, 318 — WICHMANS 749/53 — A. M. FRENKEN, *Het dagboek van Prelaat Jan Moors* 1637/39, in BB XXII (1940) 19/240 — C. HERMANS, *Verzameling van Charters en geschiedkundige bescheiden betrekkelijk het land van Ravestein,* 2 dln. I s. 1 et d., II 's Hertogenbosch 1850 (Indice caret, sed Berna saepius occurrit) — H. HEIJman, *Berne aan den tweesprong,* in: *„Brabantsch Jaarboek"* 1949, 132/41 —

IDEM, in „*Pro Nostris*" III (1931) 34/37 — J. HEZENMANS, *Drie Abdijen uit de XIIe eeuw. Eine studie op den aard en de maatschappelijke beteekenis der kloosters in de middeleeuwen.* Amsterdam 1874 (agitur de Berne, Tongerloo et Postel) — W. HOEVENAARS, *Uit het archief der Abdij van Berne*, in: *Nom. Geogr. Neerl.* II 96/150 — IDEM, *De proostdij Maarsbergen*, AAU (1890) 117/65, XX (1893) 161 — J. KLEIJNTJENS, *Otto van Boetselaer, coadjutor van den abt van Berne*, BB XIII (1935) 238/40 — IDEM, *Verkiezing van Nicolaus van den Braak tot prelaat van Berne 1837* (Anal. Praem. IX, 1933; 175/79) — —IDEM, *De abtskreuze van Th. Spierinck in Berne 1552* (*Taxandria NBr* XLI, 1934, pp. 156/66, 183/210) — J. M. J. KNAAPEN, *De aanteekeningen van Pastor Beckers. Bijdrage tot de kennis van Napoleon's tijd* (*Geschiedkundige Bladen* I, 1905, 1. halfjaar pp. 373/412, 2. halfj. pp. 1/47) — A. v. LOMMEL, *De Abdij van Berne. Bijdragen tot de kerkelijke geschiedenis van Nederland.* (*Dietsche Warande* IX, 1871, pp. 363/78, 429/58) C. B. De RIDDER, *Les élections dans les Pays Bas avant le XIXe siècle*, AHEB V (1868) 315/43 — J. W. des TOMBE, *De heerlijkheid Bokhoven en de abdij Berne*, in: *Taxandria (NBr)* XIX (1912) 152/59 — S . . . . ., *Het Kapittel van Heusden*, in: BB 1924 pp. 197/201 — A. T. O. van SASSE van YSSELT, *Jos. Rudolphus van Hoof en de abdij van Berne*, ibidem I (1918) 261/65 — *Berne Heeswijk. Verleden, heden. Berneboek.* s. l. et d (1934) — AAU 1913 p. 128 —

Series abbatum (si non aliter notetur, sec. DHGE)

Everardus I	† 1168	Alardus	1240, 1246[40])
Hugo	1176	Balduinus	1257, 1266
Godescalcus	1183	Joannes I.	1269?
Everardus II	—1201	Wenemarus	post 1270
Henricus I 1°	1213 dep.	Arnoldus II	1278
Arnoldus I	† 1222	Walterus II	1283, 1291
Henricus I 2°	† 1222	Nicolaus I	1296
Theodoricus I	† 1228	Gerardus I	1306
Ludovicus	† 1230	Radulphus	1312
Walterus I	1230, 1236	Joannes II. Beers	ca. 1314
Henricus II ●	1237/44	Nicolaus II	1326

[40]) OHZ Suppl. Nr. 93. In *Gestis Abbatum* (ed. WYBRANDS) p. 188 Alardus abbas citatur pro anno 1240, quod potest esse error. In OHZ Suppl. Nr. 122 occurrit insuper „Dominus H., abbas Bernensis" anno 1253. Forte est idem ac Henricus praecedens Alardum. Saepe tamen accidit, abbates post resignationem, successore defuncto, regimen iterum assumpsisse.

Joannes van Beesd 1327
Arnoldus van Waalwijk 1328—[41])
antea praepositus in Koningsveld
Joannes I. Pape 1359
Joannes II. Pape 1373
Conradus van Clootwijk 1375
Robertus van Deurne 1375—1400
Godescalcus van Veen 1400—29
Ingelramus Rompot 1429—32res.[42])
Arnoldus Martini 1432—33 res.[43])
Gerardus de Greeve 1433[44])
Petrus 1435 sive 36—37 res.
Marcelius de Macharen
1457—61 res.[45])
Alexander Jansen 1461—73
Arnoldus 1473—92
Arnoldus van Malsen 1492—1515
Joannes Bierkens, coadj. 1500,
abbas 1515
Aegidius van Ingen Nuland
1515—28
Conradus van Malsen coadj. 1526
abbas 1528—49
Otto van Boetselaer, coadj. 1546,
abbas 1549—52
Theodoricus Spierinck van Well
1552—84
Adrianus van Veen 1584—1606
Arnoldus van Vessem 1607—08
Joannes Vercuylen 1608—21

Joannes Moors 1621—41
Leonardus Bosch 1641—68
Joachim Keysers coadj. 1657,
abbas 1668—76
Henricus van Dale 1677—92
Lucas 's Jongens 1692—94
Norbertus de Jode 1694—1707
Sedisvacantia 1707—13
Leonardus Maes 1713—28
Gerlacus van Malsen 1728—41
Hermannus van Goor 1742—45
Augustinus van Rijswijk 1745—50
Franciscus van Heck 1750—83
Adrianus de Wit 1784—93
Jacobus Grevers 1794—99
Sedisvacantia 1799—1805
Petrus Beckers 1805—23
Sedisvacantia 1823—37
Nicolaus van den Braak 1837—42
Gerardus Neefs 1842—59
Adrianus Manni 1859—67
Andreas van Laarhoven 1867—70
Henricus van den Brand 1871—73
Adrianus Ceelen 1874—85
Augustinus Bazelmans 1885—1908
Evermodus van den Berg 1908—30
Henricus Stöcker 1930—42
Milo Ondersteijn 1942—

Inseri nequit:
Haico abbas Bernensis (Obit. Prémontré, ed. WAEFELGHEM, die 24a dec.)

---

[41]) MULLER *Reg. Utr.* nr. 575
[42]) *Rep. Germ.* I 124
[43]) ibidem nr. 2754, 2760
[44]) Reg. Vat. Suppl. Vol. 276, f. 183v/84 (BROM I nr. 1348)
[45]) Reg. Vat. Vol. 451 f. 61v/62 (ibid. I nr. 167)

DELFT S. Spiritus et B. M. V.

Hospitale Pauperum, -de Delft, -Sti. Spiritus, -Pauperum Beate Marie, -Antiquum, Oude Gasthuis (ab an. 1400) — Sub nomine „Stus. Bartholomaeus" numquam occurrit in documentis.

Civitas in Hollandia Meridionali, Dioc. Utrecht

Monasterium virorum Ordinis, fundatum est in Delft anno 1251, coniunctum cum asceterio vicino de Koningsveld, probabiliter ab eo distans, per Richardem fundatricem illius. Hoc monasterium, cui statim commissa est directio hospitalis adnexi, fuisse meram partem masculinam monasterii cuiusdam duplicis in Koningsveld, vix est probabile[46]). Hugo nuncupat hoc coenobium „Stus. Bartholomaeus in Jerusalem" et praeposituram, cuius primi canonici venerunt ex Marienweerd. Nullum fontem affert, et nullus praepositus ceteroquin est notus. Authentice monasterium huiusmodi in Delft tantum est notum ab anno 1467 tamquam carthusia. Hunc locum iam antea extitisse, est possibile, sed eum umquam fuisse habitatum a Praemonstratensibus (nisi forte sit peracta aliqua translatio), ex causis infra exponendis vix est probabile. Authentice constat, in Delft extitisse hospitale, quod saepenumero in documentis occurrit, sed semper sub denominationibus hic in capite allatis, numquam autem sub invocatione Sti. Bartholomaei, a quo loco ceteroquin satis distabat. Clare patet ex eisdem documentis, hoc hospitale fuisse „Ordinis Praemonstratensis", et quidem sub tutela abbatis Insulae B. M. V., et praepositi Campiregis. Gaudebat propriis bonis, erat omnino sui juris, nec haberi potest ut „merus appendix" asceterii Campiregis, etsi cum illo arcte fuerit connexum, praesertim initio. Annis 1264/65, degunt ibi „fratres et sorores"[47]). Saeculo XIV, ibi erant adhuc conversi et conversae Ordinis nostri, quod patere videtur ex regula eorum, data a praeposito Campiregis[48]). A saeculo XIII exeunte, senatus oppidi Delphensis administrationem temporalem hospitalis paulatim sibi arripuit, ita ut ad praepositum Campiregis postremo spectarint spiritualia tantum. Quae evolutio secum tulit, ut et

---

[46]) Medio saeculo XIII enim abbates circariae monasteriis duplicibus erant infensissimi. Confer quod diximus de hac re supra in praefatione.

[47]) OBStUtr III Nr. 1608, 1678

[48]) v. HEUSSEN, Episc. Ultraj. (1719) 591. Annus, quo redegit hanc regulam praepositus quidam Nicolaus una cum senatu Delphensi, non indicatur, tamen ex variis indiciis videtur esse certum, asserente D. OOSTERBAAN o. c., hoc esse actum inter annos 1329 et 31.

servitium in hospitali a religiosis pedetentim transierit partim ad saeculares, et pro praeposito fuit probabiliter ansa, instantius et iterate insistendi in characterem „Praemonstratensem" illius. Ideo invenimus circa annum 1400 in „Hospitali Ord. Praem." sorores conversas, quae abbatem Insulae B. M. V. recognoscebant tamquam suum superiorem legitimum[49]). Anno 1456 fuit ibi una soror professa tantum, quod triennio post statuitur ut legale[50]). Anno 1570, ultima soror professionem emittit in manus praepositi Campiregis, praesente „abbatissa" et parte conventus dicti asceterii[51]). Alius casus in historia Ordinis, hospitalis cuiusdam sui juris, per saecula solis conversis commissi, nobis non innotuit.

Hospitale in Delft anno 1572 saecularizatum est, et adhuc hodie subsistit.

Archivalia: Archief Oude en Nieuwe Gasthuis Delft. Ex tempore catholico pauca tantum ibi supersunt. Extant tamen duo cartularia, unum in dicto Archivo, aliud in AGR Bruxellis [52]). Varia sunt dispersa in aliis archivis Hollandiae. (cf. OOSTERBAAN, et materiam infra allatam sub Koningsveld et Mariënweerd)

Litteratura: HUGO I 235 — *Mon. Bat.* III 28 (de carthusia) —. D. P. OOSTERBAAN, *Zeven eeuwen geschiedenis van het Oude- en Nieuwe-Gasthuis te Delft* (opus ad prelum paratum, hoc anno 1954 publicabitur)

DIELEGHEM B. M. V.

Dili-, Dyele-, Dieli-, Dileghem, -gem, Diedelenchem, Didligem
Jette, Gethe, Jetthe, Jectense, Jetta
Olim prope Bruxellam versus septentrio - occidentem, nunc suburbium illius. — Dioc. Cambrai, nunc Mechelen.

Abbatia. Antiqua ecclesia collegiata, quae vix umquam fuerat O. S. B. Authentice anno demum 1095, occurrit tamquam canonia O. S. A., cuius

---

49) MULLER Reg. B. Nr. 1339. Textus originalis, quem mihi benigne proposuit Dr. Oosterbaan, Archivarius Muncipii Delphensis, adhuc clarius thesim nostram confirmat.

50) Charta Philippi Burgundiae dd. 17. 6. 1456, vide OOSTERBAAN o. c.

51) Cartul. Hospitalis Delphensis (Arch. Gasthuis Delft) p. 30. Pariter praesentes erant, a parte senatus, quinque „magistri hospitales" (Gasthuismeesters).

52) BROM dicit in *Bull. Traj.* I nr. 244 erronee. hoc cartularium esse inscriptum „Civitatis Delphensis". Revera est „Hospitalis Delphensis".

abbas Wattelinus cum suo conventu transiit ad Ordinem nostrum. Fundata esse fertur a Gualtero episcopo Cameracensi, auxiliante Domino Onulpho de Wolvertem. De sororibus nihil constat. Anno 1140, quatuor canonici venerunt ex Drongen, et quatuor alii ex Grimbergen, ut disciplinam Ordinis stabilirent. Canonia de Liedekerke O. S. A. primitus ad abbatiam nostram spectans, anno 1140 tamquam parochia unitur canoniae Ninivensi. Dieleghem exinde habebatur ut filia Trunchinii. Parochiae incorporatae et administratae: Jette, Wolverthem, Humbeek, Ganshoren, Denderleeuw, Menseghem, Zellick, Rossem. Anno 1532, abbates infulantur. Anno 1470, et iterum 1578 canonia destruitur, ac desolata iecit, donec anno 1593 reversi sunt religiosi. Anno 1776 nova ecclesia construitur a celebri architecto Dewez. Eodem anno profectus est Gulielmus Janssens, canonicus Diligemensis, in insulam Bourbon (Réunion), ubi curam animarum exercuit usque ad obitum an. 1785[53]). Postremo redditus annui erant 24842 florenorum. Anno 1796, cum suppressa est, canonia habuit 28 canonicos. Anno 1797 aedes sunt venditae, et postmodum solo aequatae, praeter praelaturam, paulo ante suppressionem erectam, quae nunc ecclesiam parochialem provisoriam continet.

Archivalia: Maior pars archivi periit. In AGR inveniuntur aliqua cartularia et registra (d'HOOP III 187/89), in BRB Manuale Bonorum saec. XVI/XVII (MS 4121) et Rentale saec. XIV (MS 4122) — AAPa: VII 1, 50 doc. 1525/1755, VII 47, 49, 65, XVII 1 — Necrologium cum chronica saec. XVI in AGR, ed. LAVALLEYE ut infra —

Litteratura: HUGO I 601, prob. 508/13 — WAEFELGHEM 75 — v. BOTERDAEL 442/76 — CLAESSENS 457 — COTTINEAU 970 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 54 — ERENS, *Parochiezorg* 202/06 — *Form.* Pr. Nr. 51, 106, 242 — Gall. Chr. *Nova V 87/93* — v. GESTEL II 83/93 — GOOVAERTS I 171, 313, 374, 484, 501, 598, 618, II 48, 184, 275, 314, 337, 413, III 38, 134,IV 55, 326, 343 — GRAMAYE 47/49 — d'HOOP II, III cf. ind. VI 70 — *Jaffe* 9151 — *Lettres Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MIRAEUS OHD cf. ind. II v — *Obit Groenend.* cf. ind. 502/03 — RAMACKERS Urk. N. 79, 132 — SANDERUS CSB I 387/407 — TCCD II 852. V 314, VIII, XI 1, 685, 882 — VALVEKENS, *Doc. Prém.* 165, 171, 180, 201. 226 — IDEM, *Vis. Can.* I 22, 31, 52, II 55/60, 116 — VERBOUWE, *Iconographie der Abdij Dieleghem*, ESchBr XIX (1936) — DE WACHTER II 642/43 — WAEFELGHEM *Abbés* XII 125/30 — WAUTERS II 9/17 — WICH-

---

[53]) *Liber Mortuorum* 82. Nonnisi rarissime religiosi Ordinis nostri, ante saeculum XIX, amplexi sunt missiones ultra mare.

MANS 744/49 — *Anal. Praem. XXVII* (1951) 169 — J. LAVALLEYE, *Le Liber Mortuorum de l'Abbaye de Dilighem* (Anal Praem. II, 1926; et III, 1927; ed. textus) — M. De MEULEMEESTER, *Notes d'histoire Jettoise,* Jette 1914 — IDEM, *De Abdij Dieleghem en de gemeente Jette,* ESchBr XV (1933) 225 — IDEM, *De laatste abten van Dilighem (Eigen Schoon* (IV, 1914; 81/87) — J. VERBESSELT, *Bijdragen tot de geschiedenis der Abdij Dieleghem 1540/60, (Brabantsche Folklore* XIX; 1940; 206/23) — *De Brabander* I (1919) 62/64 — ESchBr. 1913 134/40, XXVI (1943) 101/06, 175

Series abbatum (WAEFELGHEM, Abbés)

1. Wattelmus 1140/41
2. Theodoricus I 1141/44
3. Walterus I. 1144/50
4. Henricus I. 1150 / ca. 60, res.
5. Hildebrandus 1161—ca.85, res.
6. Theodoricus II 1185/86—ante 94
7. Henricus II 1194/1204 res.
8. Siger 1204/17 res.
9. Egericus 1217/18
10. Wennemarus 1218/19
11. Emilius 1219/20 res.
12. Henricus III 1220/26 deinde abbas in Parc
13. Gerardus I 1226—30
14. Daniel 1230—42, res. postea abbas in Grimbergen et in Ninove
15. Henricus IV? 1242/43?
16. Walter v. Roesbeke 1247, — ca. 1251 vel 56. Postea abb. in Grimbergen
17. Godescalcus 1257—74 res.
18. Onulphus 1274/75
19. Aegidius 1275—84
20. Henricus V. 1284—1300
21. Gerardus van Hontsen 1300—08, res. antea praep. in Gempe
22. Petrus I. 1308 res.
23. Eustachius 1308—10 res.?
24. Joannes de Craene 1310—30
25. Joannes Cruppelant 1330—38
26. Theodoricus III 1338—45
27. Joannes van Assche 1345—77
28. Nicolaus de Leeuw 1377—84
29. Joannes van Middelburg 1384—1400
30. Giselbertus de Wolf 1400—24
31. Joannes Jacobs 1424—40
32. Wilhelmus Croes 1440—57
33. Joannes van der Eycken 1457—62
34. Joannes van Lennick 1462—69 res.
35. Rolandus Piquot 1470—1501 res.
36. Rolandus Sanders 1501—05 res.[54])

---

[54]) Secundum ACG Laon 85 abbas iste, qui antea fuerat praepositus in Tusschenbeek, resignavit anno 1506, non vero 1505, ut dicit *Liber Mortuorum* (ed. LAVALLEYE). Dum necrologium illud, quod est simul chronicon, exaltat laudes Rolandi, ex ACG Laon l. c. et 91 patet, eum fuisse administratorem pessimum. Abbatia tunc adeo fuit depauperata, ut minaretur ei ruina.

37. Petrus van den Zype 1506—12
38. Cornelius van der Goes 1512—36 postea abb. in Middelburg[55])
39. Joannes van Tuegelen coadj. 1531, abb. 1537—38
40. Joannes van den Putte 1538—40
41. Arnoldus Mahieu 1540—74
42. Livinus van Coudenberghe 1574—1603
43. Martinus I. van den Hecke 1603—23
44. Joannes Bapt. de Haseleer 1623—45
45. Martinus II. van den Hecke 1645—62
46. Cornelius Lamberti 1662—78
47. Siardus Huenaerts 1678—80
48. Franciscus Kerremans 1680—89
49. Henricus Huys 1689—1720
50. Henricus Crockaert 1721—44
51. Henricus v. Eesbeeck 1744—49
52. Franciscus Valvekens 1750—71
53. Joannes Bapt. Vandendaele 1771—89
54. Andreas de Maeght 1789—97, † 1829

Inseri nequeunt: Siger 1227 (MIRAEUS OHD II 991), et Walterus van Caelmont (Cart. Du Bég, de Bruxelles, No. 4578 AGR fol. 177) qui est probabiliter idem ac W. van Roesbeke.

EEWEN

Aiwen, Awen, Awin, Euven, Ewen, ter Euwen

Juxta Broechem prope Lier, Prov. Antwerpen — Dioc. Cambrai, nunc Mechelen.

Parthenon, ortus per translationem sororum Tongerloensium inter annos 1141 et 67. Erat ibi hospitale ad annum usque 1299, quod initio probabiliter a sororibus regebatur. Circa annum 1280, sorores disparent, et Eewen fit curia, cuius fratres conversi pariter hospitali inserviunt. Saeculo XIV, ibi adhuc erat capella lignea, saeculo XVII ibi videbantur vestigia monasterii vel curiae.

Archivalia: vide Tongerloo, sicut et pro

Litteratura Speciatim consule: ERENS OAT I 387 — LAMY, *L'Abbaye de Tongerloo*, 92/103 — v. SPILBEECK, *Abdij Tongerloo* I 37 — WICHMANS 485 — *Anal. Praem.* V (1929) 85, VI (1930) 425 —

---

55) Electus est anno 1536, secundum FRUIN AAMidd Nr. 5, et obiit an. 1539 (ibid. Nr. 1368). Data quae habet *Liber Mortuorum* (1537, 1541) sunt falsa.

GEMPE B. M. V., SS. Joannis Bapt. et Evangelistae

Gene-, Ghene-, Ghen-, Gheen-, Ghenne-. Ghempe, -pa, Insula Ducis, l'Ile-Duc, Tshertogheneylandt

Inter Lovanium et Diest, com. St. Joris-Winge. Dioc. Leodiensis, 1559 Mechliniensis.

Asceterium fundatum anno 1219 in Pellenberg, inscio Ordine, a Reinero de Udeghem equite, qui octo suas filias collocare voluit. Neptis eius Elisabeth facta est prima priorissa. Ordo initio magnas movit difficultates, nec recognovit novellam hanc plantationem nisi biennio post. Anno 1229, translatum est monasterium in Gempe; anno 1252, ibidem fit altera translatio in locum salubriorem. Anno 1260 ecclesia consecrata est. Conventus elegit sibi praepositos ex diversis abbatiis, ab anno 1257 ex Parco tantum, cuius abbas iam saeculo XIII paternitatem exercuit. Ab anno 1487, loco praepositorum, priores restricta cum potestate gubernabant Insulam Ducis, ex qua ortum est asceterium filiale in Hombeek (Leliendaal). Propter turbas bellicas conventus interdum per annos commoratus est in suo refugio Lovaniensi, v. g. annis 1572/99. Disciplina semper excelluit; anno 1618, parthenon Keizersbosch a Gempensi est reformatus. Ab anno 1696, iterum titulus praepositi erat in usu. Redditus annui postremo erant 10400 florenorum. Ultimis decenniis saeculi XVIII, sorores erexerunt scholam in aedibus suis pro vicis circumiacentibus, quapropter saecularizatio Josephi II illis pepercit, non vero pertubatores galli, qui anno 1797, asceterium cum 26 monialibus suppresserunt. Conventus per aliquot annos vitam conventualem continuavit in vicino castro Hauwart. Ultima priorissa Carolina Wauters obiit anno 1806 in abbatia Parcensi. Aedes omnes solo sunt aequatae.

Archivalia ampla fere integra asservantur in Arch. Abb. Parcensis. (XII 1/4, numeri 1292/1842, VII 9, 47, 65, 82, VIII 8, 10, 76, 80, IX 6/10, 12, 46/51, 67, 70, 72, 87, 89. Chartas usque ad an 1414 ed. TROOSTEMBERGH l. c.) — Registra 1787/96 AGR Arch. Eccl — BRB — Bibl. Univ. Leodiens. —

Litteratura: HUGO I 886 — WAEFELGHEM 122 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 67 — *Form. Pr.* 245 — v. GESTEL I 231/32 — GOOVAERTS I 124, 168, 610, II 328, 381, 398 — IV 200, 201, 230 — d'HOOP IV 390 — — MIRAEUS OHD cf. ind. II vij — MOLANUS I 78, 79 214/17, II 1199 — POTTHAST 15222/24 — VALVEKENS Doc. Prém. I 228/35 — TCCD IV 726, V 106, 335 — WICHMANS 788/90 — A. ERENS, *Drie Visitatieverordeningen voor het Norbertinessenklooster te Gemp,* in: *Anal. Praem.* X

Archivalia: Magna pars archivi mansit in loco, ubi hodiedum asservatur (Rijksarchief Zeeland). Canonici autem secedentes anno 1574 multa archivalia secum tulerunt in Belgium, ubi a Bollandistis et a Miraeo consulebantur, sed modo non iam inveniuntur. Perpauca minoris ponderis habentur in AAPa. (VII 49, XXIX 1), AAA et BRB (vide FRUIN o. c.)

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 592/96 — HUGO II 187, prob. 129 — WAEFELGHEM 166, 379 — AA. SS. Junii I 968/81[95]) — v. d. AA VIII 873 — *Act. Proc. Univ. Lov.* II 398 — BERGER 1698, 4620/21, 5580/81, 6483 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — v. BOTERDAEL 337/78 — BOTS 321/33 — BROM *Bull. Traj.* cf. ind. — IDEM, *Reg. Utr.* cf. ind. — IDEM, *Arch. in Italie* cf. ind. — *Corp. Sig. Neerl.* 433/37 — *Corresp. Phil. II*, III 26 — COTTINEAU 1846 — GOOVAERTS I 394, 477, 507, 620, II 303, III 38, 106, 158, 161, 184, 200, IV 168, 191, 202/04 — HALMA II 85/86 — v. HEUSSEN *Middelb.* 7 sq. — HEIJMAN Verspr. 4 — JAFFE 9389 — JONGKEES 353 — KIST MOLL III 18, 328 — LAENEN, *Arch. Ét. Vienne* 213 — *Lettr. com. Jean XXII* 10461, 16837, 16844 — LTK VII 179 — *Matr. Univ. Lov.* I, II cf. ind. — MOLL II 1, 85, II 2, 29/30, 50, 342 — *Mon. Bat.* II 130, cf. 39, 78, 104, 148, 206 — MULLER *Reg. B.* 735, 1198, 1772, 1845, 4320, 4245 — OBStUtr I/III cf. ind. — OHZ I/II cf. ind. item Suppl. — POST *Eigenk.* 92, 103, 110, 173, 176, 180, 181, 184, 190 — POTTHAST 3295, 12738, 13339, 14433, 14447, 14504, 14915, 16498 — PRESSUTTI 5482/84, 7402 — *Reg. Benoit XII* 9402, 9469, 9478 — *Reg. Bonif. VIII*, 1003 — *Reg. Utr.* 1301/41 cf. ind. — *Reichsreg. Karls* V. 1987, 5778 — *Rep. Germ.* I 11, 34, 60, 65, 122, 222, II 13, 41, 43, 48, 210, 357, 367, 370, 371, 374, 1324, III 62, 279, IV 1:123, 1061, 1089? — RICHTHOFEN II 528/31 — H. v. R. IV 6/24 — RÖMER II 269 — SERNEE, DROSSAERS en FEITH cf. ind. 410 — TCCD III/VI, VIII/XI 2 cf. ind. — VALVEKENS *Vis. Can.* II 42, 70 — BAUMGARTNER, *Der lange Jan von Middelburgh*, in: *Stimmen aus M. Laach* XXV (1883) 186/95 — J. de BEKA, *Chronicon*, ed. A. BUCHELIUS, Ultrajecti 1643, fol. 45 — H. BRUGMANS, *Het Archief der*

---

[95]) Fons praestantissimus ex archivis interea amissis, cf. OBREEN, *De Oorsprong* 2, et *Anal. Praem.* XIII (1937) 169. Series abbatum ab illo allata, multa quidem praebet nomina aliunde ignota, attamen cautissime videtur esse legenda, et saepius aperte errat. Aliqui abbates, quos praebet, confirmantur a necrologiis canoniarum nostrae circariae.

Abdij van M. in: *Ned. Spect.* 1902; 420. Cf. 1904, 286 — P. K. DOMMISSE, *Onderzoek naar de oudste omwalling der stad Middelburg (Arch. Z. G.* XLVIII, 1904) — G. v. d. ELSEN, *Bijdragen voor de geschiedenis der abdij te M. en van het nonnenklooster te Zoetendaal*, BBH 1888, 173/206 — M. v. EMPEL en H. PIETERS, *Zeeland door de eeuwen heen*, Middelb. 1935/53 (bibliographia fusa I 93) — A. ERENS, *Rond de laatste prelaatsbenoeming in de O. L. V. Abdij te M. (Anal. Praem.* VIII, 1932, 25/42) — J. ERMERINS, *Zeeuwsche oudheden*, 11 partes, Middelb. 1780/97, passim — R. FRUIN. *De jaarstijl der middelburgsche abdij (Ned. Arch. Bl.* XV, 1906/07; 86/92) — IDEM, *Het archief der O. L. V. abdij te Middelburg*. Den Haag 1901 — IDEM, *Bezittingen der abdij van M. op Walcheren (Coll. R. FRUINS verspr. geschriften*, levering 39, Den Haag 1909) — IDEM, *De abten van M. vermeld in het Necrologium der Abdij van Park (Arch. Z. G.* 1909, 157) — IDEM, *Het Archief van Prelaat en Edelen van Zeeland*, Den Haag 1904 — IDEM, *Servitia, tienden, en exemptiegelderen, opgebracht door de O. L. V. Abdij te M. 1387—1485* (BMHG XXII, 1901; 270, 357/87) — IDEM, *Vier nog onuitgegeven oorkonden uit de XIIe eeuw betreffende de Middelburgsche Abdij* (BBH XXV, 1900; 413/18) — P .M. GRIJPINK, *Register op de parochieën, altaren en vicarieen en de bedienaars, zooals die voorkomen in de middeleeuwsche rekeningen van den officiaal des aartsdiakens van den Utrechtschen Dom*, Amsterdam 1914 — W. HOEVENAARS, *Bijdragen tot de geschiedenis der Premonstratenser Abdij van O. L. V. te M.; uit het Archief der Abdij van Park* (BBH XXII, 1897; 210/36) — IDEM, *Vier oorkonden uit de XIIe eeuw,de Abdij van M. betreffende* (BBH XX, 1895; 172/77) — J. J. v. d. HORST, *De kerken en parochieen op Walcheren* (BBH VI, 1878; 436/60, VII (1879) 391/472, VIII (1880) 134/51. 179/94 — IDEM, *De verkiezing van Joh. Dankardi tot abt van M. 1484* (BBH I, 1872/73; 312/15) — J. HUIZINGA, *Burg en kerkspel in Walcheren (Meded. Kon. Akad. van Wetensch. Afd. Letterk. Nederl.* LXXX B, 1936; 27/62) — M. HÜFFER, *Middeleeuwsche jaarstijlen in Nederland (Historisch Tijdschr.* V, 1926; 65, cf. *Anal. Praem.* III, 1927; 110) — M. F. LANTSHEER / F. NAGTGLAS, *Zelandia Illustrata*, 4 voll. Middelbg. 1866/99, passim — H. de LUSSANET de la SABLONNIERE, in: BOB 1948 6e ser. Jg. 1, 3/17 — de MARNEFFE, *Cartae Parcenses* (BGHB II, 1903; 426/32) — A. MEERKAMP v. EMBDEN, *Middeleeuwsche in een muur der Abdij van M. gevonden documenten, betreffende het klooster tijdens het Utrechtsche schisma* (Arch. Z. G., 1935; 207) — H. OBREEN, *De Oorsprong der Middelburgsche Abdij. Een kerkhistorisch Onderzoek (Etudes d'histoire dédiées à la mémoire de Henri Pirenne*, Bruxelles 1937, 217/28); et in ASEF 1937, Nr. 401 (40) — C. H. PETERS, *De Nederlandsche Stedenbouw*, Leiden 1911, 134/39 — SMALLEGANGE, *Nieuwe Chronyck van Zeeland*, Middelburg 1696, passim — J. H. de STOPPELAAR, *Inventaris van het oud Archief der Stad M.*, Middelbg. 1883 — W. S. UNGER, *De monumenten van Middelburg*, Maastricht 1941, 36/71 — J. ab UTRECHT DRESSELHUIS, *Joh. van der Goes, abt van het Maria-kloo-*

ster te M., in: *Nehalennia, Jaarboekje voor Zeeuwsche Geschiedenis* 1850, 165 — E. VALVEKENS, *De laatste kloosterlingen der Abdij van M. (Anal. Praem.* IX, 1933; 97/135) — IDEM, *De opheffing der O. L. V. Abdij te M.*, ibidem II (1926) 275/79 — C. de WAARD, *De Archieven berustende onder het bestuur der godshuizen te Middelburg. Inventaris der oude Archieven 1343—1812*, Middelbg. 1907 — *Lettre de l'abbé de Middelbourg au roi Edouard III d'Angleterre 1344*, in: *Le Cotton Manuscrit Galba B I*, edd. E. SCOTT et M. GILLIODTS van SEVEREN, Bruxelles (C. R. H.) 1896, 2/4 — *Chronicon Vormeselense*, edd. F. VAN DE PUTTE, et C. CARTON, Bruges 1847 — *Annales Formosolenses*, in: MGH SS V 34/36 — in periodicis: AAU IX (1881) pp. 10/11, XXIV (1897) pp. 416/17, cf. 403/04, XXVII (1901) 429 — AHEB III (1866) p. 127 — *Arch. Z. G.* I, 4e st. 3, VIII 99, et 3e st. 126, 1907 p. 167. Cf. indices omnium tomorum huius periodici — BBH II 236, III 105, XII (1883/84) 95, XXV 379/405, XXVIII (1904) 331, 385, XXIX (1905) 13 — BGHB I (1902) 162 — *De Ingenieur* 1904, 540 — *De Opmerker* 1909; 47, 62.

Series abbatum

(Nisi aliter notetur. secundum FRUIN AAMidd)

Alboldus O.S.A.	1123/30	Petrus v. Middelburg	1213/14[101]
Walterus (1° ?)	1146/53[96]	Aegidius v. Leeuwen	1225/30[102]
Mandekinus	1156[97]	postea abbas in Vicogne	
Walterus (2° ?)	1162	Theobaldus	1231/37[103]
Goshelmus	1188	B.	1241/44[104]
Florentius elect.	1190[98]	Nicolaus	1246/63
Gilbertus	res. ante na. 1208[99]	Vigilius	1266[105]
Arnoldus	1208/09[100]		

---

[96]) OHZ 130, FRUIN *Abten* 158. Forsan est idem Walterus ac pro anno 1162.

[97]) H. v. R. 11.

[98]) AASS 971, ex quibus haurit H. v. R. 8. Certe non vixit usque ad annum 1220.

[99]) OHZ 219.

[100]) ibidem 221, FRUIN AAMidd nr. 11 — HUGO: anno 1225.

[101]) OHZ 237, 244. HUGO et AASS 970 habent Petrum van Biggenkerke anno 1233, pro quo vero secundum documenta, non est locus, nisi forte sit confusio cum Petro de Middelburg.

[102]) OHZ Suppl. 54, HUGO II 190.

[103]) OHZ nr. 329, 359.

[104]) ibidem 79.

[105]) AASS 971: Vigilius Doedius 1266/82.

Nicolaus 1271 / ca. 1287[106])
Jacobus de Insula 1288?[107])
Nicolaus Hugonis ca. 1289/1305
Henricus 1307/17
Nicolaus van Gent (Colijn) 1319/28
Oliverius v. Lier 1328—37[108])
Walter v. Zandijk 1338—44
Jan van der Goes 1348/58
Petrus Hoek 1359/66
Henricus Braem 1373—84
Hugo Bose 1385—90
Wilhelmus v. d. Does 1390—1405
Wigger Gherardijns 1405—22 res.
Joannes Zwaen 1423—26
Nicolaus Claeszoon van der Coulster 1426—38
Petrus Jacobszoon v. Damme 1438—65
Joannes Claesz. v. 's Gravenzande 1465—84
Joannes Danckaerts v. Westcapelle 1484—99
Petrus v. d. Capelle 1499—1518
Raymundus Peraud, Cardinalis de Gurck 1499—1500 (intrusus)
Maximilianus de Burgundia 1518—35[109])
Cornelius van der Goes 1536—39 antea abbas in Dieleghem
Florentius van Schoonhoven 1539—49
Mathias vanHeeswijk 1549—61
Nicolaus van der Burcht, episcopus 1561—73

Inseri nequeunt:[110])
Wigerus 5. 4. (Necr. Parcense)
Wolfradus 28. 4. (Necr. Parc et Tongerloo, in Averbodiensi: Ulfardus)
Giselbertus 5. 9. (Necr. Tongerloo)
forte idem ac Gilbertus ut supra
Bartholomaeus 24. 9. (Necr. Tongerloo)
forte idem ac B . . . ut supra.

---

106) OHZ et FRUIN o. c. cf. indd. Difficile est discernendum, quot abbates nominis Nicolai regnaverint inter annos 1246 et 1305, et quando alter desierit, alterque regnare coeperit.

107) AASS 971: 1316/20. HUGO l. c.: 1315. H. v. R.: 1288, quod fieri potest. Videtur esse dubius.

108) Hic AASS l. c. inserunt abbatem Nicolaum Hoogland sive de Alta Terra. Quem numquam extitisse probat P. v. MIERLO *Anal. Praem.* II (1926) 79.

109) Erat filius naturalis Philippi Ducis Burgundiae.

110) FRUIN, *Abten* l. c. negat, hos abbates referre ad saeculum XII/XIII, et identificat v. g. Wigerum necrologii Parcensis cum Wiggero Gherardijns (1405—22). Sed immerito, constat enim ex more Ordinis, necrologia abbates aliarum canoniarum tantum inseruisse saeculis XII et XIII.

NIEUWENRODE

Nieuroy, Novum Sartum

Prope Meise, non longe a Bruxellis. Dioc. Cambrai, dein Mechelen.

Parthenon fundatus inter annos 1133 et 39 per translationem monialium Grimbergensium. Versus annum 1270, ultimae duae sorores ab abbate Grimbergensi tamquam inclusae apud ecclesiam Hasseltensem sunt collocatae, ubi in odore sanctitatis obdormierunt.

Archivalia et Litteratura vide Grimbergen.

Confer etiam HUGO II 389 — WAEFELGHEM 179 — MIRAEUS ODH II 740 — TCCD IV 737

NIJMEGEN St. Magdalena

Conventus Virginum Inclusarum Noviomagi, Klooster ter Nonnen, Besloten Joufferen, Conventus Nonnarum.

Civitas in Neerlandia, Dioc. Coloniensis, ab an. 1559 Roermond, nunc Buscoducensis. — Situm erat monasterium in platea dicta „Nonnenstraat".

Asceterium, existens ab anno 1248, ab ignoto fundatore conditum, secutum est primitus regulam Paenitentium Ord. Ste. Mariae Magdalenae. Monasteria huius ordinis. pro peccatricibus fundata, tunc saepe et honestas virgines susceperunt, quae sicut et paenitentes conversae, maculam originis abstergere studentes, peccatrices non amplius recipere voluerunt, et immo nomen ordinis mutaverunt[111]). Ita „nonnae" nostrae iam anno 1268 „Pauperes moniales Ord. Sti. Augustini" voluerunt appellari, et in fine illius saeculi vocatae sunt „Albae Dominae"[112]). Anno 1277, moniales nactae sunt privilegium „eligendi sacerdotem quemlibet in confessarium, quem judicaverint esse aptum". Anno 1344, conventus, 21 monialibus constans, coram senatui et dignitariis urbis declara-

---

[111]) De Ordine Stae. Magdalenae vide infra apud Utrecht Wittevrouwen, inter dubia et praetermissa. Monasterium Noviomagense in unico tantum catalogo occurrit, scilicet in Averbodiensi.

[112]) V. KOKKE 6, 7, 15. Hoc monasterium ad tempus regulam Dominicanorum esse amplexum, ut habet *Mon. Bat.* l. c., e nullo documento elucet, immo vix est probabile.

vit, se abhinc normam sequi Praemonstratensium. Quae aggregatio videtur esse facta inconsultis et forte insciis abbatibus Ordinis. Ex archivo satis amplo asceterii patet, moniales nullos habuisse praepositos[113]), sed eorum loco „sacerdotes, procuratores, vel provisores", quorum nullus videtur fuisse ex quolibet ordine. Nec invenimus in dictis archivis commercium ullum cum Ordine nostro; bis tantum intervenisse legimus abbatem de Marienweerd (1449 et 1504), qui a parte Ordinis considerabatur ut pater abbas. Anna 1463, duae moniales Vallis Stae. Catharinae, de reformatione ibi peracta incontentae, rite transierunt ad asceterium nostrum. Pluries priorissa, sicut in Catharinadal, agit omnino independenter, sigillans diplomata propria auctoritate. In asceterio, quod. erat ditissimum omnium in civitate, et nobile, colebatur unum ex sic dictis cingulis Stae. Mariae Magdalenae. Anno 1383 ecclesia collapsa reconstruitur. Anno 1580 suppressum est monasterium, quinquennio post restauratum, sed anno 1593 definitive suppressum. Anno 1599, cum magna pars monasterii iam esset destructa, ecclesia coepit destrui, cuius pars adhuc exsistebat anno 1669. Ultima monialis obiit anno 1617 in monasterio. Nunc omnia solo sunt aequata.

Archivalia: 152 Chartae 1250/1562 in AAB, sigillis fere omnibus orbatae — 7 doc. 1249/89, 1521 in Oud Arch. Gem. Nijmegen, nagekomen stukken 67 vv., ibidem Rekening Rentm. Geestel. Goederen 1619/20. — Ex quibus archivis congestum est opus nondum publicatum C. Th. KOKKE, *Voorloopige lijst van stukken betreffende het nonnenklooster van de hl. M. Magdalena te Nijmegen* (Nijmegen 1939), ex quo materiam nostram hausimus.

Litteratura: HUGO et WAEFELGHEM nesciunt — ACQUOY III 228 — HABETS III 678 — HEIJMAN, *Verspr.* 29 — MARIS 275, 538 — *Mon. Bat II* 140 — SCHUTJES 259/61 — G. A. MEYER, *Katholiek Nijmegen*- Nijm. 1904, I 65/68 — H. D. J. v. SCHEVICHAVEN, *Oud Nijmegens Straten*. Nijmegen 1896, 313/23 — R. SCHOLTEN, *Das Cistercienserinnenkloster Grafenthal*, Kleve 1899, Reg. Nr. 167 (1364) et 168 (1433)

---

113) Anno 1531 prima vice invenimus „praepositum" quendam, nomine Arnoldi van Zandvoort, sed probabilius erat sacerdos saecularis. (KOKKE l. c.) Extitit iuxta monasterium domus dicta „proosthof".

NINOVE (B.M.V. et) SS. Cornelii et Cypriani

Nye-, Nie-, Ny-, Ninovia, -nove, -neven, -noue, -noven, Ninhovia, Ninive, Nieuwenhoven, Sente Cornelisberg by N.

Oppidum in Flandria Orientali, in Belgio. Dioc. Cambrai, ab an. 1559 Mechelen ab an. 1801 Gent

Abbatia insignis. Fundata apud ecclesiam quandam collegiatam B. M. V. in loco. Tres canonici eius, anno 1137, amplexi sunt Ordinem nostrum, quibus accesserunt septem ex Parcho, cuius filia nova canonia est facta. Dotata est a Gerardo de Ninove, constabulario Flandriae. Moniales mox translatae sunt in Pamel (anno 1188?). Parva abbatia de Liedekerke O. S. A. anno 1140 unita est canoniae Ninivensi, et facta est curia[114]). Anno 1166, translatum est monasterium ad locum aptiorem, non longe distantem; antiqua ecclesia mansit parochialis. Nova autem consecrata est anno 1174 ab Eskillo archiepiscopo Lundensi, magno fautori Ordinis nostri in Scandinavia. Praeter Liedekerke et Ninove, possedit et administravit ecclesias sequentes: Pamel, Voorde, Okeghem, Oetingen, Herlinkhove, et Borglombeek cum Strijthem. Possedit etiam tres baronias, et multas curias, praecipue Ruybroek, Kathem, Meerbeke, Liedekerke, Pamel, Schoor, Herbeek Boechout, et Renissart (prioratus), de quo vide infra sub dubiis. Refugia habuit canonia Bruxellis, Gandavi et in Aalst. Abbas Barth. van Hoemen in Concilio Basileensi, cui interfuit, obtinuit jura pontificalia. In fine saeculi XVI est devastata: annis 1578/84, canonici degerunt in Aalst. Anno 1603, tota canonia, vix reconstructa, igne combusta est. Annis 1635/1723, erecta est nova ecclesia abbatialis adhuc existens, speciosa et elegans; annis 1761/83 construuntur nova aedificia claustralia, palatii instar[115]). Proventus annui in fine erant 65000 florenorum. Ad insignes reliquias SS. Cornelii et Cypriani semper viguit magna peregrinatio. Anno 1797, suppressa est canonia. Monasterium anno 1822, solo est aequatum, loco eius nunc sunt via ferrea et coemeterium; ecclesia nunc est parochialis.

Archivalia: Ex primis saeculis superest insolita copia archivalium, in Rijksarch. der Prov. Oostvl. Gent. (Cf. *Anal. Praem.* IV, 1928, pp. 266/67, et ROCKWELL pp. 5/31). Ibi sunt Chartae et diplomata, quae partim edd. De SMET, in appendice suae editionis Chronicae Balduini Niniv. (II 749/983), et 134 voll. MSS religata: 3 cartularia, 2 chronica, 2 diaria abbatum, 3 obituaria (Illud saec. XII/XIII, nondum publicatum, maximi est momenti), registra et

[114]) Vide hac de re supra apud Dieleghem.

[115]) Unica imago huius aedificii extat in Abbatia Averbodiensi.

catastra. — In AAMech inveniuntur varia, inter alia 3 cartularia saec. XIV/XV, in quorum novissimo inserti sunt nostri „Catalogi Ninivenses" I et II[116]) — AAPa VII 37, 46 (Status Bonorum monast. Ninivensis), 47, 65, 67, XVII 2 (178 epistolae 1600/1737) XXIX 5 (163 numeri 1426/1825) — In Bibliotheca Union Theological Seminary, New York, habetur *„Liber Miraculorum Sti. Cornelii Ninivensis"*, saec. XII/XIII, de quo cf. ROCKWELL — Notandum est etiam *„Chronicon Balduini Ninivensis"*, praecipuus fons historicus saec. XIII, Copiae eius praecipuae asservantur in AAA, BRB et AAT.[117]) .

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 514/15 — HUGO II 369, prob. 227/40 — WAEFELGHEM 179/81 — AA. SS. Sept. IV 769/77 (Miracula Sti. Cornelii) — *Act. Proc. Univ. Lov.* I 354 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — BETHUNE I 86/90 — v. BOTERDAEL 409/41 — CLAESSENS 521/22 — *Corresp. Phil. II*, VI 134 — COTTINEAU 2076 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 135 — ERENS, *Parochiezorg* 206/10 — *Form. Pr.* Nr. 106, 308, 313, 343 — *Gall. Chr. Nova* V 111/18 — GOOVAERTS I 21, 25, 39, 91, 124, 125, 133, 140, 160, 244, 533, 576, 605, 620, II 230, 278, 282, 283, 300, 303, 325, 371, III 16, 34, 35, 39, 156, 159, 179, 188, IV 9, 10, 31, 37, 39, 97, 132, 168, 217, 230 — d' HOOP II. III, cf. ind. VI 156 — JAFFE 9157, 13086, 15667 — LAENEN *KGBrab* II 57/58 — *Lettres Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Lettr. Com. Jean* XXII 60468 — LONGNON VI 332, 335, 337, 338, 376, 723 — *Matr. Univ. Lov.* I 270, II cf. ind. — MIGNE t. 180 c. 1561, t. 185, c. 1825, t. 201, c. 1437 — MIRAEUS OHD cf. ind. II x, IV 212 — PLANTENGA cf. ind. p. 360 — POTTHAST 7505, 24455 — PRESSUTTI 4329, 5763 — SANDERUS F. I, III 188/92 — RAMACKERS P Urk N 66, 278, 368 — TCCD II/VI, VIII, XI 1 — VALVEKENS *Vis. Can.* I 12/16, II 101/06, 134 — IDEM, *Doc. Prém.* I 161, 203, 204/07, 209 — De WACHTER 473/74 — WAEFELGHEM, *Abbés* XII 116/20 — de LIMBURG STIRUM *Notice sur l'église de l'ancienne abbaye des Prémontrés à Ninove* (MSHB 1874, 76/85) — L. PLAS, *Bladen uit de geschiedenis van N.*, Ninove 1890 — W. W. ROCKWELL, *Liber Miraculorum Ninivensium Sancti Cornelii Papae. Ein Beitrag zur flandrischen Kirchengeschichte*, New York / Göttingen, 1925 — R. SCHOORMAN, *Inventaire sommaire des Archives de l' Abbaye de Ninove*, s. l. et d. — E. SOENS, *Het domein der Premonstratenzer Abdij van N. (Anal. Praem.* IV, 1928; 266/93, 374/405) — IDEM, *De kerk van Ninove en haar mobilier*, Gent 1907 — IDEM, *Aperçu historique sur l'ancienne Abbaye (de Ninove)*, in: *Comité prov. des Monum: Invent. Archéol. de la Flandre Orientale*, fasc. VIII (Gand 1912), 15/18 — IDEM, *Kunstinventaris van N. (Dietsche Warande en Belfort* 1907, 166 sq.) — IDEM, *De tienden*

---

116) Vide supra in vol. I 17, ubi corrigas „fol. 235/40" in „235/48"

117) De auctore vide LEFEVRE in DHGE VI 1418.

der Abdij van N. te Meysse en omstreken (ESchBr XVIII, 1935; 113/19) — IDEM, *Het hof van Kattem, uithof der Abdij van N.*, ibidem XVII (1934) 49/62 — IDEM, *De bezittingen der Abdij N. te Liedekerke*, ibidem XX (1937) 1/4 — IDEM, *De Herberg der Abdij van N. te Gent (Bulletin der Maatsch. van Geschied-en Oudheidk, te Gent*, 1910, No. 3, 38 pp.) — IDEM, *De pachthoven en molens der abdij van N.* (VMKVA Gent, 1910; 322, 653, 711/14 — ESchrBr XXXI (1948) 337/47 — BGHB II (1903) 224/26, V (1906) 448 — MSHB 1837 320/55; 1843 291 — *Toerisme* IX (1930) 497/501, XIX (1940) 439/42 — De SMET, *Chronicon Balduini Ninivensis ex autographo, et Codex Diplomaticus* (1092 — 1317), Bruxellis 1840, 2a ed. in R. C. F. II (1841) 747/983 — *Miracula S. Cornelii Papae Ninivensis*, edd. R. LECHAT in *Anal. Bolland.* XX (1901) 182/98; XXXIII (1912) 429/38, et ROCKWELL o. c. — *Fundatio eccl. Ninivensis* (MS London Brit. Mus. Nr. 14790, ult. fol. Edd: MGH SS XXV 552, *Gall. Chr. Nova* Instrum. Col. 293/94) — *Fundatio eccl. Ninivens. altera*, edd. MIRAEUS ODH I 528 sq. et MGH SS XXV, 553/54 — *De persecutione eccles. Ninovensis:* MGH SS XXV 554/56 cf. 547/48.

Series abbatum
(WAEFELGHEM, Abbés, et SOENS, mobilier)

1. Gilbertus I. 1137—42 res.
2. Gil(le)bertus II. 1142/43
3. Gerardus 1143—85
4. Arnoldus Wala 1186—90
5. Mathias de Scornay 1190—95 res.
6. Algotus 1195—99 res.
7. Steppo (Stephanus) 1199—1203 res.
8. Henricus I. 1203/04—06 res.
9. Joannes I. de Spinis 1206—07
10. Radulphus 1207—44
11. Siger 1244—51
12. Daniel 1251/52—55 antea abbas in Dieleghem et in Grimbergen
13. Wilhelmus I. v. Haltert 1255—58 res
14. Aegidius I. 1258—70
15. Peregrinus 1270 res.
16. Henricus v. Aalst 1271/72—74
17. Joannes v. Hartbeek 1274—1304/05 res.
18. Joannes Millius 1304/05—14
19. Joannes Dechamps (Scamp) 1314—17
20. Aegidius du Cellier 1317—24 res.
21. Joannes v. Impe 1324—26 res.
22. Simon de Costere 1326—28 res.?
23. Wilhelmus Bussere 1328—36
24. Joannes v. Dendermonde 1336—59 res.
25. Cornelius v. Hamme 1359—91
26. Joannes van Nokerstok 1391—1404 res.
27. Bartholomaeus v. Hoemen 1404?—47
28. Joannes Beverlync 1447—84

29. Wilhelmus Duchateau 1484—99 res.
30. Everardus van den Pandeke 1499/1500—1510
31. Joannes Clercx 1510—25 res.
32. Cornelius de Hey 1527—44 res.
33. Joannes de Avena 1544—67 res.
34. Michael a Male 1567—78
35. Petrus Aloys 1578—87
36. Adrianus Wasteels 1587—94
37. Antonius de Langhe 1594—1606
38. Christianus v. d. Abeele 1606—13
39. Joannes David 1613—36
40. Michael Mordack 1636 (electus, necdum confirmatus)
41. Christianus Roelofs 1637—57
42. Joannes de Neve 1657—85
43. Ferdinandus de Moor 1685—98
44. Carolus Charité 1698—1701
45. Dionysius Feysers 1702—12
46. Ferdinandus van der Haeghen 1712—54
47. Ferdinandus van der Eecken 1754—83

sedisvacantia 1783—88

48. Joannes Pameleirre 1788—96, † 1800

PAMEL

Pamella, Pamele

Non longe a Ninove, in Brabantia in Belgio.

Parthenon, quo translatae sunt sorores Ninivenses, anno 1188. Cum „villa Pamella" destrueretur per turbas bellicas, anno 1242, sorores iam videntur fuisse exstinctae. In secundo dimidio saeculi XIII, Pamel erat curia, a fratribus conversis abbatiae matris exculta.

Archivalia et Litteratura vide Ninove. Speciatim: E. SOENS. *Het hof van Pamel, uithof der Norbertijnerabdij van Ninove* (ESchBr XVI 1933; 210/30).

PARK St. Joannis Evangel.

Parcus, Parcum, Parchum, -Ducis, -Dominorum, -Lovaniense, Perk, Perck, Parck, het Park, 't Park, Perke, Peerke, Percke, 's Heerenpercke, Hertoghen Parck — Gallice le Parc, Parcq, Parc-le-Duc.

Prope Heverlee, nunc suburbium civitatis Lovaniensis, in Belgio. Dioc. Leodiensis, nunc Mechelen.

Abbatia celebris. Fundata est circa annum 1128 a Godefrido I. Barbato, Duce Brabantiae, et filiis eius Godefrido et Henrico. Filia Sti. Martini Laudunensis Advocati erant Duces Brabantiae, quorum „archicapel-

lani nati" facti sunt deinceps abbates Parcenses. Confirmationes pontificiae 1142, 1144, et imperialis anno 1154. Initio monasterium erat duplex. Sorores, quas saeculo XII non tantum invenimus in Parco, sed etiam, una cum fratribus conversis, in curia Vossem, saeculo sequenti sibimetipsis sunt relictae, et disparent. Videntur tetendisse in Parc-les-Dames sive Vrouwenpark, juxta Wesemaal, ubi habebantur tamquam moniales Ord. Sti. Augustini, donec anno 1215 regulam Cisterciensem adoptaverint, quam sunt secutae usque ad interitum anno 1796[118]). Filiam genuit unam: Ninove, Asceterium jure paternitatis dependens: Gempe. Parcum possedit curiam cum prioratu et hospitali in Runkelen, de quo vide infra sub dubiis. Ecclesias habuit et administravit sequentes: Archennes 1257, Blanden (capella cum curia) 1380, Pont à Celles, cum capella in Luttre 1161; Korbeek Loo 1481, Haacht 1230, Hauwaart saec. XVIII, Heverlee ad tempus saec. XVIII, Jezus Eik (N.D. au Bois) 1650, Lubbeek ante 1179, Parc 1802, Schoonderbuken (capella cum hospitali) 1144, Tervuren 1227, Tremeloo 1332/1783, Wakkerzeel 1225/1577, Werchter 1225, St. Joris-Winge 1234; jure patronatus tantum: St. Pieters Rode, et capellam Molenbeek. Parochiae, asceterio Gempensi incorporatae, ei sunt transmissae anno 1487: Kortrijk-Dutsel, et Nieuwrode. Refugia habuit in Brussel, Leuven, Mechelen, Nivelles, Tienen, St. Truiden et Vilvoorde. Abbates anno 1462 infulantur. Hoc tempore, abbas Th. van Tuldel strenue et cum successu luctatus est contra commendam. Saeculo XIV, iam fuerat introducta divisio mensarum, quae sub abbate Ludovico v. d. Berghe (1543/58), una cum peculio, iterum est derogata. Aerumnae consuetae, ut bella, devastationes, incendia et alia huiusmodi abbatiae miro modo pepercerunt, nec iconoclastae saec. XVI ei damna intulerunt. Saeculo XVII, erat florentissima, verum cor reformationis in circaria. Abbates Drusius, praesertim vero Masius, in restauratione Ordinis maximam habuerunt partem. Masius redegit statuta et Ordinarium Ordinis, anno 1630 promulgata. Status personalis: 1526:24 religiosi, 1609:25 intra, 19 extra, 1726:51, 1797:60 1929:47, 1953:60, redditus annui 1786:43410 florenorum. Anno 1789, est suppressa a Josepho II[119]), anno sequenti autem restaurata; anno 1797 de novo dissoluta. Anno 1801, religiosi superstites recuperaverunt aedes canoniae, et aliqui iterum vitam communem ibi reassumpserunt, potius tamquam parochi.

---

[118]) Cum vero nullum habeamus probamen, hunc „Parcum Dominarum" esse ortum ex „Parco Dominorum", res manet hypothetica. Confer casum Orienten supra in praefatione (nota).

[119]) Annus suppressionis 1787, qui saepe invenitur in litteratura, est erroneus.

Anno 1836, cum 11 canonici adhuc essent in vivis, canonia est restaurata. Anno 1872, iterum fit abbatia. Ab anno 1896, Parcum emittit missionarios in Brasiliam, ubi varias parochias administrant; usque ad annum 1914, tria periodica publicavit (Bibliothèque Norbertine, 't Parks Maandschrift, Analectes de l'Ordre de Prémontré). Aedes pulcherrimae, saec. XVI/XVIII constructae, integrae subsistunt. Ecclesia romanica saec. XVIII minus feliciter est modificata.

Archivum Parcense, quoad maiorem partem adhuc in loco asservatum, est amplissimum, et maximi momenti pro historia circariae, immo Ordinis. Inventarium vide apud d' HOOP (III 350/54) et WAEFELGHEM, *Invent. Somm.* *cf. Repertoire* eiusdem auctoris -- In aliis locis: AGR: 21 registra, 45 fasciculi, documenta an. 1134/1796, Cartul. Saec. XVIII, de annis 1129/1265, edd. MARNEFFE l. c. (cf. d' HOOP III 342/50) — London Brit. Museum: Annales Parcenses (—1316, edd. MGH l.c.) Add. MS 14788, et Copiarium saec. XVI/XVII, Add. MS 16953 — Obituaria extant quatuor in AAPa, antiquissimum, saec. XVI, edd. WAEFELGHEM l. c. infra.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE II 519 — HUGO II 473, prob. 306/19 — IDEM SAM. *Ep. Gerv.* 132 — WAEFELGHEM 189, 389 — *Act. Proc. Univ. Lov.* I 513, II 401 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — v. BOTERDAEL 105/45 — BROM *Arch. Italie* 1693, 1814 — *Cart. St. Lambert* II 108, III 7, V 142 — COTTINEAU 2189/91 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 144 — III 7, V 230 — *Chart. Ste. Waudru* III 808 — *Chron. Liége* II 654 — *Corresp. Phil. II* VI 142 — COTTINEAU 2189/91 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 144 — ERENS, *Parochiezorg* 168/78 — *Form. Pr.* Nr. 119, 229 — *Gall. Chr. N.* V 97/104 — v. GESTEL I 189 sq — GOOVAERTS I 74, 124, 142, 168, 173, 185, 187, 194, 195, 206, 273, 284, 301, 325, 414, 424, 551, 610, 626, 641, II 13, 22, 25, 34, 54, 77, 119, 172, 186, 201, 230, 248, 256, 283, 308, 313, 325, 326/29, 381, 398, 410, 432, III 39, 40 44, 45, 50, 53, 55, 60, 62, 73, 77, 132, 137, 144, 147, 153, 155, 156, 163, 169, 174, 175, 182, 187, 189, 192, 194, 198, 199, 200. 201, 205, IV 14, 19, 37, 56, 58, 85, 107, 114, 136, 151, 170, 182, 200, 227, 228, 231, 242, 246, 251, 319, 323, 338, 350 — GRAMAYE 105/11 — d' HOOP I/VI cf. indd. (Héverlé) — JAFFE 8255, 8715, 13469 — *Lettr. Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Matr. Univ. Lov.* I, II cf. indd. — MIGNE P. L. t. 197 145/332 (Epistolae Stae. Hildegardis ad abbatem Parcensem) — MIRAEUS OHD cf. ind. II x, IV 405 — MOLANUS cf. ind. II 1336, et 1347 (Tuldel) — *Obit Groenendael* cf. ind. — PIOT. *Cart. St. Trond* I 96, II 657 — PLANTENGA cf. ind. 361 — PONCELET *Hugues de Pierrepont*, cf. ind. — POTTHAST 16645, 21004, 26032, 26043 — PRESSUTTI 2206, 2569 — RAMACKERS PUrkN 62, 100, 108, 184 — *Reg. Boniface VIII* 252 — SANDERUS CSB I 157/283 — *Suppl. Urbain* V cf. ind. — TCCD II/XI 2 cf. ind. XI 3 219 — VALVEKENS *Vis. Can.* I 14/16, II 127/30, 153/59 — IDEM, *Doc. Prém.* I 162, 227 — IDEM, *Chap. Gen. Despruets* cf. ind. — De WACHTER III 75/77 —

WAEFELGHEM, *Abbés* XII 22/25 — WICHMANS 705/18 — E. v. EVEN, *Jean Maes, 31e abbé du Parc* (MSHB 1870, 343/50) — C. GOFFAERTS, *Masius et le cloitre du Parc* (BN IV, 1902, pp. 37/41, 64/71, 113/22, 151/57) — G. J. De HAES, *Chronologie de l'Abbaye du Parc.* (BN voll. II/VIII cf. indd.) — A. J. JACOBS, *Le prélat Simon Wauters et la première suppression de l'abbaye sous Joseph II*, Louvain 1887 — E. JANSEN, *Melchior Nysmans, prelaat van Park,* in: Taxandria (K) N. S. V (1933) 99/111 — IDEM, *L'Abbaye Norbertine de Parc-le-Duc*, Malines 1929 — IDEM, *Geschiedkundige navorschingen over de aloude abdij van 't Park, door J. RAYMAEKERS, uit het fransch vertaald, voltrokken en aangeteekend,* in: PMschr I/III (1900/03), cf. ind. et Anvers 1904 — P. LEFEVRE, *L'Epistola reformatoria du prieur de Bethleem, Henri van der Heyden, pour l'Abbaye du Parc, au XVe siècle (Anal. Praem.* III, 1927; ed. textus) — R. LEMAIRE, *L'église du Parc* (Bull. des métiers d'art 1904, 65/80) — IDEM, *Les origines du style gothique en Brabant. I. L'architecture romane.* Bruxelles 1906, 112/31 — P. LENAERTS, *Chronique d'un prélat du 18e siècle (Paulus De Bruyn, abbé du Parc. † 1719),* in *Anal. Praem.* XXV (1949 sq.) ed. textus nondum terminata — IDEM, *Journal de Libert de Paepe 1648/82,* in AOP VII/X (1911/14) cf. indd. — E. de MARNEFFE, *Cartae Parcenses,* in: BGHB II (1903) 421, 501, III (1904) 17/36, 137/49, 222/29, 395/400, IV (1905) 14 — H. MYLIUS, *Die Parkabtei bei Löwen,* in: *Belgische Kunstdenkmäler* (München 1923) II 133/60 — G. NOLS, *Quelques hommes célèbres qui ont professé à l'abbaye du Parc 1426/1694,* in BN V (1903) 119/29, 148/59, 226/36, 264/72 — IDEM, *Jean Masius, abbé du Parc 1635/47. Sa vie, et ses rapports avec les Jansénites,* in: AOP IV (1908) (1909) cf. ind. t. p. Bruxelles 1909 — IDEM, *Les abbés du Parc, archichapelains des Ducs de Brabant,* in: *Mélanges Moeller* 1914 I 508 sq. — IDEM, *Les anciennes cures de l'Abbaye du P.*, in *Anal. Praem* V (1929) 109/20 — IDEM, *Notes historiques sur l'Abbaye du Parc, ou cinquante ans dans la tourmente 1786—1836,* in BN XI (1909), XII (1910), XIII (1911) cf. indd. — J. VERSTEYLEN, *Cartae Parcenses,* in BGHB XIV (1923) 227/36 — IDEM, *Les chartes de fondation de l'abbaye du P.*, in: *Anal. Praem* V (1929) 121/31 — R. v. WAEFELGHEM, *Status monasterii Parcensis,* in: BCRH LXXXVII (1923) 223/388 — IDEM, *Les cartulaires de l'Abbaye du P.*, Bruxelles 1909 — IDEM, *Le Catalogue des abbés du P.*, Louvain 1911 — IDEM, *Inventaire sommaire des Archives de l'Abbaye du P.*, in: *Annuaire des Archives de Belgique* 1913, 110/12 — IDEM, *Het boek der aalmoezen der abdij van P. 1297/1387* (BGHB XV, 1924, 705/28, 779/807) — IDEM, *Le Nécrologe de l'abbaye du Parc,* Bruxelles 1908 — De WAERSEGGHERE, *Chronicon contractum insignis ecclesiae Parchensis..* Lovanii 1726, continuatio eius proc. Van de VELDE in MSHB 1839, 301/05 — *Annales Parchenses 909—1316,* edd. MGH SS XVI 598/608, et *Bra. Mus.* I (1860) 389/409 — In periodicis: AARAB XXVIII (1872) 550/58 — AHEB I (1864) 77, 98, 420/21, 444, 475, II (1865) 22, 25, III (1866) 127, 444, 502, V

(1868) 230/35, 239, VI (1869) 272, 287, VII (1870) 20/60, IX (1872) 38/41, 459/60, X (1873) 418/22, XII (1874) 190, XV (1875) 104, 385, — AOP II (1906) Nr. 3 — ASAB IV (1890) 92/99 — BCRH III/9, 240 — BGHB I (1902) 193, 443, IV (1905) 270/88, V (1906) 445 — BN I (1899) 6/8, 22/23, 60/64, 91/93, 109, II (1900) 7/11, III (1901) 14/23, 108/11, IV (1902) 55/64, 103/13, V (1903) 18/34, 159/61, XIII (1911) 211/18, 236/47, XV (1913) 177/86, 262/73, 281/85, XVI (1914) 2/6, 155/62 — ESchBr XVI (1933) 145/61 — *Mechlinia* VIII (1930) 63/64 — PMSchr V (1905) 4/7, 223/27, VII (1907) 162/64 *Revue de l'Art chrétien* 4e sér. XIII (1902) 315/18

Series abbatum (WAEFELGHEM. Abbés)

1. Simon 1132/42
2. Philippus 1° 1142/65 res.
3. Thomas 1165—66/67
4. Philippus 2° 1166/67—69/70 res.
5. Reinerius 1169/70 res.
6. Philippus 3° 1170—90 res.
7. Daniel 1190—92
8. Sebastianus 1° 1192—96/97 res.
9. Hubertus 1196/97, ca. 1200 res
10. Sebastianus 2° 1198 vel 1201—122
11. Joannes v. Bierbeek 1212—26
12. Henricus v. Brussel 1226—39 res.
13. Alardus v. Tervuren 1239—89 res.
14. Wilhelmus Bodenvlas 1289—1307
15. Sigerus v. Vinckenbosch 1307—14
16. Wilhelmus v. Herent 1314—16
17 Godefridus v. Attenrode 1316—32 antea praep. in Keizersbosch
18. Henricus v. Redingen 1332—39
19. Joannes de Steenhouwer 1339—42
20. Arnoldus v. Wesemaal 1342—46
21. Nicolaus Boseret 1346/47 —61
22. Stephanus 1361—68[120])
23. Henricus v. Overbeke 1368—91
24. Joannes Baldubel 1391—1414
25. Gerardus v. Goetsenhoven 1414—34
26. Walterus v. Beringen 1434—62 res.
27. Theodoricus v. Tuldel 1462—94
28. Arnoldus Weyten 1494—1515
29. Ambrosius v. Engelen 1515—43
30. Ludovicus v. d. Berghe 1543—58
31. Carolus van der Linden 1558—76
32. Ambrosius Loots 1577—83

---

[120]) Conventus elegerat anno 1361 Henricum van Overbeke, sed Curia Romana nominavit Stephanum abbatem Sti. Mariani Altissiodorensis (Auxerre, Circ. Franciae), qui anno 1368 abbas Generalis est factus. Antequam possessionem adierat, denatus est.

33. Franciscus v. Vlierden 1583—1601
34. Joannes Druys (Drusius) 1601—34
35. Joannes Maes (Masius) 1634—47
36 Libertus de Paepe 1648—82
37. Philippus v. Tuycom 1682—1702
38. Paulus de Bruyn 1702—19
39. Hieronymus de Waersegghere 1719—30
40. Alexander Slootmans 1730—56
41. Ferdinandus de Loyers 1756—62
42. Franciscus Généré 1762—78
43. Simon Wouters 1779—92
44. Melchior Nysmans 1793—97. † 1810
Petrus Ottoy 1834—40
Georgius Verhaeghen 1840—41
Philippus v. Eeckelen 1841—61 res.
Ignatius v. d. Kerkhoven 1862—68 res.
45. Aloysius Franck. superior 1868 abbas 1872—87
46. Franciscus de Paula Versteylen 1887—97
47. Quirinus Nols 1897—1936
48. Joannes Evang. Versteylen 1936—

Nota. Abbates sub Nr. 16, 19, 37, et 39 antea fuerant praepositi in Gempe.

POSTEL B.M.V. et St. Nicolaus

Postula, Postulo, Postello, -elle, ,ele, Poostel.

Prope Mol et Retie, in medio Campiniae, in solitudine, in limitibus Neerlandiae et Belgii, Prov. Antwerpen, in Belgio. — Dioc. Leodiensis, 1559—18... Buscoducensis, abhinc Mechliniensis.

Abbatia[121]). Fundata anno circiter 1135 a Fastrado de Uitwicht equite, tamquam curia abbatiae Floreffiensis, una cum hospitali [122]). Initio ibi erant fratres et sorores. Moniales, quae appellabantur „beghinae", versus

[121]) De jure nobis esset collocanda haec canonia apud circariam Floreffiae, ad quam usque ad annum 1738 revera spectabat. Sed cum apud WAEFELGHEM, HUGO, a MIRAEO Chron. Praem. 141 et immo in unico catalogo, cui est inserta (P), Brabanticae sit addicta, ad quam et hodie pertinet, quod adeo est notum, ut vix aliquis eam quaereret apud Floreffiam. melius esse censuimus Postulam inserere hic inter canonias Brabantiae.

[122]) Prima notitia de existentia eius est consecratio ecclesiae anno 1140 sollemniter facta per Isfridum, episcopum Raceburgensem (v. vol. I 241). Quod factum probat, Postulam fuisse conspicuam ab initio, et fundatam aliquot annis ante.

finem saeculi XIII extinctae sunt. Abhinc Postula, quae mox facta est opulenta, erat domus vere formata cum parvo coetu canonicorum, et turba paulatim decrescente conversorum, sub regimine provisoris seu prioris. Propter distantiam ab abbatia matre, provisor pedetentim fit practice independens. Cui evolutioni etiam favebat diversitas linguarum, et magna extensio bonorum, quae administrabat. Saeculo XIV, Postula iam habuit proprium stemma. Inter curias eius dependentes excelluit Balen-Wezel, refugia possedit in 's Hertogenbosch, in Lier, in Emmerich (Germania) et in Bree. Ecclesiae incorporatae erant numerosae; ante saeculum XVII, tamen Floreffia eas generatim per sacerdotes saeculares administrari curavit. Anno 1613, definitive 1616, Postula fit praepositura sui juris: quod anno 1618 a Capitulo Generali confirmatur. Anno demum 1621, fit abbatia, et anno 1680 abbates infulantur. Parochiae abhinc quoad maiorem partem a religiosis administrantur: nempe Arendonk, Olmen, Reusel, Veldhoven, Lierop, quibus accesserunt anno 1682 Asten (saltem ad tempus), Helmond, Lagemierde, Lieshout, Oerle Rixel et Luiksgestel. Ecclesiae viduatae de Beesd, Mill et Renoy, quondam spectantes ad abbatiam suppressam de Marienweerd, versus annum 1678 traduntur Postulae.[123]) Ab anno 1630, multa mala sufferenda habet canonia a parte Statuum Neerlandiae, qui saepe irruentes et eam exspoliantes, bona eius sibi arripuerunt, immo territorium eius reclamantes tamquam suum: quod litigium anno demum 1785 est decisum in hoc sensu, quod Postula quidem de jure pertineat ad Belgium, sed bona eius in Neerlandia sequestrata ei non sint reddenda. Bona quae ei manserant in Belgio, adhuc erant sufficientia: 4445 ha terrae. Status personalis: 1526: 5 DD, 9 conversi, 1636: 17 DD, 1685: 37 religiosi, 1744: 40, 1797:43, 1831: 10, 1953: 100. Anno 1738, Capitulum Generale decrevit transitum canoniae de Circaria Floreffiae ad Brabanticam. Anno 1797, suppressa est, vendita et partim deleta. Anno 1841, ultimus religiosus superstes emit monasterium desolatum OFM in Reckheim ad Mosam, et communitas Postulana ibi reconstituitur, donec anno 1847 recuperatio ipsius abbatiae successerit. Exinde abbatia bene effloruit. Fundavit missionem in Congo Belgico, quae anno 1937 tamquam Praefectura Apostolica de Lolo sui juris est facta. E medio aevo superest in Postel ecclesia abbatialis, modica quidem, sed pulchra (saec. XII). Spectabile est etiam refectorium saeculi XVIII.

---

[123]) WELVAARTS 348 enumerat 48 alia loca, ubi Postulenses exercuerunt, saltem ad tempus, curam animarum saeculis XVII/XIX (v. g. Someren, Zonderwijk).

Archivum adhuc asservatur in loco: 1043 chartae (1155/1792), et complura millia documenta papyracea. Praeter aliqua, Tongerloam tangentia, nihil adest de reliquis abbatiis circariae [123a]).

Obituarium saec. XVII confectum est ex Floreffiensi, et dein continuatum. — AAPa VII 47, 54, XL 7 —

Fontes et Litteratura: HUGO II 585, prob. 397/401 — IDEM, SAM *Ep. Gerv.* Nr. 81 — WAEFELGHEM 198, 380 — v. BOTERDAEL 477/512 — COPPENS II 243, III a 109, 174, 311, 372/84, III b 94, 100, 137, 174, 184, 203/24 — COTTINEAU 2345 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 150 — ERENS O. A. T. II 314, 428, 429 — *Gall. Chr. N.* V 409/28, *Instrum.* 409/10 — GOOVAERTS I 23, 56, 234, 244, II 189, 196, 278, 308, 377/80, III 25, 68, 166, IV 18, 62, 249, 253, 296, 314, 337, 343, 346, 348 — HEYLEN 8/37, 46/51, 116/17, 207/12 — LAENEN *KgBrab* II 45/60 — LEROY NMA 452 — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MIRAEUS ODH I 701, IV 534 — *Mon. Bat.* II 61, 62, 69, 92, 118, 145, 153 — PLANTENGA cf. ind. — PONCELET, *Hugues de Pierrepont* 211 — SCHUTJES cf. indd. apud singulas parochias in Neerlandia sitas — De RIDDER III 8/37 — TCCD II/X cf. indd. — VALVEKENS *Vis. Can.* II 73/76 — IDEM, *Doc. Prém.* I 190/200 — IDEM, *Chap. Gen. Despruets* cf. ind. — VERKOOREN I 3, 1678 bis, 1993 — De WACHTER III 441/43 — WAEFELGHEM, *Abbés* XIII 28/34 — WICHMANS 727/38 — BARBIER, *Hist. de l'Abbaye de Floreffe*, passim — E. v. d. BERGH, *Postele op ter Heyden*, 1942 et 1946 — COENEN, *De Abdijkerk van Postel*, in: *Verzamelde opstellen, uitgeg. door den Geschied- en Oudheidkund. Studiekreng te Hasselt 1923*, 77/84 — E. GIFE, *Postel, son abbaye et son église*. AARAB XXVIII (1872) 133/43 — C. GOFFAERTS, *Notice sur l'abbaye de Postel*, Louvain 1890 — P. HEUVELMANS, *Kronijk der stad en vrijheid Turnhout*, Turnhout 1844, 174/129 — HEZENMANS (v. supra apud Berne) — P. LEFEVRE, *Une controverse internationale relative à l'abbaye de Postel* (Anal. Praem. I 1925 49/68) — B. LUYKX, *Postel 1140/1940, 1847/1947*, s. l. et d. (1948) — J. NIEUWENHUYZEN, *De bibliotheek der abdij van Postel*, in: *De Gulden Passer* IX (1931) 69/74 — A. NOYONS, *Pourquoi l'abbaye de Postel relève-t-elle de la Belgique?* BGHB XXV (1934) 127/35 — A. PERK, *Bezoek aan de abdijen van Postel en Tongerloo*, Leiden 1885, 121/56 — (C. B. de RIDDER), *Le Prieuré de Postel est separé de l'abbaye de Floreffe*, AHEB V (1868) 241/55 — A. SASSEN, *De protocollen der Helmondsche notarissen 1595/1798*, 's Bosch 1890, cf. ind. — E. VALVEKENS, *Rumoldus Colibrant, eerste abt van P.*

[123a]) Invenitur etiam in Archivo Postellensi pretiosum Cartularium abbatiae Sti Trudonis (ed. Ch. PIOT o. c.), et varia de asceterio Nazareth O. Cist.

1621/26; in: *Anal. Praem.* V (1929) 27/45 — J. Th. WELVAARTS[124]), *Geschiedenis der Abdij van Postel*, Turnhout 1878, 2 a ed. 1887 — IDEM, *Postels Biographisch Woordenboek van de XIIe tot de XIXe eeuw*, Brecht 1892 — IDEM, *Gemyterde Abten van Postel, Zegels, Wapens enz.*, in: *Genealog. en Heraldiek Archief*. Den Haag 1890 — IDEM, *Postel en zijn vroegere invloed in de Nederlanden*, Amsterdam 1882 — IDEM, *Postel's oude kerk en kandelaar van 1160*, Gent 1888 — IDEM, *Bouwkunst, de aloude abdijkerk van P.* in: *Dietsche Warande en Belfort* I (1888) 281/92 — A. WICHMANS *Dissertatio historica de origine et processu coenobii Postulani in Brabantia*, Antwerpiae 1628 — In periodicis: *Anal. Praem.* XXII (1946) 170/74 — BB II (1918/19) 79/101, 285/304, III 84/154, IV 203/12, V 20/36, VIII (1927) 77/102, 150/75, IX 209/66, X 74/106, 201 (de parochiis in Neerlandia sitis) — BGHB VII (1908) 446 — *Belfort* N (1889) 41/45 — BN V (1903) 162/69 — *BraMus* I 1860, 67/70 — *Bulletijn van het provinciale komiteit van monumenten van de provincie Antwerpen* I (1862) 104/10 — *Dietsche Warande* III (1890) 524, 625 — MSHB 1839, 300/01 — *Het Jaarboekje van Alberdingk Thijm* 1892, 192 — *Taxandria (N. Br.)* XXVII (1920) 280/92, XXXVII (1930) 248/50 — *Oudheid en Kunst* (Brecht) XII 1921, 13/17 — PMSchr IV (1904) 219/25 — *Vlaamsche Schoolgids* I (1936/37) 108/17

Series priorum et abbatum (PRIMS)

1. Priores vel magistri curiae

Godescalcus	ca. 1138
an. 1176 abbas in Berne	
Rodulphus	11...
Thomas	1200
Godefridus	—1215
Walterus	1215—
Henricus	1223/29
Gerardus	1235
Iwanus	1242
Thomas	1249
Walterus	1268
Andreas van Dyon	1282
Joannes	1288
Reinerus v. Herenthals	1306
Wolfgangus	1308
Robertus v. Turnhout	1317/29
Arnoldus	1329—38
Joannes van Orp	1339—51
Henricus v. Stakenborg	1351—57?
Joannes de Perwys	1357—61
postea abb. Floreffiensis	
Andreas de Ribemont	1361—

---

124) Historiographus et archivarius canoniae meritissimus, cf. de eo GOOVAERTS II 377 Curricula Vitae confratrum bene meritorum, in variis periodicis publicata, postmodum coadunata sunt in „*Postels Biographisch Woordenboek*". Multa scripsit etiam de parochiis canoniae quondam incorporatis (consule praesertim: *Reusel*, *Olmen* et *Zomeren*, publicata Turnholti annis 1887, 1888, et 1892).

Joannes v. Rixtel 1385
Nicolaus v. Blehem 1390—1413
dein abbas in Floreffe
Joannes van Eyck 1413—26
Balduinus de Forville 1426—34
dein abb. Floreff.
Lucas v. Eyck 1434—44
dein abb. Floreff.
Thomas de Warousel 1444—
Joannes de Fumal —1452
Gerardus v. Eyck 1460—69
Adam Luwe v. Beek 1469—75
Henricus v. Eyck 1475—1520?
Philippus de la Houssière 1520—25
Henricus Strijp v. Rode 1525—29
Joannes Thomassen v. Breugel
1529—43
Lambertus Hose 1543—48
Henricus Boerte v. Erp 1548—54
Joannes v. Buyle 1554—68
Hubertus Simonart 1569—90
Wilhelmus Lemmius (Lamberti)
1585—97

2. Abbates

1. Rumoldus Colibrant
1596 prior.
praep 1616 abbas 1621—26
2. Joannes du Chesne 1626—36
3. Cornelius van Boesdonk
1636—50
4. Egidius Jansen 1650—79 res.
5. Antonius Gaillard 1679—85
6. Gregorius Sichmans
1685—1704, † 1709
7. Hieronymus Raveschoot
v. Capelle 1704—26
8. Isfridus v. d. Broeck 1726—44
9. Hermannus Joseph Calis
1744—57
10. Adrianus v. Breugel 1757—60
11. Joannes Peters 1760—87
12. Joannes Staessens
1790—93, † 1818[125])
Hermannus Jos. Beugels
1841—43
Alphonsus Mommen 1843—51
Godefridus v. Loon 1851—53
13. Jacobus de Kort prior 1853,
abbas 1872—90
14. Hermannus Joseph Herstraets
1890—1926
15. Hugo Bennebroek
1926—51 res.
16. Gregorius Waterschoot 1951—

ST. CATHARINADAL (SS. Trinitatis et) S. Catharinae

Vallis Sanctae Catharinae, Monasterium Ssmae. Trinitatis vulgo Vallis Stae. Catharinae[126]). — Sinte-, Sente-, Sunte Katheleynendale (-dael, Dale, Cathelynen-, Kathrynen-, Kietlinen- etc.). 't Oude Clooster binnen Breda, monasterium Vetus Bredanum, die nonnen bi Breda.

Dioc. Leodiensis, ab anno 1559 Bredana.

---

[125]) Hic abbas anno 1793 resignavit propter amentiam, eius loco praesiderunt „regentes“ ab abbate Floreffiensi indicati, usque ad suppressionem.
[126]) Necr. Parc. 29. I.

Asceterium insigne. Fundatum est versus annum 1270 in VROENHOUT prope Wouw (Noord Brabant, Neerlandia, in regione Bredana) a Servatio de Breda. Aliquae sorores ex Zandvliet se forte huic communitati nascenti adiunxerunt, quam fundator anno 1271 Ordini nostro adnexuit. Adiit ad hoc ipsum abbatem Generalem, ut novum asceterium assumeret in suam tutelam[127]), ita ut Vallis Stae. Catharinae catalogis Ordinis sit inserta tamquam „filia Praemonstrati".

Propter inundationes, anno 1288 monasterium translatum est in civitatem BREDA, ubi anno 1295, hospitale illi traditur, anno 1308 autem, iterum ab illo seiungitur. Ante annum 1463, invenimus ibi paucos praepositos tantum; ceteroquin priorissa agit independenter[128]); in amplis archivis nulla occurrit mentio visitationis vel ingerentiae patris abbatis; servitia ibi fiunt per sacerdotes saeculares. Anno 1463, petente biennio ante Joanne comite de Nassau, a parte Curiae Romanae et Ordinis clausura et antiquus rigor iterum inculcantur, resumitur pariter munus praepositi, definitive vero nonnisi anno 1625.[129]) Annis 1501/04, cum ecclesia adhuc existens construeretur, asceterium culmen suae prosperitatis est adeptum. Ab anno 1531, situm erat intra moenia civitatis. Hoc saeculo, ad annum usque 1647, manente clausura, habuit scholam puellarum, quod opus ad tempus saec. XIX reassumpsit. Anno 1566, a Calvinistis exspoliatur, sed in posterum dynastae Arausicani (Oranje), etsi essent acatholici, specialem praedilectionem manifestant erga Vallem Stae. Catharinae, eam ab omni aerumna pro posse praeservantes. Annis 1590—1625 nihilominus, magnis laborat difficultatibus, admissio novitiarum inhibetur, clauditur ecclesia. Anno 1623 una tantum monialis superest. Cum civitas Bredana, anno 1625, iterum ceciderit in manus Hispanorum, abbas Parcensis impedit Jesuitas asceterium sibi arripere volentes, advocat sorores ex Herenthals, imponit praepositum ex Tongerloo. Cum vero civitas anno 1637 definitive venit sub dominatione Calvinistarum, communitas habet 23 sorores. Anno 1646, aedes mutantur in scholam acatholicam,

---

[127]) Cf. praefationem. Secundum v. GOOR, praepositi inter annos 1360 et 1434, quos affert, omnes fuerunt de gremio archicoenobii. Vix est credibile, hanc domum, tam longe a Neerlandia distantem, semper habuisse religiosos aptos ex illis regionibus ortos.

[128]) Vide supra apud Nijmegen St. Magdalena.

[129]) Anno 1534, ergo tempore quo ceteroquin maxime floruit asceterium, Capitulum Generale mandat visitationem illius, „quia ad aures Capituli pervenit, quod monasterium monialium Vallis Divae Catharinae... pronunc sit quasi membrum a corpore Ordinis abscissum, in non minimum ipsius corporis dedecus..." (ACG Laon 282)

sed sororibus confirmatur quieta possessio bonorum, et conceditur illis alia domus in civitate dein nova in OOSTERHOUT (,Blauwe Camer, primitus proprietas Equitum Sti. Joannis, non longe a Breda) ubi, tentamine redeundi in domum Bredanam annis 1672/79 frustrato, definitive se stabilierunt. Napoleo Imperator anno 1811, et rex Hollandiae anno 1817, expresse asceterium confirmaverunt. Status Personalis: 1463: 11, 1824: 29, 1947: 56 religiosae. Anno 1903, construitur ecclesia, qua usquedum caruerat. Tres genuit filias: Antwerpen (1683), Neerpelt (1857/58), et Petropolis (1931). Ab anno 1655 usque 1801 praepositi eligebantur de gremio Parcensi, ab anno 1862 usque 1922 de Tongerloensi. Anno 1928 Vallis Stae. Catharinae, una cum filia Neerpelt, iterum canonice subest iurisdictioni Ordinis, sub paternitate abbatum Tongerloensium, qui nominant praepositos.

Aedes monasterii Bredani integrae subsistunt, et inserviunt rei militari.

Archivum asservatur in monasterio. Notabilis fons historiae eius est Chronica MS Praepositi Joannis v. d. Malen († 1679) in ipso archivo asceterii. Chartae sunt publicatae ab A. ERENS o. c.

Fontes et Litteratura: HUGO II 1031, prob. 640/41 — WAEFELGHEM 307 — v. d. AA III 44 — BROM Reg. Utr. I cf. ind. — Corp. Sig. Neerl. 443 — COTTINEAU 2132 — *Form. Pr.* Nr. 53 — GOOVAERTS IV 342 — d'HOOP III 340 — KRONENBURG III 160, 164 — KRÜGER IV 62/80 — MIRAEUS OHD cf: ind. II x, IV 575 — *Mon. Bat.* II 36, 200 — *Obituaire de Groenendael* (ed. DYCKMANS, Bruxelles 1940) p. 291 — VALVEKENS *Doc. Prém.* I 182 — WICHMANS 790/94 — A. COMMISSARIS, *St. Catharinadal, Schets eener geschiedenis*, Breda 1947 — A. ERENS, *De Oorkonden van het Norbertinessenklooster St. Catharinadal te Breda-Oosterhout*, in: *Anal. Praem.* IV (1928) - VII (1931) ed. textus — IDEM, *de herwording van St. Catharinadal te Breda na de Nederlandsche beroerten 1625/35*, ibidem III (1927) 28/60 — IDEM, *De kloosterschool van St. Catharinadal te Breda*, ibidem p. 449 — IDEM, *St. Catharinadal en de urbanisatieplannen van Graaf Hendrik III v. Nassau 1531/51*, ibidem XII (1936) pp. 143/72 — IDEM, *Mgr. Zwijsen en de Norbertinessen van St. Catharinadal*, in: BB IX (1928) pp. 17/51 — IDEM, *Bezoek van Stadhouder Willem V aan het Norbertinessenklooster St. Catharinadal te Oosterhout 1766/69*, in: *Taxandria NBr* XLI (1934 p. 238 — G. C. A. JUTEN, *Cartularium van het Begijnhof te Breda*, s. l. et d.: 79, 127, 138 — IDEM, *De Heeren van Breda*, in: *Taxandria NBr* XXXII, 1925; 107/25, cf. 310 — J. KALF, *De monumenten in de voormalige baronie van Breda*, Utrecht 1912 271 sq. — J. KLEIJNTJES, *Over de benoeming van een proost in het Norbertinessen Klooster te Oosterhout*, (*Anal. Praem.* IX. 1933, 179/82) —
P. LENAERTS, *Un différend entre Libert de Pape, abbé du Parc, et Henri Assels, prévot d'Oosterhout 1655/70*, in: *Anal Praem.* XXV

(1949) 22/50 — A. LOOSJES, *De Kerk van het voormalig Klooster St. Catharinadal te Breda, Buiten* 1922 — A. J. v. d. AA, *Geschiedkundige beschryving van de stad Breda en hare omstreken*, Gorinchem 1845 — A. v. d. AURA, *Geschiedkundige bijdragen betreffende het Norbertinessenklooster van St. Catharinadal*, Oosterhout 1894 — Th. E. v. GOOR, *Beschryving der stad en lande van Breda*, 's Gravennage 1744 — R. v. HASSELT, *Vroenhout en Boeink*, in: „*Jaarboek van de Oudheidkundigen Kring de Ghulden Roos van Roosendael*" 1942, 42/55 — v. SPILBEECK, *Het Herethalsch klooster O. L. V. Besloten Hof*, Averbode 1892, 143/61 — In periodicis: *Anal. Praem.* V (1929) 20, XIX (1943) 111 — *Godsdienstvriend* 1833, 101/14 — *Het Huis, oud en nieuw* X (1912) 266, *Sinte Gheertruydtsbronnen* XI (1934) 88/102, 134/42

Series praepositorum

(nisi aliter notetur, secundum COMMISSARIS)

Joannes de Rotselaar 1281
postea abbas in Averbode
Michael van Liedekerke 1295
Henricus Thomas (Claessen) 1327/64
e Praemonstrato
Lambertus Ranghs 1369[130])
e Praemonstrato
Petrus Dyn 1403
e Praemonstrato
Joannes van Brant 1420
e Praemonstrato
Egidius van Edam 1434
e Praemonstrato
Martinus van der Hulst 1439, sive 1504/14
e abbatia Sti. Michaelis Antw.
Theodorus van der Strepen 1446
e Berna (—1500?)
Petrus van Dun 1460
e Tongerloo
Laurentius Oskens 1461?, 1469/79
Leonardus Lemmens 1625[131])
e Parco
Dionysius Mudzaerts 1625—35
(Tongerloo)
Balthasar Cruyt 1635—55
(Sti. Michaelis)
Henricus Assels 1655—75
Joseph van der Malen 1676—1701
Roland de la Haye 1701—27
Herman de Goede 1727—28
Alexander Slootmans 1728—30
dein abbas Parc.
Thomas Dhanis 1730—60
Gummarus van Amersfoort 1760—70
Joannes van Simphoven 1770—79
Egidius Reynders 1779—1801
Gulielmus van Gennep 1801—37
Franciscus Brouwers
e Berna 1837—62, depos.

---

[130]) Praepositi abhinc usque ad annum 1460 inveniuntur apud v. GOOR o. c. Fontes affert nullos, et caute videtur esse legendus, quia in chartis asceterii, ab ERENS publicatis, hisce saeculis ne unus quidem occurrit praepositus.

[131]) Necr. Parc. 10. XI

Augustinus Martens	1862—98	Henricus van Reeth	1922—52 res.
Antonius Pauly	1898—1910	Germanus Verheyen	1952—
Franciscus Engels	1910—22		

TONGERLOO B.M.V.

Tongher-, Tongre-, Tungre-, Tonguer-, Toncger-, Tonger-, Tunger-, Thunger-, ungello, -loo, -loe, -loa, Tungella, Tongrelouz, Tongelre.

Prope Westerloo, in Campinia Antwerpiensi, in Belgio. — Dioc. Cambrai, ab an. 1559 's Hertogenbosch, nunc Mechelen.

Una ex celeberrimis abbatiis totius Ordinis. Circa annum 1130 Giselbertus de Castelre bona sua et decimas, quas possidebat in hoc loco, donavit ad fundationem canoniae. Filia Sti. Michaelis Antwerpiensis[132]). Advocati erant duces Brabantiae. Ab initio erat monasterium duplex[133]); inter annos 1156 et 67 sorores translatae sunt in Eewen, de quo vide supra. Abbas Joannes Brief (obiit an. 1399) primus abbas Ordinis in Belgio jure pontificalium est insignitus. Commenda, anno 1477 ei imposita, magna cum difficultate potuit averti. Sub abbate Arnoldo Streyters, medio saeculo XVI, cum tot abbatiae misere languescerent, Tongerloa culmen sui splendoris est adepta, et pulchra nova aedificia sunt erecta. Abbatia erat ditissima, et possedit 76 curias. Nulla canonia in Belgio tot gloriari potuit ecclesiis incorporatis quot Tongerloo. Anno 1263 iam habuit 21, finaliter autem 59, inclusis capellis dependentibus. Maior pars earum serviebatur ab ipsis canonicis: Achteroolen, Allier, Alphen 1175, Bergeik 1310, Baarle saec. XVII, Broechem 1161, Chaam 1175, Diessen 1175, Diest 1163,[134]) Drunen 1223, Duffel 1403, Duizel 1686, Enschot 1317, Haren 1334, Houtvenne 1365, Hapert ante 1310, Hoogeloon 1232, Klein Zundert 1265, Loon op Zand, Moergestel 1334, Mierlo 1315, Nispen 1157 (ex qua postmodum sunt ortae parochiae Achterbroek, Esschen, Kalmthout, Kalmthout'sche Hoek, Nieuwmoer et Waldert), Oele-

---

[132]) Saeculo XVII, Tongerloenses praetenderunt se esse filiam ipsius archicoenobii, sed documenta, quibus sunt nisi, apparuerunt ut falsa *(Anal. Praem.* V, 1929; 344/74)

[133]) Cf. LAMY, *Abbaye de T.* 99. HUGO II 968 errat praesumendo parthenonem Tongerloensem fuisse conditum ab abbate Hermanno II.

[134]) Fuerunt ibi duae parochiae, Sti. Sulpitii scilicet et Sti. Joannis, quibus accedit saec. XVII B. M. V. De ecclesia collegiata apud Stum. Sulpitium vide infra apud Praetermissa

ghem 1161; Oevel 1181, Oolen 1253, Oostelbeers, Oosterwyk 1365, Orp-le-Grand 1339, Poppel 1211, Ramsel 1211, Ravels 1211, Retie 1264, Riel 1519, Rozendaal ca. 1510,[135]) Schaffen 1651, Schoonbroek, Sprange, Tilburg 1231, Tongerloo 1130, Vissenaken St. Maartens 1277, Vissenaken St. Pieters 1239, Venloon, Voortkapel 1698, Werbeek 1264, Waalwijk 1233, Westerloo 1253, Wijneghem 1161, Zoerle 1365, Zondereigen, et dimidia pars ecclesiarum Binkom et Oorbeek. Abbates exercuerunt jurisdictionem quasi-episcopalem in parochias Tongerloo et Oevel. Parthenones subditi jure paternitatis: Herenthals, St. Catharinadal (ab an. 1625 de facto, ab anno 1928 etiam de jure). Refugia habuit canonia in Antwerpen, Breda, Brussel, Diest, Duffel, Lier, Herenthals, 's Hertogenbosch, Leuven, Mechelen, Oostelbeers et Tienen. Bibliotheca, in speciosa aede initio saeculi XVI erecta, tantopere erat praeclara, ut scriptores illius temporis eam comparuerint Vaticanae. Annis 1564—90 abbatia data erat episcopo Buscoducensi in dotationem, quod maxima damna ei intulit. Initio saeculi XVII, Abbas A. Stalpaerts fundavit Collegium Ordinis Romae; procurator Ordinis ibi residens semper erat canonicus Tongerloensis. Saeculis XVII et XVIII, erat una ex praecipuis abbatiis totius Belgii, sed et totius Ordinis. Initio saeculi XVIII, ad eam pertinuerunt 150 religiosi, (1796: 118; 1838: 6 DD, 5 novitii; 1953: 268 religiosi). Annis 1786—96, in canonia erat sedes Bollandistarum, qui ibi duo prima volumina mensis Octobris suorum „Actorum Sanctorum", auxiliantibus canonicis loci, conscripserunt. Anno 1796 est suppressa; ecclesia et maior pars aedium mox solo sunt aequatae. Iam anno 1835, canonici superstites iterum admiserunt novitios, anno 1838 vitam communem, reassumpserunt in castro Broechem. Anno 1840, redemerunt ea, quae supererant de antiqua canonia, praelaturam scilicet et portam. Annis 1852/58, nova ecclesia est erecta, et paulatim novae aedes claustrales. Anno 1868, Tongerloa, prima canonia circariae, iterum ad dignitatem abbatialem est evecta. Prima fundavit missiones ad extra, nempe anno 1872 in Anglia, ubi usque hodie administrat prioratus (potius parochias) in Manchester (Corpus Christi), Spalding et Crowle. Anno 1895, initiavit missionem in Congo Belgico, quae facta est Praefectura et dein Vicariatus Apostolicus de West Uele. Abbas Th. Heylen, ab anno 1903 episcopus Namurcensis ,magnas partes habuit in condendis et promovendis Congressibus Eucharisticis Internationalibus. Anno 1924 Tongerloa fundavit prioratum Kilnacrott in

---

[135]) Quae ecclesia, hodie sedes decanalis, tamquam unica ex omnibus parochiis canoniarum Belgii, adhuc hodie Ordini est incorporata, sicut et omnes parochiae canoniae Bernensis.

Hibernia, anno 1950 domum Lacolle in Canada, anno 1952 ei est commissus prioratus Storrington in Anglia. Abbatia etiam est sedes primaria Confraternitatis Missae Reparatricis. (Unum ex operibus praestantissimis ab Ordine coeptis, nostris diebus pariter processit e Tongerloa. Assistentia nempe spiritualis et materialis, praestita sacerdotibus et fugitivis, a communistis e partibus orientalibus Germaniae expulsis, vulgo „Oostpriesterhulp"[135a]). Anno 1928 tota fere canonia cum ecclesia, incendio est devastata, sed interea est reconstructa.

A r c h i v a l i a, adhuc in loco asservata, in hoc incendio potuerunt feliciter salvari. Amplum hoc archivum satis completum, continet varia cartularia et chronica. Obituarium saec. XIV ed. W. v. SPILBEECK l. c. — Varia inveniuntur etiam in BRB (cf. WAEFELGHEM) et in Staatsarch. Antwerpen (26 numeri, 1154—1793, cf. VANNERUS in AOP l. c. et GOETSCHALCKX in BGHB l. c.) — AAPa VII 49, 65, 66, XVII 2, XLIII 5 111 numeri 1261/1747.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : HUGO II 965, prob. 592/96 — WAEFELGHEM 294, 381 — AA. SS. Jun. I 960 sq. — Anal. *Coeverincx* I cf.: ind. — *Act. Proc. Univ. Lov.* II 210, 223 — BERLIERE, *Prov. Abb.* 159/66 — IDEM, *Inv. Cam.* cf. ind. — *Biogr. Nat.* XV 337/40 (Mudzaerts), XXIII 85/86 (Streels), XXV 204/07 (Thys) — BROM, *Arch. Italie*, cf. Ind. — IDEM, *Reg. Utrecht* cf. ind. — IDEM, OBStUtr II, III cf. indd. — BROM HENSEN, *Rom. Bronnen* cf. ind. — v. BOTERDAEL 306/32 — *Cat. Gen.* I 314, 392, 399, VI 767 — *Chartes Ste. Waudru* I 527 — COPPENS II 242, III a 224, 267/79, 256, 391/401, III b 89, 95, 102, 106, 115, 126, 142, 169, 182, 189; 191, 196; 264, IV 194, 199, 227, 232/97 — *Corresp. Phil. II* VI 173 — COTTINEAU 3168 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 180 — M. DIERICKX cf. ind. — ERENS, *Parochiezorg* 181/88 — FOPPENS *Ep. Sylv.* passim — *Form. Pr.* Nr. 53, 264, 265, 274 — *Gall. Chr. N* V 411/23 — GOOVAERTS I 12, 13, 38, 46, 52, 55, 59, 67, 71, 75, 88, 102, 138, 139, 145/48, 149, 155, 156, 171, 176, 179, 180, 184, 193, 203, 204, 205, 306, 329, 340, 349, 375, 387, 396, 407, 483, 487, 491, 533, 575, 611, 614, II 25, 38, 45, 95, 96, 135, 188, 198, 200, 215, 229, 244, 247, 254, 256, 260, 274, 277, 278, 282, 296, 297, 300, 301, 302, 304, 305, 309, 314, 315/24, 326, 330, 334, 336, 337, 341, 347, 352, 353, 365, 380, 387, 388/94, 403, 404, 414, 415, 429, III 14, 18, 20, 23, 24, 26, 29, 35, 36, 38, 55, 58, 65, 72, 73, 81, 88/93, 94/99, 109, 130, 131, 137, 146, 151, 156, 158, 159, 162, 163, 177, 192, 195, 197, 199; 201, 202, IV 18, 32, 35, 42, 58, 95, 106, 118, 157, 164, 211, 213, 215, 218, 242, 249, 294, 323, 343, 347, 349, 353, 355 — GRAMAYE *Antw. Ant.* 123 — HEYLEN 40/46, 103/07, 110/16, 191/207 — d'HOOP I/IV cf. ind. VI 216 — *Invent. Arch. Arr. Maastricht* nr. 4202, 4208 — JAFFE 8885, 14483, 14484, 15666, 15887 —

[135a]) Quod opus inchoatum est anno 1948, instigante Illmo. D. Huberto Noots, Abbate Generali, a R. D. Werenfrido van Straaten, canonico Tongerloensi.

LAENEN *KGBrab* II 45/60 — LE GLAY — LEROY NMA 136, 248, 288 — *Lettr. Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Lettr. Clém. VI* (AVB) no; 1591 — *Lettr. Com. Jean XXII* 15335, 40184/85, 50568 — *Matr. Univ. Lov.* I 271, II cf. ind. — MIRAEUS OHD cf. ind. II xij, IV xxi — *Mon. Bat.* II 92, 147, 181 — NIJHOFF, *Gedenk. Gelderl.* VI 2, 876, 1006 — POTTHAST 5504, 16555 a — RAMACKERS PUrkN 107, 277 — *Reg. Benoit XII* 8587 — *Reichsreg. Karls* V. 1857, 5940, 7332 — De RIDDER I 3/15 — v. ROOY — SANDERUS CSB I 305/86, BBM II 153/56 — SCHUTJES cf. ind. apud singulas parochias in Neerlandia sitas — *Suppl. Clém. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD II/XI 1 cf. ind. XI 3, 36, 271 — VALVEKENS *Vis. Can.* I 17/20, 26/27 — IDEM, *Doc. Prém.* I 163, 167 — De WACHTER IV 49/51 — WICHMANS 754/58 — W. BOSSCHAERTS, *Corte verhael van den oorspronck ende eerste fundatiae des Godts Huys van O. L. V. tot Tongerloo*, Antwerpen 1650 — A. ERENS *De Oorkonden der Abdij Tongerloo* (Cartularium), 2 voll., Tongerloo 1948/50 — IDEM, *Tongerloo en 's Hertogenbosch. De dotatie der nieuwe bisdommen in Brabant 1559/94*, Leuven 1925 — IDEM, *De valsche stichtingskronijk der Abdij Tongerloo* in: *Anal. Praem.* V (1929) 344/74 — IDEM, *Poging tot vereeniging van Huybergen met Tongerloo*, ibidem IV (1928) 379 — IDEM, *Adrien Heylen, archiviste de T. (—1802)*, in: BN 1914 pp. 8/20, t. à p. Leuven 1914 — IDEM, *De uitbatingsstelsel der Abdij T.*, in: *Oudheid en Kunst voor Brecht en omstr.* 1922 — F. M. GEUDENS, *Marias Tongerloo*, Turnhout 1912 — P. J. GOETSCHALCKX, *Index Archivorum der Abdij van T.*, in: BGHB VI (1907) 368/402, VII (1908) 146/64 — HEZENMANS (v. supra apud Berne) — M. KOYEN, *Prelaat Stalpaerts en de parochies van T.*, *Anal. Praem.* XXVIII (1952) 172/88 — H. LAMY, *L'Abbaye de Tongerloo depuis sa fondation jusqu'en 1263*, Louvain/Paris s. d. (1914) —

IDEM, *L'Oeuvre des Bollandistes à l'Abbaye de T. (Anal. Praem. II.* 1926; 294/306, 379/89, III, 1927; 61/79, 156/78) — IDEM, *La jurisdiction quasi épiscopale des anciens abbés de T. sur les paroisses de Tongerloo et de Oevel; et le droit synodal qui y a donné naissance*, in: *Annu. Univ. de Louvain* 1911/12, 420/28 — PERK (v. supra apud Postel) — E. VALVEKENS, *De broederschap van gebeden tusschen de abdijen Echternach en T (Anal. Praem.* IX, 1933; 272/80) — J. VANNERUS, *Inventaire des Archives de l'Abbaye de T. reposant aux Archives de l'Etat à Anvers*, in: AOP IV (1908) et V (1909) cf. ind. — W. v. SPILBEECK, *Norbertijnsche mengelingen*, Antwerpen 1881, pp. 1/16, et 46/85 — IDEM, *De Abdij van T;* Lier 1888 — IDEM, *Necrologium ecclesiae B. M. V. de T., Ord. Praem.*, Tongerloo 1902 — IDEM, *De voormalige abdijkerk van T. en hare kunstschatten*. Antwerpen 1883 — IDEM, *Les martyrs de T. au XVIe siècle*, Bruxelles 1890 — IDEM, *Les derniers jours de l'Abbaye de T. en 1796*, in: *Précis Historiques* XXXIX (1889) pp. 495/507 — IDEM, *Tongerloos Kloostergemeente te 's Hertogenbosch 1578/84*, Helmond 1890 — In periodicis: AHEB I (1864) 438, II 455, III 408/15, 423, 425, 428, IV 330, V 355/74, VI 76, 463, VII 13/19, 105, 235, X 234, XII 94, XXXI 98, XXXV

(1909) 285 sq., XXXIX 305/28, 359/90, XL 56/81 — Anal. Praem. II (1926) 406/12, IV (1928) 379, IX (1933) 272/87, X (1934) 108/10, XXVII (1951) 158/60 — BARAB 1922 203/09 — BCRH II/8, 1856, 411/26 — BGHB I (1902) 194, III (1904) 342, 572, V (1906) 215, 448, VI (1907) 571, VII (1908) 240/42, 446, 452, 606/12, 627, 628, VIII (1909) 170/208, IX (1910) 450, 466, X (1911) 300, XI (1912) 228/61, 298, 305, XV (1923/24) 602/16, XVII 147, XXIV 145/86 — BN IV (1903) 273, VI (1905) 53/63, VII (1906) 124, 161, 199, XV (1914) 8/20 — *Het Boek* XXIV (1937) 193/210 — *Gedenkschriften van den Oudheidk. Kring. Esschen, Calmpthout, Huybergen* V (1953) nr. 5, VI 3/29, 30, VIII 33/37, 79/92 — *Mechlinia* II (1923) 169/73, III (1924) 4/6, 177/79, IV (1925) 11, 49/53, 59/62, 139/43 — *Mélanges de Borman* 267/75 — *Opgang* IV (1926) 688 — *Oudheid en Kunst voor Brecht en Omstreken*, Brecht XX (1929) 16 sq., 26/34, 66/82, XXI 22, 26, 66, 133, XXV 40/45, XXVI 56/59 — PMSchr IV (1904) 73/82, 102/10 — *Précis Historiques* XXXIX (1890) 317/18 — *Taxandria K* V (1933) 154/62, 162/92 — *Taxandria NBr* III (1895) 57, 70, VIII (1901) 148, XV (1908) 200, XXXIII (1926) 9, 89, 190/93, XXXV (1928) 9/15, 431/32, XLI (1934) 152/55, 179/82 — Multi articuli in „*De Vlaamsche School*" 1873/87, et „*Tongerloos Tijdschrift*" ab an. 1933, vide de WACHTER l. c. — VMKVA 1927, 900/48 — *Zuiderkempen* II (1933) 38, V 127, VII 97/116, 117/27.

S e r i e s a b b a t u m (WAEFELGHEM, Abbés, emend. ex LAMY L'Abbaye de T., et v. SPILBEECK De Abdij v. T.)

1. Henricus I. ca. 1133/50
2. Hermannus I. ca. 1150/56 res.
3. Hubertus 1156/67
5. Hermannus II. 1178—1206 res.
6. Henricus II. 1206—09?
4. Wibertus 1166/67—78
7. Ingram 1209/10 res.
8. Wenemar 1210/13 res
9. Salomo 1212/13—22 res. dein praep. in Gempe
10. Eggericus 1222/34
11. Joannes I. 1234—
12. Joannes II. —1263[136])
13. Petrus 1263—65 res.
14. Franco 1265—69 res.
15. Joannes v. Berlaar 1270—80 res.
16. Joannes v. Lier 1280/86 vel 87
17. Wilhelmus v. Calsteren 1286/88
18. Reinerius 1288/93 res.
19. Arnoldus v. Grimbergen 1294—1304
20. Godefridus Roest 1305—09
21. Hubertus Bac 1309—33
22. Henricus v. Robbensrode 1333
23. Walterus Back 1333/34—66
24. Aegidius v. Hildernisse 1366—77
25. Wilhelmus v. Kontich 1377—85

---

[136]) Alter Joannes vocabatur „Episcopi", alter „de Averbodio", sed impossibile est, eos discernere ab invicem.

26. Joannes Brief 1385—99
27. Joannes Geerts 1400—28
28. Theodoricus v. Haren 1428—47
29. Henricus van der Voren 1447—58
30. Henricus v. Kamenaden 1458—70
31. Joannes Kinschot 1470—77
Philibertus Card de Macon commendatarius 1477/80
32. Werner v. Halleer 1477—87
33. Joannes Hamus 1487—1500/01
34. Petrus Mans 1501—04
35. Antonius Tsgrooten 1504—30
36. Arnoldus Streyters 1530—60
37. Jacobus Veltacker 1° 1560—64 res.
Franciscus Sonnius Eps. Silvaeduc. 1569—71
Laurentius Mets 1570—80
37a. Jacobus Veltacker 2° (1577) 80—83
Walterus v. Korsworm 1583—85 (administrator)
Clemens Crabbeels 1585—90
38. Nicolaus Mudtsaerts 1590—1608
39. Adrianus Stalpaerts 1608—29
40. Theodoricus Verbraken 1629—44
41. Augustinus Wichmans 1644—61
42. Albertus Ursino 1663—64
43. Jacobus Hroznata Crils 1664—95
44. Gregorius Piera 1695—1723
45. Josephus van der Achter 1723—45
46. Siardus v. d. Nieuweneynde 1746—79
47. Godefridus Hermans 1780—97, † 1799
Arnoldus v. Putteghem 1835—39
Evermodus Backx 1839—67
48. J. Chrysostomus De Swert superior 1867, abbas 1868—87
49. Thomas Heylen 1887—99
50. Adrianus Deckers 1899—1915
51. Hugo Lamy 1915—37 res, postea abbas in Leffe
52. Emilius Staelmans 1937—53
53. Judocus Boel 1953—

TURNHOUT St. Agnes

Vallis Stae. Agnetis Turnholti, Sint Agnietendale.

Oppidum in Campinia prov. Antwerpiensis, Dioc. Mechelen.

Asceterium fundatum anno 1687 per interventionem Mariae von Zimmern principissae et toparchae loci, et abbatis Gerardi Knyff, Sti. Michaelis Antwerpiensis, per Elisabetham Wittens, beghinam Magni Beggi-

nagii Mechliniensis, quae fundum dictum „Graetakker" in hunc finem emerat et donaverat. Sorores, quae venerunt ex parthenone Ssmi. Sacramenti Antwerpiensis, instituerunt scholam pro puellis. Domus erat sub paternitate abbatum Sti. Michaelis. Tamen dotatio non erat sufficiens, et ideo sorores, anno 1718, monasterium vendiderunt laicis, et reversae sunt in Antwerpiam. Aedes „Vallis Stae. Agnetis", quae videtur fuisse nuncupata vulgo „Groot Clooster", anno 1790 adhuc subsistebant sed postmodum sunt deletae.

Archivalia: non extant multa, aliqua in AAMech, BundelZusters Norbertinessen. Consule Archivum abbatiae Sti. Michaelis.

Litteratura: Fontes Ordinis ignorant — M. L. v. GORKOM, *Beschryvinge der stad en Vryheid van Turnhout*, Mechelen 1790, 209/13 — S. HERESWITHA, *De vestiging van het Norbertinessenklooster te Turnhout* (Taxandria K. N. S. XVI, 1950; 130/34) — J. JANSEN, *Turnhout in het verleden en het heden*, Turnhout 1905, I 270/71 — *Verslag over het bestuur en den toestand der zaken van de stad Turnhout* 1843/1924, 1885 p. 87 — *Anal. Praem.* XXVII (1951) 132.

Praepositi (S. Hereswitha, Jansen)

Bartholomaeus v. d. Berghe 1687—
N. De Herder
S. van Houtsum

WOERD B.M.V. (et St. Nicolaus?)

Vurt, Wort, Word, Worde, Monnickenwoerdt, Altfurze, -fursche, -vorsh.

Situm in Altforst, prope Alphen (Maas), in Gelderland, Neerlandia. Dioc. Utrecht.

Curia abbatiae Bernensis, quo secundum traditionem documentis non probatam, moniales huius canoniae sunt translatae paulo post annum 1134, et ubi deinde 70 sorores vixerunt sub Bessala magistra, uxore Fulconis fundatoris abbatiae Bernensis. Etsi authentice nihil constet, certum nobis esse videtur, Bernam esse fundatam tamquam monasterium duplex, et valde esse probabile, eam sicuti reliquae canoniae huius circariae, sorores suas transtulisse in curiam quandam vicinam, ita ut traditio

haec, a Miraeo nobis relata, habeat suam probabilitatem[137]). Authentice haec domus postmodum nota est tamquam curia conventu carens, sed praepositurae titulo insignita. Una cum Kessel, de qua vide infra sub praetermissis, data est in dotationem episcopatui Ruraemundano anno 1561.[138])

Archivalia et Litteratura vide supra apud Berne.

Specialia: HUGO I 396 — HABETS II 428 — *Mon. Bat.* II 12 — SCHUTJES I 306 — SLOET nr. 260, 266, 726 — *Nom. Geogr. Neerl.* II 102 — AAU XXI (1894) 235.

ZANDVLIET S. Maria Magdalena

prope Antwerpiam — Dioc. Cambrai, dein Antwerpen, nunc Mechelen. In Belgio.

Parthenon. Moniales Sti. Michaelis Antwerpiensis, quae iam propriam ecclesiam habuerant, dum adhuc iuxta canoniam degebant; inter annos 1148 et 55 translatae sunt ad „Monasterium Stae. Mariae Magdalenae", in alia regione civitatis, ubi postea inventa est via dicta „Groote Pieter Potstraat". Abbatia Sti. Michaelis saeculo XIII non amplius curavit de istis sororibus, quae denuo translatae sunt in Zandvliet, anno 1254. Versus finem saeculi interiit parthenon. Pars ultimarum sororum huius asceterii forte tetendit in Vallem Stae. Catharinae, tunc temporis orientem, de qua re vero authentice nihil constat. Puto eas partim migrasse in Zoetendaal, ubi se junxerunt sororibus ex Middelburg/Heille, eo probabiliter translatis. Exinde enim in hanc domum paternitatem exercent ambo abbates simul, Sti. Michaelis nempe et Middelburgensis, quod verisimiliter innuit, eam esse ortam ex relictis sororibus ambarum canoniarum.

Monasterium Stae. Mariae Magdalenae (Maria Magdalenamunster) in Antwerpia saeculo XV factum est Cisterciense (Abbatia Sti. Salvatoris).

---

137) Cf. eius *Chron. Praem.* 99/100. Videntur tamen sorores Bernenses saltem partim fuisse collocatas etiam in curia Babilonienbroek (N. Br, vide *Mon. Bat.* II 27), forte etiam in Maarsbergen.

138) v. LOMMEL 196. Quae unio non videtur fuisse deducta in praxim, Berna enim amisit haec bona anno 1648 tantum (AAU XXI 237)

Ibi supersunt in cellis subterraneis residua aedium saec. XII quae forte proveniunt de monasterio nostro.

Archivalia et Litteratura: vide Antwerpen Sti. Michaelis. Tria documenta 1259/73 publicavit P. GOETSCHALCKX in BGHB I (1902) 23/28. Vide etiam F. PRIMS, *Onze Dubbelkloosters*, in *„Gazet van Antwerpen"* 30. IX. 28, cf. *Anal. Praem.* V (1928) 84/86, cf. 20.

ZENNEWIJNEN B.M.V.

Sine-, Sene-, Sin-, Sind-, Senne-, Syne-, Syn-, Zen-, Zene-, Zenne-, Zeene-, Zend-, Zin-, Zindwinen, -wende- wenen, -uwen, -ven, -vende, -winde, -wijnen, -wen, -wenne, -winne, -winden, -vinde, Wadenoy, Sinus Stae. Mariae, Marienschoot.

Juxta oppidum Tiel, in Geldria, Neerlandia. — Dioc. Utrecht

Asceterium ortum post annum 1214 per translationem sororum, in monasterio duplici Marienweerd degentium. Quae communitas, juxta capellam iam existentem collocata, anno 1229 decem monialibus ex asceterio Füssenich (Circ. Westfaliae) aucta, ut domus formata Ordinis est constituta. Erat, tamquam praepositura, de facto sub paternitate abbatum Insulae Stae. Mariae, sed de jure, ut patet ex omnibus catalogis Ordinis, habebatur ut „filia Praemonstrati". Praepositus generatim erat simul parochus loci. Moniales, quae erant nobiles, habuerunt praebendam fixam, sicuti canonissae saeculares. Anno 1572, monasterium subversum est. Moniales dein vixerunt in Tiel apud laicos, et administraverunt bona sua usque ad annum 1594. Ultima earum obiit anno 1614. Proventus bonorum deinde data sunt domicellis nobilibus in praebendas, usque ad annum 1809, sed monasterium non est suppressum. Anno demum 1811, est saecularisatum. Nihil superest de aedibus.

Archivum nunc est in AAB.

Fontes et Litteratura: HUGO I 881, II 1183 — WAEFELGHEM 330 — v. d. AA XIII 140 — BROM, *Bull. Traj.* I 63, 67 — IDEM, *Reg. Utr.* 1471, cf. ind. 366 — *Form. Pr.* Nr. 225? — KRONENBURG VI 13, 516 —

MARIS 233/41, 545 — *Mon. Bat.* II 214 — MULLER GAN I 421 — NIJHOFF VI 2, 726 — *Nom. Geogr. Neerl.* II 148, III 290 — OBStUtr II, III cf. ind. — OHZ Suppl. 123 — *Reg. Benoit XII* 9439 — RICHTHOFEN II 574 — H. v. R. II 368 — SLOET nr. 520, 560, 686, 858, 1028 — W. HOEVENAARS, *Het Premonstratenser Nonnenklooster te Zennewijnen*, AAU XIV (1886) 417/64, XV (1887) 75/107, 213/38 — J. D. v. LEEUWEN, *Auctoris incerti Chronicon Tielense*, Trajecti ad Rhenum 1789, 194, 223, 400 — F. J. MIJNLIEFF, *Het adellijk stift van Zennewijnen (Ned. Leeuw* XLV 259) — J. MOSMANS, *Het oude kloosterzegel van Mariaschoot (Taxandria NBr* XXII, 1915; 255/57) — *Anal. Praem.* XV (1939) 33 — AAU 1919 131 — VIDE etiam apud Marienweerd.

Praepositi (Hoevenaars; Necr. Averbode)

Fredericus	1228/37[140])
Jacobus	ca. 1240—
Godefridus sive Gerardus	1273
Johannes	1277/83
Walterus	1286
Florentius	1293
Rodolphus	1301, res. ante 1305
Dionysius	1319/20
Joannes v. Naaldwijk	1330
Walterus v. Kessel	1335
Godefridus	1343
Henricus Graet 1348 (dubius)	
Joannes Heyse	1357
Joannes de Busco	1365/68
Arnoldus de Gier	ante 1377
Theodoricus fil. Eghonis	1377
Gerardus de Lent	1389
Henricus v. Goch	1398/1400
Joannes van der Sloet	1422/29
Theodoricus v. Derthuizen	1436/44
Christianus Fennen	1447
Oliverius van Tricht	1454
Theodoricus v. d. Grave	1462
Joannes Reyners' zoon	1464
Jacobus Hooff	1469—73
Jacobus v. Eesden	1516/32
Henricus v. Kessel	1547
dein abbas in Marienweerd	
Joannes ten Hoeve	1555/56
Walterus Pelgrums	1563/68

(abhinc abbates Insulae Stae. Maria simul vices gesserunt praepositi in Zennewijnen)

Inseri nequit:
Arnoldus Albi de Lovanio, can. Averbodiensis, quondam praepositus in Zennewijnen (Necr. Averb. 26. VII).

---

140) Anno 1233: Lutbertus prior (SLOET 560)

ZOETENDAAL B.M.V.

Vallis Dulcis, Vallis B. M. V., Zueten-, Zotendael, -dale; Cappelkin[141]).

Vitetur confusio cum canonia Zoetendaal O. S. A. prope Gandavum in Belgio, et cum variis Vallibus B. M. V. (v. apud Circariam Frisiae).
In vico Serooskerke, Zeeland, non longe a Middelburg. Usque ad annum 1559 et ab anno 1853 Dioc. Utrecht, 1559/74 Dioc. Middelburg. — Neerlandia.

Asceterium, praepositura. Fundata est, anno 1215 in Heille prope Aardenburg (Zeeuwsch Vlaanderen). Certum est, fundationem huius asceterii esse in aliqua connexione cum monialibus Sti. Michaelis Antwerpiensis, quia in omnibus catalogis est insertum tamquam filia huius abbatiae. Videtur pars earum sedem fixisse in Heille, altera pars autem in Zandvliet, de quo vide supra. Dum ultimae sorores Zandvlietenses partim forte se iunxerunt novellae plantationi in Valle Stae. Catharinae, Heillensis communitas translata est circa annum 1248, in Serooskerke, ubi forte se iunxerunt sororibus abbatiae Middelburgensis, quam initio fuisse monasterium duplex vix est dubium, etsi authentice hac de re nihil constet, nec de sorte sororum. Quae hypothesis forte confirmatur facto, quod, ultimis saeculis, jus paternitatis in asceterium abbatibus Middelburgensi et Sti. Michaelis erat commune. Ambo confirmationi et installationi praepositorum interesse solebant. Anno 1476, in Valle Dulci fuerunt 18 sorores. Anno 1572, devastata est ab haereticis, Middelburgum obsidentibus. Quatuor moniales tunc tetenderunt Lovanium, reliquae Antwerpiam. Anno 1576 monasterium pretio 2400 florenorum est venumdatum, nullum aedificium superest.

Archivalia: Rijksarch. Zeeland, Middelburg (cf. FRUIN, AAMidd I 123, 314, 667, R. 251, 402, 683, 742, 1557) — AAPa XLII 5 (de validitate professionis sororis cuiusdam).

Fontes et Litteratura: HUGO II 1025 — WAEFELGHEM 282 — v. d. AA X 515 — BROM *Bull. Traj.* nr. 2079 — IDEM, *Arch. in Italie* I 1605 — GAN III 105 — HEERINGA II 504 — v. HEUSSEN, *Middelburg* 37 — OBStUtr III 30, 445 — OHZ I 504 — RÖMER I 85, 463, II 266, 272 —

---

141) Sic vocatur in omnibus fere catalogis Ordinis. Non patet, ad quem locum refert, utrum ad Heille, an ad Zoetendaal, an forte ad tertium quendam, quo asceterium ad tempus fuerat translatum.

H. v. R. IV 72 — MIRAEUS *Chron. Praem.* 35 — MOLL II 2, 30, 182 — *Mon. Bat.* II 172 — Vide supra apud Middelburg: ERMERINS 168, 170, 173, 175 — LANTSHEER NAGTGLAS I 747/48 — De STOPPELAAR cf. ind.

Praepositi

Wilhelmus	1249, 1266. 1272	BBH 1888, 186
Simon v. Oostcapelle	1326	FRUIN, AAMidd 191
Wouter Simonis	1412, † 1418	AAA MS 116, 40
Nicolaus Klaassen	1418—	BBH 1888, 177
Martinus	1438	AAA MS 116, 57
Cornelius Olardus	—1449	ibidem
Adrianus Jansz Mengaretzen	1449—	ibid.
Joannes	1465	BBH 1888, 186
Jacobus Janszoon	1476	H. v. R. IV 72
Joannes v. Weert (postea abbas Sti. Michaelis)	1484/86	FRUIN o. c. nr. 941
Wilhelmus Jacobszoon	1496	BBH 1888, 186
Petrus Claeszoon	1504	H. v. R. l. c.
Joannes v. Heusden	1556/70	FRUIN o. c. 1492
Dionysius Feyten (postea abbas Sti. Michaelis)	1578—92	H. v. R. l. c.
Petrus Malcotius	1592/99	H. v. R., l. c.

DUBIA ET PRAETERMISSA

Difficile sunt discernenda monasteria incerta in hac circaria, numquid adsit aliqua probabilitas, ea fuisse domus formatae, et revera Ordinis nostri. Praesertim haud facile est dictu, in quantum magnae curiae, praeposituræ et prioratus rurales considerari possint ut vera monasteria, et quam diu. Ideo inserimus „Dubia et Praetermissa“ coniunctim.

ALKMAAR St. Magdalena (Wittezusterenhof)

in Hollandia Septentrionali. Secundum GAN I 313 erat asceterium Ord. Praem., quod tamen ex nullo fonte authentico confirmatur. Probabilius erat domus paenitentium Ord. Stae. Magdalenae. (Vide quod infra dicemus apud Utrecht Wittevrouwen) — RÖMER I 71, 670, 679 dicit fuisse Ord. Stae. Magdalenae.

BREST

Dioc. Utrecht, in Gelria. Secundum HUGO I 882 (cf. WAEFELGHEM 45) erat prioratus abbatiae Marienweerd. Revera erat mera curia, nomine Beesd, in quo vico sita erat abbatia ipsa, cf. *Mon. Bat.* II 29

CULENBORG St. Ursula

Asceterium, praepositura sub Marienweerd. Invenitur tantum apud De La TORRE (AAU X 1882 202), unde hausit HUGO annalista noster I 882. Est aperta confusio cum praepositura Kessel, de qua infra.

DIEST St. Sulpitius

Stus. Sulpitius Diesthemensis.

Oppidum in Brabantia, non longe a Lovanio, Dioc. Leodiensis, nunc Mechliniensis.

Praepositura, allata a HUGO II 751, et a WAEFELGHEM 251. Non tamen considerari potest ut vera domus Ordinis nostri. Abbatia Tongerloensis totam curam animarum in civitate possedit. Anno 1457, Henricus abbas huius coenobii, apud ecclesiam principalem Diesthemii, nempe Sti. Sulpitii, condidit capitulum collegiale pro sacerdotibus saecularibus,

cuius praepositus vero, vi instrumenti fundationis, semper erat canonicus Tongerloensis. Suppressa est haec praepositura anno 1797.

Vide F. J. RAEYMAEKENS, *Notice historique sur l'église primaire de St. Sulpice à Diest,* MSHB XVIII (1857), XX (1858) t. à p. — v. BOTERDAEL 16 — v. GESTEL I 235/39.

GUVENS

Parthenon, filia Parthenensis, in dioc. Leodiensi. Sic habet Lairuelz, et HUGO I 789, immo et WAEFELGHEM 105 secuti sunt eum. Est corruptela pro Gempe, filia Parcensis.

HEESWIJK

in Brabantia Septentrionali (Neerlandia), Dioc. Utrecht, nunc 's Hertogenbosch. Secundum HUGO I 336 et 809, sequentibus WAEFELGHEM 110 et aliis, ibi erat praepositura, filia abbatiae Bernensis, fundatum anno 1196 ab Alberto de Dinther et Amalrico de Heeswijk. Reapse erat mera curia dictae abbatiae, quae saeculo XIII generatim vocabatur „Bernheze". Saeculo XVI, ibi constructum est ab abbate Conrado v. Malsen parvum castellum, in quo, anno 1857, communitas vitam conventualem restauravit.

Vide supra apud Berne.

HONSWIJK

in Rijswijk onder Woudrichem, in eadem provincia ac dioecesi quibus supra. Secundum *Mon. Bat.* II 99, erat ibi praepositura abbatiae Bernensis. Revera, pariter ac Heeswijk, nihil erat nisi curia.

Vide supra apud Berne *(Berneboek 17)*

KESSEL SS. Ursula et XI mill. Virg. Mart.

Ad Mosam prope Roermond, in Limburgo neerlandico, Dioc. Leodiensis, nunc Ruremundensis.

Curia, nomine praeposturae insignita, dependens ab abbatia Marienweerd. Fundata est anno 1219 ab Henrico comite de Kessel, in coemeterio ecclesiae parochialis loci. In instrumento fundationis expresse sta-

tuitur, praeposituram esse administrandam ab uno canonico Insulae Stae. Mariae. Ergo vix est supponendum, ibi umquam fuisse domum formatam, et probabiliter descriptio praepositurarum Altforst[142]) et Kessel, quam legimus in epistola quadam ex anno 1562[143]), referenda est ad totam historiam illarum: „. . . non enim habent formam monasteriorum, sed tantummodo privatarum domuum, et nec illa praepositura, nec ista habet aut a saeculo habuit nisi unicum religiosum possessorem temporalium bonorum, qui certe praepositi nomen falso gerit, quia nullis praesidet aut praeponitur nisi forte animalibus gradientibus circa forum domus suae. Neuter quoque habet se pro obstricto ad ullum ministerium ecclesiasticum, nisi ad certas quasdam missas, ille ad XL in anno, iste ad tres singulis hebdomadis."

Anno 1561, praepositura data est decano Episcopatus Ruremundensis in dotationem. Ultima residua aedium evanuerunt anno 1804.

HUGO II 341 et I 882, sicut et WAEFELGHEM 242 et 266 confusa proferunt de ambabus praeposituris. — *Mon. Bat.* II 108.

MAARSBERGEN

Meers-, Mersberg

Prope Utrecht, versus occidentem. — Dioc. Utrecht, in Neerlandia

Curia abbatiae Bernensis, pertinens ad bona eius fundatitia. Fieri potest, ut ibi initio fuerit domus formata cum vita vere regulari; anno enim 1189, verbum fit de „conventu in Mersberg", et anno 1218, memoratur „ecclesia in Mersberg et curia tota". Forte ibi ad tempus fuerunt etiam moniales. Authentice nihil constat, sed videtur haec fundatio omni modo normam curiae ordinariae excessisse, ad instar v. g. curiae de Bakkeveen in circaria Frisiae. Cum Maarsbergen esset devastata anno 1429, Ingramus abbas Bernensis (1457/61) habuit intentionem, eam reconstruendi ut domum vere formatam, quia, ut asserit, „antiquitus fuit monasterium et locus specialiter sanctus". Quam tamen intentionem abbas non deduxit in praxim. Abhinc bona ibidem sita administrata sunt a praeposito ad nutum abbatis Bernensis, qui in omnibus aequiparari solebat praepositis parthenonum. Saeculo XVII, Maarsbergen ad tempus fuit refugium con-

---

[142]) De qua vide supra apud Woerd.

[143]) Orig. in AGR, edita in *Publ. Limbourg* XVII (1880) 187 sq.

ventus Bernensis. Anno 1623, saecularizatum est a gubernio, nihil de aedibus superest. Loco eius nunc est castellum.

Archivalia vide Berne, quod valet etiam pro

Litteratura: Specialia: HUGO I 336, II 237 — WAEFELGHEM 163 — OHZ Suppl. 5, 59, 82, 102 — GAN I 383 — *Mon. Bat.* II 118 — AAU XIX (1892) 167

MONSTER

in Zeeland, non longe a Middelburg. Secundum Hugo II 391, et WAEFELGHEM 171 erat prioratus conventualis, dein versus in parochiam. Erat praecipua inter parochiis abbatiae Middelburgensi incorporatis. Fieri potest, quod degerit ibi, saeculo XIII, parva communitas canonicorum, sed probabilius haberi nequit tamquam domus vere formata. Vide de ea apud Middelburg.

NAALDWIJK St. Georgius

in vico Heimont, in Geldria, Neerlandia. Dioc. Utrecht.

Apud GAN I 264 legimus: „Capellae Sti. Georgii in Naaldwijk, erectae anno 1213 per abbatiam Marienweerd, postea monasterium Ordinis, vulgo De Lee, adiungitur, quod anno 1408 iterum supprimitur". Non elucet, quo ex fonte hoc concludatur. Authentice patet, in Naaldwijk sive Heimont abbatiam Insulanam multa possessisse bona, et eam ibi instituisse curiam est probabile. Anno 1408, omnia alienavit. Nihil probat ibi fuisse verum monasterium.

FREMERY, *Cartularium Marienweerd* 367 — OHZ Suppl. Nr. 9/14 — *Mon. Bat.* II 133 — BBH XXV (1900) 74

NOORTDIJK (St. Nicolaus)

Camera B. M. V. — In Zeeland, prope Domburg, in Neerlandia. Dioc. Utrecht.

Asceterium Cisterciense, fundatum in Emelisse ante annum 1241, anno 1288 translatum est in Waterloosverwe in insula Walcheren. v. MIERIS II 369 erronee putat has moniales fuisse Ord. Stae. Clarae. H. v. R. IV 93 putat, eas fuisse Ord. Praem.: „occurrit enim hoc monasterium in archivis abbatiae Sti. Michaelis Antwerpiensis sub nomine abbatiae Sti.

Nicolai in Middelburg". Quem errorem, absque dubio nitentem confusione quadam, transsumpsit HUGO II 367, et post cum WAEFELGHEM 244.

Vide OHZ II 73, 459, 466 — *Mon. Bat.* III 32 — RÖMER I 308 — v. HEUSSEN, *Middelb.* 37

RENISSART

Reinirsart, Renisartum, Reyniersart

in oppido Arquennes, in Hannonia, Dioc. Tournai, in Belgio.

Curia abbatiae Ninivensis, cum prioratu, fundatus versus annum 1150 a toparchis loci. Initio videtur fuisse domus formata, erat enim, ut scribit abbas quidam Ninivensis saeculo XVII, „antiquitus vasta sicut abbatia, cincta muris. Ibi habitabat magister curiae cum 9 vel 10 conversis". Ultimis saeculis ibi erat unus canonicus tantum.

Archivalia et Litteratura: vide apud Ninove. Specialia: WAEFELGHEM 207 — BERLIERE, *Mon. Belge* I 420/22 — LEROY II 11/12 — U. BERLIERE, *Le prevoté de Renissart, à Arquennes.* ACAM XXVIII (1898) 193/218

RUNKELEN St. Andreas

Runckeren, Runcherium, Rinkeren, Runckirs

non longe a St. Truiden, in Belgio, Dioc. Leodiensis.

Prioratus abbatiae Parcensis, qui probabiliter in eadem conditione erat qua domus supra memoratae. Giselbertus, comes de Duras, obtulit abbatiae Parcensi ecclesiam in Runkelen, ad instituendum ibi prioratum Ordinis. Quod approbavit episcopus Leodiensis, anno 1134, et Innocentius Pp. II, anno 1142. Saeculo XIII, exorta est lis inter canonicos de Runkelen et moniales Ord. Cist. de Orienten, quia istae nimis prope fundaverant domum suam, quod contrarium erat conventioni inter duos ordines factae. Quae lis decisa est a Gregorio IX, Summo Pontifice. Postmodum derelictus est prioratus, et partim in eremiam versus, in festo tamen Sti. Andreae quotannis canonici Parcenses sollemnem missam ibi celebrabant.

Archivalia: Cartularium Parcense A 11, et B 12, 33/35 (AAPa) — Manuale van Runckelen 1759 (AGR no. 95, Abb. du Parc)

Litteratura: vide Parc. — Specialia: DARIS HistDPL 499 — JANSEN, *L'abbaye du Parc* 68/69, 154/55 — BGHB II (1903) 423

ST. JANSBERG St. Joannis et Jacobi

Mons Beati Joannis in Eike

prope Maaseik in Belgio, prov. Limburg, Dioc. Leodiensis.

Abbatia, quae videtur fuisse fundata ante annum 1144 a Waltero canonico Sti. Gereonis Coloniensis, et fratre eius Huberto. Quo anno 1144 Giselbertus, abbas novi coenobii, obtinet confirmationem papalem. Non constat, cuius ordinis hoc monasterium fuerit, nec a quanam abbatia habuerit ortum. Quae referunt varii auctores inde a saeculo XVII, de fundatione per abbatiam Averbodiensem, sunt spuria[144]).

Anno 1155, abbatia in Monte Sti. Joannis iam desierat, hocque ut videtur, propter machinationes Sigeri cognati fundatorum, donationem ab illis factam recognoscere nolentis. Quae abbatia fuisse Ordinis nostri, est possibile, sed probari nequit, immo est parum probabile. Necrologia enim abbatiarum nostrarum saeculo XII generatim primos abbates, et pluries etiam alios abbates et religiosos canoniarum Ordinis saltem vicinarum enumerant. Atqui de Monte Sti. Joannis in omnibus necrologiis, sicut in aliis fontibus Ordinis, viget silentium[145]).

Anno 1155, Walterus et Hubertus, fundatores supradicti, curiam quam habebant in Monte Sti. Joannis, donant abbatiae Averbodiensi, quae eam vertit in grangiam. Est probabile, hanc curiam fuisse idem quod abbatia desolata. Siger, qui post obitum Walteri et Huberti factam donationem impugnaverat, „multis contumeliis fratres ibi manentes affecit et inde fugavit, ipsamque curiam non solum depraedari, sed etiam concremari non dubitavit"; paenitens vero anno 1162 omnia bona, excepto praediolo, quod ipsi curiae adjecerat, abbatiae Averbodiensi obtulit. In Monte Sti. Joannis restat sacellum saeculi XII, quod forte ultimum est residuum abbatiae et curiae.

Litteratura: HUGO I 222 (mera citatio) — WAEFELGHEM 281 — V. v. GENECHTEN, *Werd St. Jansberg door Averbode gesticht? (Anal. Praem.* XI, 1935; 27/43) — JAFFE 8000, 8490 — MIRAEUS *Chron. Praem.* 88 — O. ROBYNS, *De Hoeven van St. Jansberg bij Maaseik (Limburg* XII 1931, 205/10). R. LEMAIRE, *Les origines* (v. supra apud Park) I 61 — Bull. Métiers d'Art I (1901/02) 212.

---

144) Ut nitide probat V. v. GENECHTEN l. c.

145) Catalogo uno est adscripta, nempe P, tamquam interpolatio saeculi XVII.

UTRECHT S. Mariae Magdalenae

Wittevrouwen, Conventus Beate Marie Magdalene Albarum Dominarum in Ultrajecto.

Asceterium fundatum ante annum 1223[146]). Fuit ab origine Ordinis Paenitentium Stae. Mariae Magdalenae[147]); tamen, nullo argumento allato, auctores recentiores hanc domum adscribere solent Ordini nostro. Nullibi invenitur ne tenuissimum quidem vestigium, hoc asceterium umquam habuisse relationes cum illo. Deest in omnibus catalogis Ordinis, ceterique fontes illius pariter alte de eo silent. In archivis satis amplis canoniarum vicinarum Ordinis nostri, scilicet Marienweerd, Middelburg, Berne et Koningsveld, ne memoratur quidem[148]). Vicarii eius erant ex clero saeculari, et videntur fuisse nominati a praeposito ecclesiae cathedralis. Confessarii eius postremo erant Fratres Praedicatores.

Indicia vero, probantia hanc domum pertinuisse ad Ordinem Stae. Mariae Magdalenae, extant multa. Inveniuntur duo sigilla, aut circumscriptione aut imagine hoc demonstrantia, praesertim vero charta quaedam ex anno 1307, quae est confecta nomine „priorissae totiusque conventus beate Marie Magdalene albarum dominarum in Ultrajecto"[149]). Erecta fuit apud ecclesiam monasterii confraternitas Stae. Magdalenae, cuius festum videtur fuisse celebratum magna cum pompa. Existentia alterius cuiusdam

---

[146]) Hoc anno, „quaedam puellarum, videlicet Albarum Dominarum, habitacula devastantur" (MATTHAEUS *Anal.* II 604)

[147]) Hic ordo, gallice „Madelonnettes", in Neerlandia ubique vocabatur „Wittevrouwen", id est, Albae Dominae. Quae designatio ibi hinc inde etiam applicabatur aliis sororibus albis vestitis, sed numquam, in quantum reperire potuimus, monialibus Ordinis nostri. De ordine Poenitentium vide A. SIMON, *L'Ordre des Pénitentes de Ste. Marie Madeleine en Allemagne*, Fribourg 1918 (asceterium Ultrajectense nescit), et LTK VI 775.

[148]) Forte et sequens eventus, non quidem ad problematis solutionem, sed ad elucidandum illud aliquomodo contribuere potest: Ethelgerus abbas Horti Stae. Mariae (1242/59), per aliquot tempus commoratus est Ultrajecti. Fuse describitur in *Gestis Abbatum* 198, quid ibi egerit, minute verbum fit de eius relationibus cum monialibus OSB de Oudwijk, sed de Albis Dominis siletur. Si revera tunc pertinuissent ad Ordinem nostrum, Ethelgerus probabiliter eas adiisset.

[149]) Rijksarch. Utrecht, Arch. Cap. Sti. Joannis no. 370. Notandum est, patrocinium Stae. M. Magdalenae tunc temporis fuisse restrictum ad monasteria paenitentium. Vix invenitur, saltem in Neerlandia, hoc saeculo asceterium alius ordinis, huic sanctae dedicatum.

asceterii pro paenitentibus in civitate, eidem Stae. Magdalenae sacri, probat contra nostram hypothesim, econtra eam confirmat. Alterum illud monasterium prima vice occurrit anno 1400, annis 1416 et 1467 sorores eius vocantur „conversae apud Stam. Mariam Egiptiacam juxta hospitale S. Mariae Magdalenae". In posterum haec pauper domus promiscue nuncupatur aut „Stae. Mariae Egiptiacae", aut „Stae. Mariae Magdalenae".

Opinamur rem ita se habuisse. „Albae Dominae" Ultrajectenses, mox et virgines famae illibatae assumpserunt, quae paulatim praevaluerunt, ita ut conventus, infamiam sui originis erubescens, paenitentes renuerit amplius accipere, et immo nomen ordinis, hanc infamiam semper revocans, studuerit deponere vel mutare[150]). Senatus urbis igitur circa annum 1400 fuit coactus, aliud asceterium condere ad paenitentes recipiendas, cui primitus nomen alius sanctae paenitentis est impositum. Cum vero moniales Stae. Magdalenae paulatim se nuncupaverint „Albas Dominas" tantum, tacitis omnino ordine et patrona, coenobium Stae. Mariae Egyptiacae patrocinium vicini hospitalis adoptavit[151]), in qua sorores eius forte servierunt.

Conventus Albarum Dominarum saeculis XV et XVI, erat exclusive nobilis; circa annum 1570, priorissa immo titulum abbatissae sibi vindicavit. Guicciardini, qui paulo ante scripserat primam editionem libri sui, hunc conventum in ea nescit. In secunda tamen primus autumat, tacitis tamen nominibus, in Ultrajecto extare duo asceteria pro domicellis nobilibus, unum Ord. Cist., alterum Ord. Praem.[152]). Van Heussen non dubitavit hoc alterum esse conventum Albarum Dominarum; unde haec attributio evasit communis[153]). Guicciardini quidem est auctor nequaquam spernendus. Sed quoad loca a sede sua Antwerpiensi magis distantia,

---

150) Quam evolutionem, tunc ceteroquin generalem in Ordine Paenitentium (cf. SIMON o. c. infra), clare possumus sequi apud asceterium Stae. M. Magdalenae in Nijmegen, de quo vide supra.

151) Quae omnia mihi benigne communicavit D. J. W. C. van Campen, archivarius civitatis Ultrajectensis.

152) Ed. 1581, p. 357: „. . . conventi di diversi ordini et professioni, tanto d'huomini, che di donne, fra quali li due ampli, et magnifici Munisteri di gentildonne, et d'altre principali borghese della terra che si chiamano Damiselle, l'uno dell' ordine di S. Bernardo, l'altro dell'ordine Premonstratense . . ."

153) Confer totam bibliographiam infra allatam.

et in additionibus pro secunda editione ab aliis allatis, non caret mendis, insuper non est certum, eum loqui de nostro conventu. Multa enim asceteria erant in civitate, quorum complura nobilitati erant reservata.

Si autem revera loquitur de Albis nostris Dominis, quod est possibile, eum aliquomodo recta proferre, nolumus excludere. Moniales enim illae, ad ordinem Paenitentium Stae. Magdalenae nullo modo pertinere volentes, canonice carebant statuto determinato. Exegit auctoritas ecclesiastica, omnes communitates religiosas nomen dare alicui ordini approbato, et ita moniales nostrae, aut alicui Ordini se iunxisse dixerunt, aut se ad illum pertinere saltem finxerunt[154]). Eas enim hunc transitum rite fecisse vix est credibile, quia secus absque dubio et illae in suis documentis et sigillis coram Sta. Sede et Episcopo nomen ordinis patefecissent, et ordo ad quem transierunt, pariter de hoc transitu vestigia authentica in uno alterove documento reliquisset.

Hae Albae Dominae tamen revera videntur per saecula vixisse absque ullo ligamine ordinis, et fieri potuit, ut, interdum interrogatae, ad quem ordinem spectarent, respondisse se esse Praemonstratenses; vel forte, illis faventibus, falsa opinio publica huiusmodi paulatim efformata est, propter albas earum vestes. Guicciardini, qui non erat historicus proprie dictus, et plura conscripsit hinc illic audita potius quam in archivis scrutata, tali modo forte erat informatus.

Jure igitur merito censemus, has Albas Dominas, tamquam Praemonstratenses, esse valde dubias, immo potius praetermittendas[155]).

Archivalia: Rijksarch. Utrecht vide de HULLU l. c. — Extat imago ecclesiae saec. XVIII apud LELONG vol. VI'

Litteratura: HUGO I 144 — WAEFELGHEM 328 — BROM *Arch. Italië* I 149 — IDEM, *Reg. Utr.* cf. ind. — IDEM, *Bull. Traj.* no. 1180 — De FREMERY no. 163 — HEERINGA II 298 — HEIJMAN, *Verspr.* 29 — v. HEUSSEN *Hist. Episc. Ultr.* I 98/99, praebet breve necrologium — IDEM, *Batavia Sacra* II 116 — MATTHAEUS *Anal.* II 604 — v. MIERIS II 229 — *Mon. Bat.* II 189 — MULLER *Reg. Rek.* 423, 681, 1696 — IDEM, *Reg. Bisch.* 706, 1897, 5201 — OHZ II 449 — VERMEULEN Nr. 607 — J. H. HOFMAN, *De Witte Vrouwen te Utrecht*, AAU XXXII (1907) 117/230 — J. de HULLU /

---

[154]) Qui casus haud erat singularis. Canonissae saeculares v. g., in Germania late diffusae, libenter coram Sta. Sede finxerunt se esse O. S. B., O. Cist. vel O. S. A. Confer quod diximus apud Lindow vol. I 248.

[155]) Cui secundae sententiae favet Dr. van Campen, archivarius supra laudatus.

S. WALLER ZEPER, *Catalogus der Archieven der kleine kapittelen en kloosters,* Utrecht 1905, 183/86 — A. v. LOMMEL, *Het Wittevrouwenklooster te Utrecht annis 1556 et 76,* AAU III (1876) 398 — *Inventaris der obligatieen en effecten toebehoord hebbende aan de verschillende kloosters van Utrecht,* ibidem VI (1879) 257/304.

VENLO Stus. Spiritus

civitas in Limburgo neerlandico, Dioc. Leodiensis, dein Ruremundana. Ab anno 1715. pertinet ad Neerlandiam.

Asceterium fundatum forte tamquam begginagium ante annum 1413[156]), secundum alios autem versus finem saeculi XV[157]), in angulo platearum „Hl. Geest-“ et „Jodenstraat“ vulgo dictarum. Anno 1711, ei committitur capella adiacens ad Stum. Spiritum; ab anno 1753, habuit scholam pro puellis; anno 1793 devastatum, et anno demum 1797 suppressum est. Auctores recentes hanc domum addicunt Ordini nostro; qui error originem suum habet in libro infra citato F. KEULLER. In quem inductus fuit probabiliter hic auctor, eo, quod hae sorores de facto erant sub directione spirituali parochorum Venloensium, qui erant canonici Averbodienses. Atqui ex Archivo Episcopali Ruraemundano clare patet, has sorores fuisse „Religiosas Tertiae Regulae Sti. Francisci“[158]). Asceterium nihil habuit commune cum Ordine nostro, quoad omnia suberat episcopo, et jurisdictio parochorum in illud erat delegata tantum.

Archivalia: Bisch. Arch. Roermond, Kloosters XI, Hl. Geest Venlo.

juxta duas ecclesias iam existentes, quarum una erat parochialis. Fuit quidem „filia Praemonstrati", sed primi canonici inde venisse non videntur; quae omnia innuunt, Floreffiam esse exortam ex ecclesia collegiata[43]). Sorores erant Floreffiae apud Stum. Martinum usque ad annum 1270, sed partim iam antea sunt translatae in curias Postel, Vérofle, Wanze et Herlaimont, de quibus vide suo loco[44]). Pars sororum Floreffiensium etiam migravit in Germaniam, ubi parthenones Wenau, Schillingskapellen et Marienroth (Circ. Westfaliae), paternitati Floreffiae semper fuerunt subditi. Filias genuit sequentes: Beaurepart, Heylissem, Leffe, Rommersdorf, St. Habakuk, Septfontaines en Thiérache, et saec. XVII Postel, quod ante hoc tempus fuerat curia, hospitale et prioratus a Floreffia dependens. Parochias possedit et administravit: Floreffe St. Martin cum capellis Jodion, Floriffoux et Sart; Solre-le-Chateau et Beaurieux (1154), Obaix 1142, Solre-St. Géry et Beaumont 1150/1281, Grand Leez 1153, Herlaimont 1140, Viesville 1171/1217, Sautour 1188, Warnant, Aublain 1188, Thiméon 1188 (a quo seiungitur Ransart an. 1572), Trazegnies 1184, Franière 1265, Farciennes 1210, Auvelais 1265, Villers-en-Fagne, Sart-en-Fagne, Overpelt, Houthalen, Laak. Alias duodecim parochias, quas Floreffia possederat in Campinia, vide supra apud Postel, ad quam domum postea transierunt. Jure praesentationis tantum: Senennes. Abbas exercuit jura archidiaconalia in parochia loci, possedit canonicatum in ecclesia collegiata Sti. Pauli Leodii, et habuit vocem deliberativam in Coetu Statuum Namurcensium iam saec. XIII. Hospitalia pro pauperibus et peregrinis habuit in Floreffe, Postel, Wanze, Lierhout, Solre, Auvelais, et in Marche-les Dames, quod usque ad annum 1384 a conversis fuit directum. Inter scriptores huius abbatiae excelluit Petrus de Herenthals († 1390). Anno 1450, abbates infulantur. Saec. XVII canonia erexit Collegium Lovanii, pro circaria, de quo vide infra. Anno 1560, Floreffia addicta est episcopatui Namurcensi in dotationem, sed abbas potuit hoc avertere solvendo pensionem annuam dicto Sedi. Saeculis XVII et XVIII, quibus canonia valde floruit, nova et pulchra aedificia construuntur. Reditus annui: 62260 Flor. Cum esset erecta Congregatio Ordinis Belgica, a Praemonstrato separata, annis 1572 et 1782, abbas Floreffiensis eligitur in praesidem. Supressa est canonia, anno 1797.

---

[43]) cf. Vitam Norberti PL 170. Quam hypothesim nobis suggessit D. R. Forgeur, Leodii.

[44]) Cum Walterus abbas Floreffiensis in Cap. Generali an. 1270 suppressionem omnium monialium instanter postulasset, et obtinuisset, licet utique supponere, illum statim hoc decretum esse executum in parthenonibus sibi subditis. In illis tamen, quae ad circariam Westfaliae pertinuerunt, nihil potuit perpetrare

Tunc ibi erant 59 canonici et 2 novitii. In vanum conati sunt ultimi religiosi, abbatiam salvare pro Ordine[45]). Iam anno 1817 ibi institutum est Seminarium minus dioecesis Namurcensis. Tentamen Ordinis ad Floreffiam recuperandam, circa an. 1890, non successit. Aedificia perpulchra integra supersunt, sed intus penitus mutata. Celebria praesertim sunt stalla chori, 103 sedilia complectentia.

A r c h i v a l i a : Arch. Etat Namur: 27 reg., 15 fasc. 1226/1815, 8 plans 1780 — 3 Cartularia: 1121/1292, XVII s. (2 voll.), XVIII s. — Acta Electionum — Corresp. ultimi abbatis Fromantau. — AGR. Bruxelles: Cartularium, Cat. Religios. (MS 796, 37/66). Pap. d'Etat nr. 908, 911, 915, 921 (electiones). Chronicon 1738 (ed. BARBIER l. c.) — AAPa 4 (25 num.) saec. XVI/1893, XVII 1 — BRB Chronicon (auct. H. de Bouillon) MS 18064/69, MS 6639 f. 143/46, MS 13882 f. 94/128 v. — Bibl. Bolland. Bruxelles: De monasterio Floreffiensi (1596) — Bibl. Univ. Leodiensis: MS 823 II 566/68 — Brit. Museum London: Catal. Abbat. et Religios. an. 1445 (rotulus) MS 25055. Copia in Semin. Maiori Namurc. — Bibl. Grand Semin. Namur: Cartularium XII/XVI s., Documenta 1305/1562 (222 fol.); Dénombrements des fiefs 1753/57; Inventarium titulorum 1787/89; MS E. BOURLARD, *Histoire de l'Abbaye de Fl.* — Cf. ACG Laon fol. 675, et Arch. Dép. Lille Rep. Numér. Sér. B (1921) 70[46]) — BMun Nancy 992 VII 17/94.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : LAIRUELZ 385 — LEPAIGE 439, 520/21 — HUGO I 75, pr. 50/60 — WAEFELGHEM 87, 376 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Mon. B.* I 111/23 — IDEM *Notes Hugo* 120, 124, 131 et passim — BERGER cf. ind. — IDEM, *Prov. Prael.* 1410/32, 445 — BROM, *Reg. Utr.* nr. 205 — CAESARIUS de HEISTERBACH I 78, II 13, 64 — *Cart. Com. Hain.* cf. ind. 815 — *Cart. St. Lamb.* I 652, II 95, 445, III671, IV 321, 399, V 643 — *Cat. MSSB Dep.*, VI 38, IX 416, XXXII — CHEVALIER 1119 — *Chron. Liég.* II 685 — CLAESSENS 459 — COPPENS IIIa 150, 174, 302/11, 358/84, 411/19, IIIb 136, 174 — *Corr. Phil. II:* III 26 — COTTINEAU 1155 — CROONENDAEL II 754 — DEMAY *Flandre* 6746, 7032/34 — *Den. Foy. Brab.* T. O. 63 — ERENS, *Hoeven* 348 — *Form. Pr.* nur. 2, 64, 126, 215, 241, 292 — Gall. Chr. N. II 609/15 — GALLIOT IV 252/86 — GISELBERTUS DE MONS 366 — GOOVAERTS I 81, 87, 169, 211, 212, 213, 233, 244, 246, 280, 300, 303, 326, 346, 348, 357, 363, 371, 400, 408, 503, 616, 624, II 39, 45, 76, 101, 110, 204, 330, 368, 371, 381, 398, III 11, 13, 36, 44, 49, 54, 72, 130, 131, 166, 168, 178, IV 59, 62, 65, 67, 72, 86, 102, 170, 245, 336 — HARDICK 8 — J. De HEMRICOURT III 280 — d'HOOP III 8385 — *Inv. Cart. B.* I 42,

---

[45]) Cf. articulum A. MAES.

[46]) Chronica in BB Viennae et Salisburgi, quae affert WAEFELGHEM p. 88, sunt praetermittenda. Primum enim plane non existit, secundum est Chronicon quoddam generale, scriptum a Petro de Herenthals, quod ad historiam canoniae non spectat (Bundesstaatl. Studienbibl. Salzburg MS II 148, cf. MGH SS XX 397/475).

II 21 — JADIN *Relations* cf. ind. — JAFFE 7277, 7323, 7924, 10 039, 13 322 — LAHAYE (v. Beaurepart) II 149 — *Lettres Ben. XI* (AVB) cf. ind. — *Lettr. com. Jean XXII* 6840, 51 023 — *Lettr. Innoc. VI* 470 — LTK IV 34 — MARTENE/DURAND *Voy. Litt. II* 122/28 — *Matr. Univ. Lov.* I 265, II cf. ind. — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. II vj, IV ix — J. d'OUTREMEUSE IV 342, 450, 569, 650, 696, V 286, 367, 476 — PONCELET, *Hugues de Pierrepont* cf. ind. — IDEM, *Inv. Ste. Croix* II 366 — PIOT *Cart. St. Trond* I 635, II 399 — PRESSUTTI 5495 — RAMACKERS *PUrkN* 49, 51, 72, 76, 93, 102, 103, 203, 230, 235, 314, 338 — IDEM *UrkNancy* 132 — *Reg. Ben. XII* 1580, 5429 — *Reichsreg. Karls V* 1651, 1946, 5968, 5998 — REIFFENBERG *MHistProv* I xlj, 10, 661 — *Rep. Germ.* III 77 — ROUSSEAU 121 — SAUMERY, *Délices du Pays de L.* III 309/15 — SCHUTJES cf. ind. apud singulas parochias in Neerlandia sitas — STEIN 1364/65 — *Suppl. Innoc. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD 22/XI 2 cf. ind., XI 3 22, 32, 48, 64, 81, 83, 106, 110, 269, 274, 275 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — IDEM, ACG 1498 *(Anal. Praem.* XV, 1939) 31, 35, 41 — IDEM, *Vis. Can.* II 148, 161/64 — de VOCHT 4881, 5038 — WAEFELGHEM *Abbés* XII 110/16 — J. et V. BARBIER, *Cartulaire de l'Abbaye de Floreffe 1121/1255*, AHEB 2 I (1881) 7/67 — J. BARBIER, *Histoire de l'Abbaye de Fl.* Namur 1880, 2a ed. (2 voll.) ibid. 1892 — IDEM, *Chronique des Abbés de Fl.*, AHEB VIII (1871) 417/49 — IDEM, *Droits archidiaconaux de l'abbé de Fl.*, ibidem XI (1874) 472/76 — IDEM, *L'hospice de Fl.*, ibid. XII (1875) 436/40 — IDEM, *Nécrologe de l'Abbaye de Fl.* ibid. XIII (1876) 5/70, 190/286 — S. BALAU, *Sources hist. Liège* (vide ap. Beaurepart) 261/62 — E. de BARTHELEMY, *Analyse du Cartulaire de Foigny*, Vervins 1879, passim — J. BORGNET, *Notes sur d'anciens* MSS (de Fl.), BARAB IV 1837), pp. 252/60 — E. BROUETTE, *Supplement au Monasticon de D. Berlière*, Namur 1953, p. 9 — IDEM, *Topo-Bibliographie de la prov. de Namur*, Nam. 1947, 51/53 — Ch. COENEN, in *Chron. Archéol. Liège*, XXIII (1932) 58/59 — F. COURTOY, *Les stalles de l'Abbaye de Fl.*, Namur 1930 — P. FAIDER, *Catalogue de MSS conservés à Namur*, Gembloux 1934, p. 566 — P. de HERENTHALS, *Catalogus abbatum monasterii Floreffiensis*, ed. U. BERLIERE in BCRH 5e ser. VIII (1898) 228/56 — L. HOEFNAGELS, *Un projet de retour des Prémontrés a Fl. en 1893*, *Anal. Praem.* VI (1930, 341/46) — D. C. LAMBOT, *Modèles iconographiques des stalles de Floreffe, Mélanges Courtoy*, Namur 1952, II 735/44 — R. LEMAIRE, *Romaanse bouwkunst in de Nederlanden*, Brussel 1952, 130/31 — R. MAERE, *L'eglise du Petit Seminaire de F., ancienne abbatiale norbertine*, BARAB 1910, 199/234 — A. MAES, *De laatste jaren der abdij van F. (Anal. Praem.* VII, 1931, 108/43) — H. NELIS, *Notes sur une charte fausse de Thibaut de Bar, évêque de Liége, pour l'abbaye de F. 1308*, ibidem VIII (1932) 349/52 — E. REUSENS, *Elements de Paléographie*, Louvain 1899, 452 sq. — A. SIRET, *Anciennes peintures murales à l'abbaye de F.*, ASAN III 1885, 361/80 — F. TOUSSAINT, *L'abbaye de F., de l'Ordre de Pr., histoire et description.* 4a ed. Namur 1901 —

H. v. d. WEERD, *Une colonie agricole de l'abbaye de F. en Campine au XIIe siècle (Leodium* 1929, 36/49) — M. WALRAET, *Actes de Philippe Ier, comte de Namur (1196/1212)*, Bruxelles 1949, cf. ind. — *Le pitancier de l'abbaye de Floreffe pour les années 1550 et 51*, in: *DSocA Charleroi*, XXIX 1905, 253/84 — *Annales Floreffienses* 1139/1482 ed. BETHMANN, MGH SS XVI 618/31 — *Chronique rimée de Floreffe*, auct. H. d'OPPREBAIS, (MS BRB 18064/69), ed. REIFFENBERG *MHistProv* VIII 65/88 — AHEB I (1863) 364, IV (1867) 400, 412, VII (1870) 364/78, VIII (1871) 229/43, 364/84, IX (1872) 45/47, 261/99, X (1873) 111, 113, 274, 276/84, 286/302, 322/26, 377, XI (1874) 181/88, 230/32, 254, 476/80, XIII (1876) 369, 377, 380, XIV (1877) 175/93, 2e sér. III (1883/84) 398 — *Anal. Praem.* V (1929) 27/45, 159/61, VI (1930) 340/41, VIII 1932) 345/49, XXX (1954) 273/76 — ASAN XVIII (1889) 325, XXI (1895) 208, XXXIV (1921) 169/210, XXXVII (1926) 315/22 — BCRH cf. indices omnes — *Bossche Bijdragen* III (1919/20) 84, cf. II 102 — BGHB I (1902) 54, V (1906) 129, 445 — *Gazette Numismatique* V (1900) 58/59 — *De Maasgouw* 1820, 258 — *Mélanges Courtoy* (v. supra) II 191/98, 666, 882/83 — *Namurcum* XXIV (1949) 11/13 — RBAHA V (1953) 17/35 — *Verzamelde Opstellen* XVIII (1943) 103/26 — *Wallonia* XXI (1931) 198/234 — *Zeitschrift f. Röm. Philologie* XXI (1897) 1/31, 353/401 — Vide etiam apud Postel.

Series abbatum (WAEFELGHEM, Abbés)

Richard 1122/30
Amalricus 1132/34
Gerlandus 1134/73
Hermannus 1173/94 res.
Joannes de Auvelais 1194—1202/03 res.
Werricus 1203—12 (antea abb. in Leffe)
Hellinus 1212/13—16 (postea abb. in St. Habacuc)
Nicolaus 1216—21
Joannes de Huy 1220—39 res. (antea abb. in Leffe)
G? . . . 1238[47])
Joannes de la Chapelle 1239—42 (antea abb. in Septfontaines)
Domitianus de Huy 1242—50 res.
Petrus de la Chapelle 1250—54 res.
Theoricus 1254—68 res.
Walterus de Obaix 1268—80[48])
Walterus de Leez 1280—89 res.
Joannes de Louvain 1289—91 res. (antea abb. in Rommersdorf, Sayn et Steinfeld)
Aegidius de Niel 1291—95 (antea abb. in Septfontaines)
Hugo de Refayt 1295—1306 res.
Nicolaus de Gestial 1306—10 depos.
Petrus de Solre 1310—14 res.
Aegidius de Romèghes 1314/15

[47]) AHEB XI (1874) 231, pro quo tamen, secundum BERLIERE *Mon. B.* 116, non est locus.
[48]) Sec. eundem auctorem: 1270/77, † 1288.

Robertus de Turnhout 1° 1315—17 res

Werricus 1317—22 depos.

Robertus de Turnhout 2° 1322—23 res.

Godefridus de Rèves 1323—34

Hugo de la Houssière 1334—36

Ghislenus Gauthier 1336—42 res.

Theodoricus de Warnant 1342—61

Joannes de Perwez 1361—79

Petrus de Blehen 1379—90

Alardus de Brogne 1390—96

Aegidius de Heyendael 1396—99

Joannes d'Hingeon (d'Harchies) 1399—1412 res.

Nicolaus de Blehen 1413—34 res.

Balduinus de Forville 1434—44

Lucas d'Eyck 1444—65

Gerardus d'Eyck 1465—92

Joannes Sampeyn 1492—1508

Aegidius Hénin 1508—16 res.

Godefridus Martini 1516—48

Joannes Le Doyen 1548—52

Gulielmus Dupaix 1552—78

Aegidius d'Aischelet 1579—92

Henricus van Eersel 1592—1607

Joannes Roberti 1607—39

Carolus de Severi 1641—62

Gulielmus de Jallet 1663—76

Christophorus de Heest 1677—86

Ignatius de Heest 1686—1700

Bernardinus de la Perle 1701—18

Ludovicus van Werdt 1719—34

Bernardus Burlet 1734—37

Carolus Dartevelle 1737—56

Clemens Feraille 1756—64

Joannes Bapt. Dufresne 1764—91

Ludovicus Fromantau 1791—97, † 1818[49])

Inseri nequit:

Joannes 1245[50])

HERLAIMONT St. Hubertus

Hella-, Halle-, Herlen-, Herle-, Harlemont, -mundia, Herlaimontium. Capella juxta H., Chapelle-lez-H.

In oppido Trazegnies, in Hannonia (Belgium) Dioc. Cambrai, ab an. 1559 Tournai.

Asceterium. Donatur an. 1135 tamquam curia abbatiae Floreffiensi ab Ottone I. de Trazegnies[51]); confirmatio pontificia an. 1138. Gerlandus, abbas Floreffiensis, auxiliante familia fundatorum, ante an. 1181 ibi

[49]) Religiosi superstites, partim communiter viventes in canonia, et contra spem sperantes restaurationem suae domus, post mortem eius elegerunt in superiorem Ferdinandum Legrain, qui obiit an. 1824.

[50]) Arch. Et. Liège, Hospice du Mont Cornillon, Stock nr. 8, f. 4.

[51]) Sententia LEMAIGRE o. c., putans fundationem esse factam potius ab Ottone III de Trazegnies an. 1230/35, videtur nobis parum probabilis.

fundat parthenonem, eo transferendo partem sororum suarum. An. 1184, consecratur ecclesia. Duae partes proventuum ecclesiae de Sautour destinatae sunt an. 1188 asceterio nostro, reliqua autem parthenoni de Verofle. Non est certum, sorores saec. XIII factas esse „cantantes". Anno 1270, parthenon est suppressus. Familia fundatorum postea reclamavit bona, dicens, ea esse data ad fundationem monasterii tantum. Quam reclamationem anno 1289 revocavit sub conditione, quod abbas Floreffiensis ibi institueret prioratum quatuor canonicorum. Anno 1567, per Breve Summi Pontificis Episcopus Namurcensis delegatur ad suppressionem prioratus, „qui non est beneficium, sed officium, et in quo pro tempore abbas duos aut tres religiosos amovibiles, sub onere unius missae quotidie celebrandae, hactenus alere consuevit". Innuitur praeterea substitutio religiosorum per sacerdotes saeculares, sumptibus abbatiae. Quae omnia non videntur in praxim esse deducta[52]). An. 1575, abbas petit a Capitulo Generali licentiam, revocandi suos religiosos e prioratu H., abhinc unus tantum canonicus ibi resedit, titulo prioris auctus. Proventus annui: 2866 fl. An. 1774/90 eriguntur nova aedificia. Anno 1797 suppressus est.

Archivalia: Pauca quae fuerant in Arch. d'Etat Mons (doc. 1289/1795) an. 1940 combusta sunt.

Litteratura: HUGO I 817/22 — WAEFELGHEM 112 — BERLIERE *Mon B.* I 422/26 — BRASSEUR II 235/37 — COTTINEAU 1406 — GOOVAERTS I 346, 348, III 72, 169, IV 74, 102, 336 — PONCELET *Hugo de Pierrepont* 142 — ROUSSEAU 63 — de ST. GENOIS I 139/40, 149/50 — TCCD XI 1, XI 3 96 — C. LEMAIGRE *Date de la fondation du prieuré de Chapelle-lez-Herlaimont. DSocA Charleroi* IV (1871) 409/13.

HEYLISSEM B. M. V.

Heli-, Helli-, Helle-, Hele-, Heyle-, Heilechem, -cen, -sem, -ssen, -ssem, scen, -ccinum, -sshem, -sschen, -chen, -chem, -chzem, -chzen, -ssemium, Helen-, Helchines, Hellencines, Heylechinense, Heilense, Heilichsheim, Helisheim.

Hodie Opheylissem. Non longe a Tienen, Brabantia, in Belgio. Dioc. Leodiensis, dein ab an. 1559, Mechliniensis.

Abbatia insignis. Fundata anno 1129 a Reinero de Zetrud; filia Floreffiae. Moniales circa annos 1140/50 translatae sunt in curias vicinas Cap-

---

52) AHEB (1873) 322/26.

pendael, Meer, Seumay et Stocquoy[53]), et praesertim in longinquum Langwaden, quod asceterium Circ. Westfaliae paternitati abbatis Heylissemensis mansit subditum usque in finem (1802). Canonia possidebat et generatim administrabat parochias sequentes: Budingen, Bunsbeek, Dieghem, Glabbeek, Grazen, Grimde, Hevillers, Hoeleden, Houthem St. Margriet, Jandrain, Jauche (ante an. 1507 pertinuit ad Averbode), Kerkom, Kumptich, Linsmeau, Molembais St. Pierre, Neerwinden, Pellaines, Perwez, Roosbeek, St. Maartens-Tielt, Tourinnes, Wanghe, Wersbeek, Zuurbeemde. Refugia habuit in Tienen, Zout Leeuw et Bruxellis. Anno 1518, abbates infulantur. Canonia haec saepius et gravius ceteris fuit combusta et devastata in bellis: ita annis 1507, 1568, 1572, 1578, 1588, 1635 et 1691/93. Annis 1590—1614 et 1635—38, communitas debuit vivere in exilio. Primitus sita erat in territorio linguae flandricae, sed ipsa paulatim adoptavit, et subditos suos adoptare fecit gallicam[54]) in decursu saec. XVII/XVIII; cuius rei fautor fuit praesertim abbas Gabriel Brion († 1733). Status personalis: 1544: 27, 1581: 14, 1644: 36, 1688: 40 religiosi. 1796: 52 religiosi, quorum 44 sacerdotes. Saec. XVIII, valde floruit, et facta est opulenta, possidebat 2200 ha agrorum, et reditus eius annui postremo erant 38592 florenorum. Erat etiam celebris agricultura sua. Annis 1651/53, nova ecclesia est constructa; annis 1776/80, per aliam substituta. Anno 1789 abbas, auctoritate Josephi II administratione temporalium est orbatus. Die 27a julii an. 1796, prima omnium abbatiarum est suppressa. Religiosi aufugerunt in Langwaden et in Hamborn, sed an. 1801 decem eorum se coadunarunt in domo parochiali Pellaines, ubi vitam conventualem pro posse continuarunt. Anno 1798, ecclesia clausa est, et postea profanata. Circa annum 1830, conventus, et chorus ecclesiae sunt deleti. Superest rotunda ecclesiae, et pars monasterii, quod nunc est castellum.

---

[53]) SMOLDERS *Anal. Praem.* II 57 dicit haec fuisse vera asceteria, fundata circa annum 1150 ab abbatia Heylissemensi, et sorores earum fuisse postea translatas in Langwaden, de quo vide supra vol. I. Putamus vero, has domus fuisse meras curias, ubi, praeter conversos, initio laboraverunt etiam sorores. Neque omnes sorores videntur statim inde esse translatas, sed in uno alterove casu ibi mansisse parvos coetus sororum per aliquot tempus. Quidquid sit, existentia horum quatuor parthenonum fuit nimis brevis et provisoria, et tamquam asceterium Heylissemensis abbatiae proprie dictum semper considerabatur Langwaden tantum, ita ut illos consulto non inseramus. Seumay (donatum abbatiae anno demum 1172) situm est prope Perwez, Meer prope Gossoncourt. Stocquoy prope Jodoigne, et Cappendael (sive Chapeauvaux) prope Tienen.

[54]) Haec fuit una ex raris mutationibus, quae acciderunt millenariis limitibus linguarum in Belgio. Ut iam supra in praefatione notavimus,, Heylissem numquam pertinuit ad Circ. Brabantiae. Quod diximus p. 245, est corrigendum.

A r c h i v a l i a : Non obstante iterata destructione monasterii, superest archivalium eius ingens multitudo.AGR Bruxellis: Arch. Ecclés. reg. nr. 8335 (cf. d'HOOP III 263/308), 500 fasciculi cum documentis an. 1132/1798, 300 registra, Cartularium 1132/1370 (ed. REUSENS l. c.). Chronica 1681/1705, Liber censuum XIII/XIV s., Obituarium XVII s. — Pap. d'Etat nr. 896, 899, 910 (electiones) — AAA Cat. abbatum et religiosorum (MS 282) — AAPa VII 77, XVII 1, XVIII 2 (25 documenta 1290/1786) — BUniv Liege MS 823 (series abb. 1144/1557) — ACG Laon fol. 677 — Arch. Dép. Lille Sér. B, cf. *Rép. Numérique* (1921) 19734 — Cf. Archiva dioecesana Leodii et Mechliniae, et Arch. Parochiale in Pellaines, et BMun Nancy 992 IX 23 sq.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : HUGO I 811, pr. 642/43 — WAEFELGHEM 113, 377 — BERLIERE *InvCam* cf. ind. — IDEM, *Inv. Obit. B* 34 — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Notes Hugo* 121, 125 et passim — v. BOTERDAEL 52/53 — *Cart. St. Lamb.* I 75, 77, II 108, IV 523, 525, V 350 — *CatMSSBDep* I 347, VI 412 — CHEVALIER 1460 — *Chron. Lieg.* II 691 — CLAESSENS 462 — *Corr. Phil. II*, II 697 — COTTINEAU 1415, 3022, 3091 — *Den. Foy. Brab.* T. O. 87 — ERENS, *Paroch.* 188/98 — *Gall. Chr.* V 104 — GOOVAERTS I 13, 21, 102, 175, 303, 557, II 309, 371, 387, III 20, 26, 101, 130, 163, IV 10, 106, 168, 352 — GRAMAYE *Ant. Belg.* 35/37 — de HEMRICOURT III 317 — d'HOOP I/III cf. ind. (Opheylissem), V 304/06, VI 166 — *Inv. Cart. B* I 67 — JAFFE 7683 — *Lettr. Benoit XI* cf. ind. — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — LTK V 6 — *Matr. Univ. Lov. I* 266, II cf. ind. — MICHEL 80 — MIGNE PL t. 179 c. 220 — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. IV xj — J. d'OUTREMEUSE V 425, 663, 664, VI 493/94, 679 — PIOT *Cart. St. Trond* I 647, II 36 — PONCELET *Hugues de Pierrep.* cf. ind. — IDEM *Inv. Ste. Croix* II 396 — RAMACKERS *PUrkN* 49, 98, 99, 101, 136, 137, 202, 321, 342 — SANDERUS CSB I 284/86 — *Suppl. Urbain V* (AVB) cf. ind. — STEIN 1698 — TCCD II, III, V, XI 2 cf. indd. — VALVEKENS *Doc. Prem.* I 186/90 — IDEM, *Vis. Can.* II 78/79, 84/86, 99 — VERBOUWE ESchBr XXIX — De VOCHT 5206 — De WACHTER III 513/14 — WAEFELGHEM *Abbés XII* 17/21 — WICHMANS *Brab. Mar.* 739/43 — J. du CONDROZ, *Grand Manil. Vie du Prélat Demanet (Le Courrier de l'Entre Sambre et Dyle,* 28/I/1948, cf. *Anal. Praem.* XXIV, 1948, 82/84) — M. DEVIGNE, *Augustin Ollivier, dit Olivier de Marseille, sculpteur de Charles de Lorraine. Gazette des Beaux Arts,* Paris 1920, 95/116 — G. GEERTS, *Van een Premonstratenzer, die geen abt kon worden (ESchBr* XXXVII, 1955, 220/24) — VIDEM, *Het schitterend abbatiaat van Milo Desfossez* (ibid. pp. 303/07) — J. LAVALLEYE, *La reconstr. de l'égl. abb. de H. en 1618/48, (Anal. Praem.* I 1925, 187/91) — P. LEFEVRE, *Les calamités de l'Abbaye de H., pendant la guerre de la Ligue d'Augsbourg 1189/1709,* ibid. 380/93 — P. LINDEMANS, *De pachthoven der abdij van H.,* ESchBr XXVII (1944) 38/40 — E. de MOREAU, *L'Abbaye de Villers aux XIIe et XIIIe siècles,* Bruxellis 1909, p. 196 — H. NELIS, *Gerard de Cologne, copiste de H. fin du XIIe siècle (Anal. Praem.* VIII, 1932, 145/49) — IDEM, *Charte fausse relative à l'église de Grimde, (Rev. des Biblioth. et*

Archives de Belgique, 1906, 395/98) — A. PELLEGRIN, *De „Borlau" der abdij van H.* in: *Brab. Folklore* V (1922) 145/48 — C. PIOT, *Les guerres en Brabant pendant le dernier quart du XVIIe siècle*, BCRH IV/8 (1880) 31/126 — E. REUSENS, *Cartulaire de l'Abbaye de H. 1132/1345*, AHEB VIII (1893) 182/240, 395, 429; IX (1895) 257/338; XI (1899) 129/96 — P. SMOLDERS, *De stichting der abdij van H.*, (*Hagelands Gedenkschriften* X, 1920, 11/20) — IDEM, *De abten van H. in de XIIe eeuw*, ibid. XI (1921) 94/109, XII (1922) 1/16 — IDEM, *Les paroisses dépendant de l'Abbaye de H. au Moyen Age* (*Annu. Univ. Louv.* 1911/12, 415) — IDEM, *Une fausse charte à H.* (*Melanges Moeller* I 425/32) — IDEM, *Le domaine de l'Abbaye de H. au XIIe siécle* (*Anal. Praem.* II, 1926, 33/59) — E. van EVEN, *Necrologium monasterii Heylissemensis* (*Vad. Museum* II, 1858, 324/25) — H. van de WEERD, *De Norbertijnen op Sippernau (Eelen)* (*Limburg* XI, 1929, 136/38) — *Liste des curés d'Opheylissem du XVIIe au siècle, d'après les régistres paroissiaux.* (*Revue Hérald. Onomast.* 1925, pp. 165/66) -- AHEB VI (1869) 66, X (1873) 320, 2 V (1889) 371/72, 2 VII (1892) 318, 320, 330, 343, 357, 361, 362, 386, 404, 423, 436, 452, 2 VIII (1893) 381/91, 2 X (1897) 114/96, 2 XI (1898) 114/28 — BCRH Ind. III 70, IV 458, V 275, VI 628. — BGHB I (1902) 128/31, 192, 271, 168, 399; II (1903) 297/98, 526/31; III (1904) 241, 497/500.

Series abbatum (WAEFELGHEM Abbés, SMOLDERS)

Ermenricus 1130/45
Gerardus 1145/75
Albertus 1178/99
Adam 1203/04
Everardus 1206/25
Aegidius 1231/35 res.
Franco 1238/45
Walterus 1248/58
Lambertus 1259/62 res.
Joannes 1267/73
Jacobus de Bomal 1281/97
Simon de la Motte 1303—ca. 33, res.
Henricus 1333/35
Jacobus 1336
Joannes de l'Ecluse 1337[55])
Jacobus 1344
Joannes de Bergenis 1355/69
Joannes 1393[56])
Joannes Hollengnoul † 1417
Jacobus Forvy 1417—37 res.
Henricus de Montenaeken 1437—57
Sigerus Claes de Bunsbeek 1457—1500

[55]) Cum Necr. Parcense die 3a jun. habeat Jacobum de l'Ecluse, qui ceteroquin est ignotus, forte ambo Jacobi et dictus Joannes sunt una eademque persona.

[56]) Probabilius non est idem ac Joannes de Bergenis, ut putat WAEFELGHEM, sed potius idem ac sequens.

Joannes Buyten 1500—07
Gulielmus van der Molen 1507—44
Reinerius Panisgreve 1533 coadjutor, abbas 1544—53
Embertus Nyvelaer 1553—57
Aegidius Bernaerts 1557—81
Balthasar Loovers 1582—87
Joannes Braye (Bernaerts) 1588—1612
Joannes de Frayteur 1612—45
Joannes Raulers 1645—61
Lambertus Bals 1662—88
Hugo de la Fallize 1688—89
Walterus Chaboteau 1690—1714
Gabriel Brion 1716—33
Milo Defossez 1734—61
Michael Gosin 1761—73
Petrus Dave 1774—90
Franciscus Demanet 1790—96, † 1809

Inseri nequeunt:

Joannes de Solre (Necr. Floreff. 24. X.)
Arnoldus de Bunsbeek[57])
Henricus Forny[57])

LAVALDIEU B. M. V. et St. Remigius

Vallis-, Wallis Dei.

Vaudieu, Valdieu, La Vauldieu, La Vaulx-, La Valle Dieu, Vaul dessoulz Chasteau Renaud. Vitetur confusio cum aliis „Vallibus Dei", vide COTTINEAU l. c.

Hodie Monthermé-Lavaldieu, al fluvium Mosam, inter Mezières et Givet. Dep. Ardennes, Dioc. Reims, Gallia.

Abbatia. Fundata an. 1128 a comite Wither de Rethel. Filia Sti. Martini Laudunensis. Sita est in loco antiqui sanctuarii druidici. De sororibus nihil constat omnino; est tamen probabile, Vallem Dei initio fuisse monasterium duplex. Dotatio fuit modica, communitas generatim erat parva. Parochiae incorporatae et pluries administratae: Haybes 1199, Hargnies 1199, Villerzies 1199, Louette-St. Pierre, Houdrémont, Orchimont 1334. In parochia Haraucourt abbas alternatim cum abbate de Mouzon OSB jus patronatus exercebat. Canonia habebat justitiam integram in Monthermé, Thilay et Navaux. Politice spectabat ad territorium principum de Chateau-Regnault usque ad annum 1629/32, abhinc tantum ad Galliam. Commenda proprie dicta non applicabatur, quia in actu concordatus an. 1516 non erat in Gallia sita. Privilegium liberae electionis confirmatum fuit quidem a rege, an. 1656; attamen reges se electionibus immiscuerunt. A saeculo XVII pertinuit ad Circ. Prémontré. Ab hoc

57) HUGO ponit eos inter annos 1369 et 93.

tempore etiam spiritu Jansenistarum erat infecta canonia, postremo a Gallicanismo, cui ultimus abbas aperte adhaesit. W. Hauser, canonicus Sorethanus ex Suevia, insignis musicus, anno 1775 in Valle Dei instituit scholam musicae, in qua fuit eius discipulus G. Méhul. Anno 1696, combusta est canonia, dein ecclesia in minori forma est reconstructa. An. 1766: 11 canonici residentes, 7 ad extra. Reditus annui: 12274 Libr. An 1790 est suppressa. Ecclesia modica nunc est parochialis. Ea quae supererant de monasterio, an. 1940 in bello destructa sunt.

Archivalia: Arch. Dép. Ardennes, Mezières: H 238/60, 493/94, Q 527. 300 documenta, et cartularium XVII s. — Arch Rethel Monaco T 108 — Arch. Dép. Calvados H 30 — BMun Nancy 992 XXVII 527.

Fontes et Litteratura: HUGO III 1017, pr. 634/37 — WAEFELGHEM 306 — CHEVALIER 3210 — COTTINEAU 3260 — DUPRE *Ann. Brev.* 7 — *Gall. Chr.* IX 316 — GOOVAERTS I 85, 141, 224, 225, 313, 351, 485, 520/23, 599, II 297, 344, III 13, 72, 130, IV 199 — HUBERT 198/99 — ISAD *Ardennes* IV (1898) H 89/95, 176/78 — LABANDE IV 567 — LECESTRE 47 — LELONG 243 — MEYRAC 257/59 — *Reichsregister Karls V.* 7468, 8670 — ROBERT, *Documents relat.* (cf. Chaumont) 396 — ROBERT, *Temp. Cl. R.* xxviij — STEIN 1926 — *Suppl. Clém. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD XI 1 884, XI 2 590, XI 3 81 — VALVEKENS ACG 1498 *(Anal. Praem.* 1939) 37 — IDEM, *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — IDEM, *Visitations Canoniques* II 17, 44, 120, 137 — VARIN 879 — A. BOUILLET, *L'église de Lavaldieu en Ardennes et ses boiseries sculptées (Réunion des Sociétés des Beaux Arts des Départements* 1898, Paris) p. 776/86 — G. KURTH, *Chartes de St. Hubert* I 714 (v. Chaumont) — H. MANCEAU, *Les petits musiciens de Lavaldieu,* in: *Présence Ardennaise* III 13 (1952) 14, 22 — IDEM, *Lavaldieu,* in: *L'Automobiliste Ardennais* 1953 I 9/18 — A. NOEL, *Notice générale sur le canton de Monthermé, (Almanach Annuaire Matot Braine,* 1897/1900) separatim Reims 1901, pp. 40/71, 127 — A. PECHENART, *Château-Regnault-Bogny,* Charleville 1897, pp. 27, 31/38, 54, 66, 77/81, 104, 111/12, 171, 173, 174, 176, 262, 271/73 — A. POULIN, *Les inscriptions de l'église abbatiale de L., (Almanach Matot-Braine* 1926/27, pp. 457/71) — IDEM, *L'enlèvement des cloches de Dinant par les Français en 1554, (Namurcum* II, 1925, 38/41) — G. R(OBERT), *L'élection abbatiale de 1766 à Lavaldieu, (Nouv. Rev. Champ. Brie* VII, 1929, 223/31) — Cf. ibidem VIII (1930) 44/45 — *Anal. Praem.* XXVI 182.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. NOEL)

Petrus 1128/34
Dodo 1134/49
Gulielmus 1149/67
Petrus 1167
Walterus ca. 1176[58])
Petrus 1187

Walterus 1196
Tescelinus 1199
Garnerius 1221
Walterus 1235
Hubertus 1238/48
Bertricus 1250/57
Garnerius 1264/68[59])
Petrus 1268/70
Robertus 1278/82
Gerardus ca. 1283/93
Joannes de Chateau-Regnault 1315
Gerardus 1328
Joannes 1329
Stephanus 1331/34
Nicolaus de Florenne 1334
Jacobus 1337
Joannes 1346
Gerardus de St. Michel 1355
Joannes de Louette 1372/77
Petrus 1395
Franciscus Hardy † 1408
Jacobus de Ven 1424
Hubertus Gobert (1°?) 1439/54[60])
Thomas Gobert 1458
Hubertus Gobert de Monthermé (2°?) — 1470, dein abbas Praemonstrati
Joannes Tolman 1492
Thomas Roger 1507
Gerardus 1508/27
Thomas de Ham I † ca. 1555
Thomas de Ham II 1555—80
Tristan de Villelongue 1580—95 postea abb. in Bucilly
Sebastianus Wiart 1595—1613
Benedictus de Vandy 1613—15 res.
Christophorus de Villelongue 1615—35
Joannes Hurpée 1635—36
Carolus d'Argy 1636—58[61])
Alexander H. de la Tour de France 1659—79
Thomas d'Argy 1679
Michael Car. Brodé 1679—1702 postea abb. in Abbecourt
Petrus Ludov. Ferry 1703—14
Nicolaus Oudet 1715—66
Remaclus Lissoir 1766—91[62])

---

[58]) ROBERT *Docum. rel.* 7.

[59]) BROCHE nr. 51, LABANDE IV 226.

[60]) NOEL et HUGO habent Godart. LABANDE III 348 nuncupat eum Gobert.

[61]) Propter tentamen principis, dein etiam regis, commendam imponendi, hic abbas dimicandum habuit contra tres aemulos, scil. Nicolaum des Jardins et Petrum de Longueil saeculares, et Dionysium Corsonnois regularem. (v. La Lucerne)

[62]) Vir magni ingenii, magnam partem habuit in revisione librorum liturgicorum annis 1782/87 in circariis Galliae peracta, studia fovit, bibliothecam auxit. Obtulit civitati Carolopolitanae (Charleville) directionem collegii et gymnasii a Soc. Jesu relicti, immo proposuit, eo transferre suam canoniam an. 1782. Quae tentamina non successerunt. Postremo factus est zelosus assecla Revolutionis (GOOVAERTS I 520/23).

Inseri nequeunt:

Guido 11 . .
(Ob. Praem. I 14. XI)

Elger ante 1178
(ibid. 9. X.)

LEFFE Asumptio B. M. V. et S. Joh. Evang.

Leffia, Leffla, Lefflia, Leffle, L'Effe, Lefle, Leff, Leffes.

Prope Dinant, juxta Mosam, in Belgio. Dioc. Leodiensis, ab an. 1801 Namur.

Primitus fuit asceterium[63]), dein ecclesia collegiata, quam tradidit Henricus Caecus, comes Namurcensis, an. 1152, abbati Floreffiensi ea sub conditione, ut canonici regulam Sti. Augustini adoptarent. Approbatio imperialis an. 1153. Fuit dein prioratus vel praepositura abbatiae Floreffiensis, donec, anno 1200, evecta est in abbatiam sui juris, sub paternitate Floreffiae. Parochiae incorporatae et generatim administratae: Leffe St. Georges (1152), Dinant St. Médard, Dréhance, Sorinnes (ante 1351), Lisogne, Dorinne (saec. XIII), Crupet, Jassogne 1220, Courrière 1282, Sart-en-Fagne 1233, Waha (St. Martin)-Lignières 1200, et Awagne (ante 1220), ubi erectum est anno 1720, prioratus pro quatuor canonicis[64]). Abbas exercuit jura archidiaconalia in parochia Leffe, et fuit dominus feodalis in Sorinnes (1464), Meez et Awagne (1301). Anno 1446, abbatia diruitur, in quo incendio maior pars archivorum periit. Anno 1657, abbas Leffiensis accepit a Capitulo Generali titulum et infulam abbatum Ilfeldensium[65]). Status personalis: 1650: 16 residentes, 13 ad extra; 1719: 15 resp. 12; 1795: 12 canonici residentes. Generatim abbatia bona floruit disciplina; anno 1707, peculium abrogatum est. Anno 1794, in invasione Gallorum, archiva recentiora quoad maiorem partem pariter peri-

---

[63]) Sic sec. CROONENDAEL I 353. LAMY dicit: „monastère de religieux". Nil scitur certi. Juxta ecclesiam, saec. VII a Sto. Materno erectam, quae certe non fuit parochialis, paulatim videtur esse orta collegiata.

[64]) Quod vero decretum numquam videtur esse deductum in praxim, cf. LAMY *Glanes* XXV 180.

[65]) De qua canonia celebri vide supra I 127. LAMY l. c. miratur, cur Capitulum Generale modo tam inusitato egerit. Sic tamen est explicandum: Post bellum XXX annorum iam nulla fuit spes, canonias regionum ad haeresim dilapsarum umquam recuperandi. Abbates Generales post an. 1648 pluries infulas, jura et privilegia illarum concesserunt aliis canoniis; ita coniunctae sunt Hamborn et Soulseat, St-André-au-Bois et Sta. Maria Magdeburgensis, Steinfeld et Dokkum.

erunt. Anno 1796 suppressa est canonia. Ecclesia et pars monasterii destructa sunt. Residua adepti sunt canonici Ferigoletenses, anno 1903, e Gallia exules, in refugium. Anno 1931, illis in patriam reversis, Tongerloa Leffiam restituit tamquam abbatiam sui juris. Anno 1953, communitas iam fuit 45 religiosorum.

Archivalia: Arch. Etat Namur: Chartae 1235/1585, 5 reg. et 1 fasc. 1748/96. — BRB MS 13883—90 fol. 25/31 (Historia abbatiae) — AAPa XVII 1 — Arch. Abb. Leffiensis: Catal. Religios. 1583/1794 (cf. LAMY), et docum. varia saec. XV/XVIII — Arch. Abb. Frigolet, Docum. varia.

Fontes et Litteratura: HUGO II 29, pr. 9/12 — WAEFELGHEM 145 — BERLIERE *Mon B* 124, 185 — IDEM, *Inv. Obit. B.* 39 — IDEM *Notes Hugo* 132 et passim — *Cart. St. Lambert* I 500, III 43, VI 31 — CHEVALIER 1653 — CatMSSBDep VI 36 — CLAESSENS 463 — COTTINEAU 1580 — CROONENDAEL II 770 — *Gall. Chr. N* III 1048/50 — GOOVAERTS I 74, 201, 260, 302, 417, 424, 485, III 60, 157, 171, IV 21, 79, 115, 146, 182, 213, 214, 245 — KURTH *Chartes St. Hubert* (cf. Chaumont) I 714 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — *Lettr. Innoc. VI* 498 — MIRAEUS/FOPPENS IV 20 — PONCELET *Huguesde Pierrep.* cf. ind. (episcopus iste erat magnus benefactor canoniae) — IDEM, *Fiefs Liégeois* (cf. Beaurepart) 618 — IDEM, *Invent. Ste. Croix* I 29, II 416 — *Reichsreg. Karls V* 6857 — ROUSSEAU 140 — SAUMERY *Délices Liége* I 229/32 — *Suppl. Clem. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD II, III, VII, VIII, XI 1, XI 2, XI 3 p. 3 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — WAEFELGHEM *Abbés* XIII 14/18 — St. BORMANS/P. BROUWERS, *Cartulaire de la Commune de Dinant*, 8 voll. Namur 1881, cf. ind. vol. VIII — V. BARBIER, *L'Abbaye de Leffe fonde un prieuré à Awagne*, AHEB 2 XIII (1902) 382/84 — E. HAYOT, *Oeuvres inconnues, dites d'artistes liegeois du pays de Dinant*, BSHADL XXVIII (1937) — F. JACQUES, *L'arrivée à Leffe de la colonie de Floreffe, (Namurcum* XXIV, 1949, 11/13) — Cf. ibidem 1926, nr. 3, p. 37 — IDEM, *Les paroisses de Dinant et de Leffe*, ASAN XLV (1950) 67/146 — L. LAHAYE, *Le livre des fiefs de la prévôté de Poilvache*, Namur 1895, 281/85 — IDEM et H. de RADIGUES, *Invent. analyt. du Conseil Provincial et du procureur général de Namur*, N. 1892, passim — H. LAMY, *A propos d'un catalogue. Glanes historiques sur l'abbaye de Leffe (Anal. Praem.* XXIV, 1948: 115/31, XXV 1949; 5/21, 171/91) — IDEM, *Les droits archidiaconaux des abbés de Leffe (Miscell. Hist. in honorem Alberti De Meyer*, Leuven 1946, II 1074/81, cf. *Anal. Praem.* XXII 163 — C. J. QUINAUX *Notice historique sur l'abbaye de Leffe, avec nombreuses pièces justificatives, et un appendice sur la paroisse de Leffe*, Namur 1884 — A. SCHAYES, *Histoire de l'architecture en Belgique*, Bruxelles 1849 IV 207 — A. SERVAIS, *Histoire de Dorinne*, Namur 1910, p. 153/54 — ZACHEE, *N. D. de Leffe, abbaye norbertine 1152/1789*, BN V (1903) 170/89 — *Anal. Praem.* VIII (1932) 82/84 — BCRH Indd. III 82, V 306, VI 746.

Series abbatum (WAEFELGHEM, emend. sec. LAMY, *Glanes*)

Werricus 1200/02
Hellinus 1202—11
Joannes de Huy 1211—20 res.
Joannes 1220/24[66])
Bartholomaeus 1224—28 res.
Julianus 1228/34
Balduinus 1236/55 res.
Joannes? 1257?
Godefridus Renard 1259?
Frisinoldus Marlet 1260/63
Joannes de Farciennes 1257?, 1263/69[67])
Gerardus 1270
Werricus de Waha † 1272
Ponchardus (Richardus) de Beauraing 1274/78 res.
Gerardus de Nivelles 1278/83, res.
Valeranus 1284/1308
Balduinus 1308—16
Joannes d'Evrehailles 1317—26 res.
Joannes Bachelet 1326—45[68])
Walterus de Beaumont 1345/62 res.
Balduinus de Aische-en-Refail 1363/76 res.[69])
Joannes de Flun 1376—82
Nicolaus Moréal 1382—95
Fabricius de Pécheroux 1395—1400
Werricus de Beaumont 1400/08
Jacobus Bayart 1409—25
Nicolaus Damanon 1425—35 res.?
Joannes de Gorin 1435—60
Walterus de Wespin 1460—69
Joannes Delvaux 1469—81
Nicolaus de Mierdorp 1481—83
Joannes de Falay 1483
Arnoldus Maillet 1483—1504
Aegidius d'Awagne 1504—28
Hubertus de Baillure 1528—37
Ludovicus Giget 1537—45
Gerardus Titeux 1545—57
Petrus Massinet 1557—61
Gerardus Marlagne 1561—75
Joannes Massinet 1575—83 res.
Georgius du Terne 1583—1610
Joannes Noizet coadj. 1603, abb. 1610—36
Desiderius Gouverneur 1636—53
Jacobus Malaise 1653
Perpetuus Noizet 1653—72
Petrus Lefebvre 1672—1704
Perpetuus Renson 1704—43

---

[66]) Vix est credendum, Joannem de Huy, qui an. 1220 fit abbas Floreffiae, simul retinuisse abbatiam Leffiensem; ergo probabilius alius Joannes ei successit (BERLIERE, *Mon. B.* I 125).

[67]) Joannes Burdinne, quem adducit QUINAUX, forte ist idem.

[68]) Jean d'Evrehailles occurrit adhuc an. 1326 (BERLIERE l. c. 127), Jean Bachelet eodem anno (PONCELET, *Fiefs Liégeois* 75).

[69]) Cartul. de N. D. de Dinant fol. 257v (sec. notas relictas a U. BERLIERE-BB. de Maredsous)

Augustinus Lambrecht 1743—47
Perpetuus Guissart 1748—58
Fredericus Coppée 1758—63
Norbertus Boulvin 1763—80
Fredericus Gérard 1780—96,
† 1812
Josephus Bauwens 1932—44 res.
Hugo Lamy 1944—49
antea abb. Tongerloensis

Cyrillus Nys 1950 —

Inseri nequeunt:

Julianus 1298
(Ob. Praem. 28. VII 12.. vel 13..)

Arnulfus
(HUGO et Cat. MS Leffiens.)

Nicolaus de Fontaine 13..
(BERLIÈRE M. B.)

LONGWE (B. M. V. et) Sta. Maria Magdalena

Mares, Mare, La Mer, La Mers, Stae. Mariae de Mari, Nostre Dame de Lamer. Longum Vadum, Longivadum, Longuué, -ué, -uay,-wez, -evez, -guery, -ueay, Longwé-l'Abbaye.

Vitetur confusio cum Longwé-la Croix (cant. Vouziers), quod fuit parochia abbatiae Bellaevallis (Circ. Lorraine), et cum Longuay abb. O. Cist. (Dép. Haute Marne).

Com. de Montgon, prope Rethel, Dèp. Ardennes, Dioc. Reims, Gallia.

Abbatia, fundata inter annos 1141 et 50[70]) in loco „Mares"[71]), a Withero comite de Rethel[72]), ad expianda mala quae inflixerat abbatiae Sti. Remigii Remensi. Filia de Clairefontaine. Saepe destructa et exspoliata est in bellis, verbi gratia an. 1218, 1350 et 1637, ita ut archiva perierunt fere omnia. Inter annos 1218 et 35, translata est in locum vicinum Longwé[73]). Jure patronatus dependebant parochiae Tourteron, Guincourt, Lametz et Suzanne; administravit parochiam Longwé tantum, cuius ecclesia erat simul abbatialis et parochialis. Conventus erat adeo pauper, ut saepius receperit eleemosynas a Capitulo Cathedrali Remensi

[70]) GUELLIOT: versus an. 1150, certe ante an. 1170. Propter absentiam monialium putamus, fundationem esse factam post annum 1141.

[71]) Discussio erat inter auctores, utrum locus primitivus abbatiae fuerit oppidum Lametz, an locus nunc desertus dictus „Mares", non longe a Longwé, ubi Rev. Parochus Colas putat se invenisse fundamenta primi monasterii. Quae secunda sententia videtur probabilior. (Cf. COLAS, et LAURENT/ROBERT).

[72]) Qui anno 1128 fundaverat pariter abbatiam Lavaldieu.

[73]) ROBERT *TempClReims* XXXI dicit translationem esse peractam an. 1260, ope comitis Gaucheri. GUELLIOT autem probat eam esse factam iam ante, scil. inter annos 1218 et 35. Citatur enim anno 1235 „Petrus abbas de Longuay", quod documentum certe spectat ad canoniam nostram, quae non obstante translatione, perrexit appellari etiam „de Maris", id quod induxit auctores, ad translationem ponendam anno 1350.

et ab abbatia vicina Bellaevallis (circ. Lotharingiae). Dominium feodale, quod canonia partim exercuit in Lametʒ, anno 1586 vendidit prae inopia. An. 1621, adiungitur Congregationi Antiqui Rigoris, in qua postea addicta est circ. Franciae. An. 1624, separatio mensarum. Reditus annui: 2259 Librarum, quarum duae partes spectabant ad mensam abbatialem. Obligata est tunc domus alere 4 canonicos et 2 professos. Anno 1732, prioratus Stae. Margaretae de Fontenilles[74]) supprimitur et unitur mensae conventuali Longivadi, imposito onere augendi religiosorum numerum de 4 ad 6. Commendatarius B. de Fuchsamberg († 1685) fuit pater benevolus et insignis benefactor canoniae, melior quam multi abbates regulares sui temporis. 1768: 9 religiosi, anno 1790, cum suppressa est, inventa sunt ibi 100 volumina in bibliotheca, et 4 canonici cum uno converso in conventu. An. 1793, ecclesia destruitur, circa annum 1810, ultima residua aedium solo aequantur. Loco canoniae nunc est praedium, ubi videtur adhuc imago sculpta B. M. V., ex abbatia proveniens.

Archivalia: Arch. Dép. Ardennes, Mezières: 6 fasc. H. 134/39, Q 527 (1 fasc. de suppressione). Documenta ante an. 1509 non subsistunt. — Arch. Rethel, Monaco: T 398, 400 — Arch. Dép. Calvados H 30 — BMun Nancy 992 X 259/66. — Vide MS GUELLIOT.

Fontes et Litteratura: HUGO II 81/86 — WAEFELGHEM 152 — CHEVALIER 1744 — COTTINEAU 1544 (Lametz), 1650 — *Form. Pr.* nr. 85, 86, 88, 94, 95, 104 — *Gall. Chr.* IX 329/30 — GOOVAERTS I 172, 337 — GOSSET 251 — HUBERT 459/60 — ISAD *Ardennes* IV (1888) 52/53 — LABANDE IV 565, 571 — LECESTRE 48 — LONGNON VI *cant. Vouziers* 43, 44, 58, 709 — PICOT 399 — ROBERT *Temp. Clergé Reims* xxx — VARIN 483 — VINCENT 446 — *Revue Mabillon* III 128 — A. COLAS *Notes historiques sur les paroisses de Neuville, Doy et Montgon. L'abbaye de Mares.* Reims 1914 — IDEM, *La paroisse de Longwé-l'Abbaye.* Reims 1928 — IDEM, *L'Abbaye de Mares,* Reims 1924 — R. C. HAIZEAU, *Notice sur l'Abbaye de Longwé. Cant. du Chesne.* Guincourt 1896 — D. LAURENT et G. ROBERT, *Une identification nouvelle de l'abbaye de Mari, (Rev. Hist. Ardennaise* 1914, 5/31) — G. R(OBERT), *L'abbaye de Lametz, (Nouv. Rev. Champ. Brie* V, 1927, 257/64) — H. VINCENT, *Les chartes des Mares et de Lametz, (Rev. Hist. Ardennaise* V, 1898, 160/77).

Series abb'atum (nisi aliter notetur, sec. GUELLIOT)

Odo ante 1170
Tescelinus 1176/80
Henricus 1200
M...? 1201?
Joannes 1218/28
Petrus 1235, † ante 1244
Druardus 1261
Everardus 1262?
Joannes de Sauville 1317/23
Petrus 1325

[74]) Arr. Vouziers. Primitus spectabat ad abbatiam Belval (COTTINEAU 1184).

Hubertus 1330
Gulielmus 1346
Petrus de Soissons 1393—94[75])
Joannes du Chesne res. 1393
Antonius Charlier 1504
Gerardus Danguois 1586
Thomas Boucher 1596 res. postea abb. in Belval
Theodoricus Forest 1605/07
Franciscus Cauchon 1612—29
Bernardus de Fuchsamberg 1629—85
N. du Four 1685—87
Hyacinthus de Hautecourt 1687—1727
Michael Néel 1727—31
N. de la Boissière 1731—49
N. de Broyelongue 1749—58
Carolus Fétis de St. Caprais 1758—84
Franciscus Gigot du Bois-Bernier 1784—90

Inseri nequeunt:

Galterus (HAIZEAUX)
Hugo (HUGO)
Custerus
(idem, et Necr. St. Joh. Ambian. 12. VIII)
Drogo
(ObPraem. I 24. II [12..])
Odo
(ibid. 25. III [12..])

LOUVAIN

Leuven, civitas in Belgio — Dioc. Leodiensis, ab an. 1559 Mechelen.

Collegium studiorum pro circaria. Primum abbatiae Circariae Floreffiae utebantur Collegio, quod exstruxerat Circ. Brabantiae[76]). Cum locus paulatim non sufficeret, et etiam propter disparitatem linguarum, abbas Floreffiensis, anno 1616, novum collegium pro circaria sua exstruxit, juxta portam Diesthemensem, quod initiatum est an. 1628. Anno sequenti, emit septem domus in via dicta nunc „Rue des Orphelins", ad ampliandum collegium, quod aggregatum est Universitati, gaudebat omnibus privilegiis debitis. Anno 1718, Floreffia vendidit collegium suum parthenoni Gempensi[76a]), qui ex eo fecit refugium. Sub Revolutione gallica est venditum, pauca residua supersunt.

Archivalia: vide Floreffe.

Litteratura: WAEFELGHEM 63 — GOOVAERTS IV 336 — BARBIER, *Histoire de Floreffe* (v. ibi) la ed. 337/38, 2a 'ed. 339/40, 402 — E. REUSENS, in AHEB 2 VII (1892) 231/34 — E. van EVEN, *Louvain monumental*, Leuven 1860, 88 — IDEM, *Louvain dans le passé et le présent*, Louvain 1891/95.

75) *Form. Pr.* 85, 86, 104.

76) Vide supra p. 301.

76a) Item p. 284.

REEKHEM Sta. M. Magdalena

Ra-, Rade-, Radi-, Rai-, Re-, Ree-, Rede-, Rei-, Rey-, Ri-ch-, -k(h)-, -ch-, -ck(h)-eim(b), -eym(b), -ein, -eyn, -em, -en, Reecquem. Ante saec. XIX, cum regio esset potius linguae germanicae quam flandricae, generatim vocabatur Reckheim. Hodie: Rekem.

Extra muros oppidi eiusdem nominis, juxta Mosam, prope Maastricht versus aquilonem. Prov. Limburg, in Belgio, Dioc. Leodiensis. — Situm erat in territorio Comitatus S. Imperii de Reckheim usque in finem.

Asceterium. Gisbertus de Bronckhorst, toparcha loci, hospitale quod condiderat anno 1135, quinquennio post dedit, bonis variis auctum, abbati Montis Cornelii, ad transferendas eo sorores dictae canoniae. Non fuit spectabile. Saepe combustum est et deletum; ideo archiva perierunt et historia eius parum est nota. Anno 1264, cum moniales essent in magna miseria, Wilhelmus de Bronckhorst dedit abbati Montis Cornelii patronatum in parochiam R., et sororibus reditus ipsius ecclesiae parochialis. In omnibus catalogis post annum 1290 redactis, R. adscriptum est Circariae Westfaliae, quod ita vellemus explicare: anno 1270, abbas Floreffiensis, et igitur praeses Circariae de qua hic agimus, rigorose institit in abolitionem omnium parthenonum. Ultima hora nostri etiam asceterii tunc certe iam venisset, nisi moniales, videntes Circariam vicinam Westfaliae hanc suppressionem nequaquam exequi, ei dedissent nomen. Anno 1327, peracta est definitiva et completa separatio bonorum asceterii ab abbatia Bellireditus. Circariae Westfaliae, cui adhaeserunt asceteria non longe distantia Houthem et Heinsberg, etiam lingua sua longe propinquior erant sorores Reickhemenses, quam Floreffiensi. Videtur esse probabile, asceterium postea, ad tempus saltem, Brabanticae Circariae fuisse adjudicatum[77]), sed ex defectu archivorum, nil certi hac de re potest erui. Saeculis XVII et XVIII, constat Reckheim denuo fuisse subiectum abbati Bellireditus, ideo Circariae Floreffiae. Saec. XV/XVI moniales videntur fuisse exclusive nobiles, ut erat de more in Circ. Westfaliae et in vicino parthenone Keizersbosch, in detrimentum disciplinae. Anno 1473, domini de R. eas voluerunt reformare et ad clausuram iterum adigere, sed tres ex ipsis praetulerunt fugam. An. 1544, Carolus V Imperator „abbatissae" et conventui de R. confirmat omnia bona et privilegia; anno 1603, „abbatia" incenditur, et dominis de R., quorum

[77]) Quod patet ex indicibus huius Circariae (AAA, Liasse I 1 2). Vide etiam apud MIRAEUM *Chron. Praem.* — Brabantica Circaria, a saeculo XV, minus rigorose erga asceteria se manifestavit quam Floreffia.

mausoleum ibi semper fuerat, reconstruitur. De hinc non amplius verbum fit de abbatissis. Saec. XVII, bis combustum est asceterium. Communitas generatim erat tenuis, 1738: 7 religiosae. Annis 1643 et 1711, disciplina reformatur. Abbates Bellireditus non regulariter videntur nominavisse priores in Reckheim; per decennia nullus ibi invenitur prior, cuius vices gessisse videntur, nomine abbatis sui, parochi in Opgrimbi et in Reckheim. Comites loci, ab an. 1631 per totum saeculum, litigaverunt cum abbate Bellireditus de patronatu et de privilegiis, quae lis fuit decisa in favorem Ordinis, an. 1702. Tunc conditio nobilitatis in sororibus iam fuerat abrogata. Nullos habuit praepositos, sed priores ad nutum abbatis. Anno 1796, suppressum est, nihil de aedibus superest[78]).

Archivum proprie dictum videtur perisse; forte a monialibus circa annos 1794/96 ablatum est, nec amplius invenitur. — Arch. Episc. Liege: 1 fasc. document. saec. XVI/XVIII — RA Hasselt: 2 fasc. et 1 vol. computuum an. 1775/96 — BMun Nancy Fonds Hugo IV 309/406 — ACG Laon fol. 676.

Litteratura: HUGO II 625 — WAEFELGHEM 206 — BERLIERE *Notes Hugo* V 374 — CLAESSENS 535 — DARIS NHEDL II 135/54, X[1]245 — ERENS *Hoeven* 346 — *Inv. Arch. Arrond. Maastricht* cf. ind. — JADIN, *Relations* 553/58 — MIRAEUS OHD IV 514/15 — TCCD VI 918, XI 2 — J. de CHESTRET DE HANEFFE, *Histoire de la Seigneurie Impériale de Reckheim*, Ruremonde 1873 — DARIS, *Histoire de la Seigneurie Impériale de Reckheim (Bull. Soc. Scient. du Limbourg* X, *1873, 5/96 et passim. Documenta 75/76, 79, 86)* — IDEM, *Notice historique . . . Beaurepart (vide ibidem)* 3, 32 — A. J. FLAMENT, *Beschrijving van abdijen, kloosters en kasteelen, als domein verkocht tijdens de Fransche Republiek, met de verkoopakten, (Maasgouw* 1889/90, pp. 23/24) — F. PORTMANS, *Supplément aux notices de Reckheim, sa paroisse et sa seigneurie (Publ. Limb.* XVIII, 1881, 301/82) — G. TACKOEN, *Histoire de l'ancien Comté Impérial de Reckheim*, Mechelen s. Meuse 1886 p. 41, 155/59, 165 — H. Van de WEERD, *Het Landdekenaat Eyck (Limburg* 1924/25 pp. 60/61) — J. WOLTERS, *Notice historique sur 1 'ancien comté impérial de R.*, Gand 1848 — BCRH Inc. V 374.

Priores (DARIS, et Arch. Episc. Liege)

Reinoldus (magister) 1260
Henricus Hins 1631/58
Augustinus Mosens 1664
Henricus Gouverneur 1695
Aegidius d'Alleur 1706, † 1710
Franciscus de La Motte 1710—13
Jacobus Detige 1733
Bernardus Dufays 1745
N. Horens 1745
Balthasar Andriette 1763

[78]) Notum est, conventum Postulensem annis 1834—47 degisse in Reckheim. Refugium eius non fuit asceterium nostrum, sed monasterium OFM, iamnunc Ordini suo restitutum.

RIVREULLE

Riverolae, -roel, -roelle, -ruel, rueles, -ruelles.

Com. Vellereille-le-Brayeux, Arr. de Thuin, Hainaut, Belgium. Dioc. Cambrai, ab an. 1801 Tournai.

Parthenon, ortus per translationem sororum Bonae Spei, inter annos 1140 et 82, quo prima vice authentice occurrit. Dotatus est per Walterum Leroux de l'Estinnes. Hic vixit Beata Oda. Berlière putat has moniales fuisse meras „tertiarias"[79], sed censemus eas fuisse potius conversas, id est sorores „non cantantes". Anno 1207, ultima vice verbum fit de illis. Abhinc in chartis memoratur tantum „curtis de R." In necrologio Bonae Spei occurrunt nomina 131 sororum. Saec. XVII adhuc videbantur vestigia huius parthenonis.

Archivalia: v. Bonne Espérance.

Litteratura: HUGO II 673 — WAEFELGHEM 210 — BERLIERE *Mon. B.* I 427 — BRASSEUR, *Origines* 234 — U. BERLIERE, *L'ancien monastère des Norbertines de Rivreulle*, MSHB LXVII (1893) 381/91 — Vita B. Odae: AA. SS. II Apr. 773/78, MAGHE 70/91, PL MIGNE t. 203 col. 1359/74, PHILIPPI de HARVENGT *Opera*, ed. CHAMART (Douai 1621) 779/87, LEPAIGE 489/93, I. v. SPILBEECK (Namur 1889).

ST. FEUILLIEN

Rodium, Sanctus Foillanus de Rodio, - apud Rhodium - Saint-, Sainct-, Sain Feuillan, - Foyllan, - Fuellien, - Foullien, - Fouillien dou Rués, deles le Rues, du Roeulx, Rues, Ruez, Ruz, Ruth, Rueth, Ruet, Roés, Ruelz, Reus, Roelx, Ruels, Reux, Roelz. — Stus. Foillanus de Carboneriis, -eria, - intra Carbonarium, - in Kerbeniris, - in Ampollinis. St. Fouillien-en-Carbonières.

In oppido Roeulx in Hannonia, in Belgio. Dioc. Cambrai, 1801 Tournai.

Abbatia, fundata versus annum 1126 in loco Senophe, qui deinceps vocabatur St. Feuillien, a Waltero sacerdote et Godefrido, comite Namurcensi. Filia Praemonstrati. Probabilius initio monasterium duplex, sed authentice de monialibus nihil constat. Abbas neoelectus debebat pedum suum sumere de altari Sti. Foillani in ecclesia collegiata de Fosse, ubi durante vacatione conservabatur, et cui abbatia decimas tribuere tenebatur. Ad omnem electionem abbatum, usque ad an. 1748, insuper opus erat consensus Regis Galliae. Canonici Fossenses, canoniam Sti. Foillani invisentes, ibi in choro prima stalla tenebant. Usque ad saec XIV, ecclesia

---

[79]) art. cit. infra p. 383.

abbatialis fuit simul parochialis pro oppido Roeulx, postea nova ecclesia separata ibi est erecta. Parochiae incorporatae et administratae, in dioecesi Cameracensi: Wallers, Arquennes. Mignault, Momignies, Péronnes, Trivières, Roeulx, Strépy; in dioec. Noyon: Etaves, Epinois, Croix-les-Fonsommes. Possedit justitiam integram in Roeulx, et in dominiis suis de Steenkerke, Ecaussinnes-d'Enghien, Hondeng-Goégnies, Croix-lez-Rouveroy et Wallers. Annis 1185, 1366, 1554, 1568, et pluries saeculis XVII/XVIII, devastata et exspoliata est canonia, ita ut maior pars archivorum perierit. Saeculo XV, erat insignis, et saepius ibi celebrabantur Capitula Generalia. Anno 1606, infulantur abbates. Anno sequenti, adveniunt reliquiae SS. Siardi et Friderici, abbatum de Mariengaarde[80]). Proventus annui an. 1787: 27349 florenorum. Status personalis: 1637: 27 DD, 1718: 36, 1765: 38, 1787: 22 residentes et 16 ad extra; 1796: universim 40 canonici. Medio saeculo XVII, eriguntur novae aedes, iterum annis 1767/85. Anno 1796, suppressio, initio saec. XIX, destruitur ecclesia, ultima residua monasterii an. 1858 solo aequantur. Supersunt stabula tantum.

Archivalia: Arch. D'Etat, Mons: Cartularium nr. 57 (1126/1368), reliqua 67 documenta (1260/1796) partim sunt combusta — AGR Bruxelles: Conseil privé, cart. Nr. 1463 (electiones 1637/1775), Etat des biens du Clergé reg. 1787, Hainaut t. XIV, ibid. Inventaire des Archives des Couvents, farde relative à la suppression de l'Abbaye de St. F., nr. 33, Cartularium (249 dipl. 1125/1622, cf. ACAM XXI 285/316) — Ibid. Conseil d'Etat cart. 60 (status bonorum 1787), Chambre des Comptes reg. 46 676 — Arch. Dép. Aisne H 1176 — Arch Dép. Nord, *Rép. Numér.* Sér. B (1921) cf. ind. 109 — AAPa XI 4 (4 numeri) — BMun Douai 823, 35 — BMun Nancy 992 VIII, 96/112.

Fontes et Litteratura: HUGO I 673/82, pr. 562 — WAEFELGHEM 223 — BERLIERE, *Coll. Pont.* 17 — IDEM, *Mon. B.* I 410/17 — IDEM, *InvCam* cf. ind. — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Notes Hugo* 132 et passim — BRASSEUR 202/10 — *Cart. Comt. Hain* cf. ind. 973 — *CatMSSBDep* VI cf. ind. — *Chap. Ste. Waudru* I 821, II 229, IV 330, 331, 433 — CHEVALIER 2573, 2694 — CLAESSENS 458 — COLLIETTE III 449 — COTTINEAU 2493 — DEMAY *Flandre* 6784 — *Den. Foy. Brab.* 129 — DEVILLERS *Aperçu p.* 65 — DUVIVIER *Actes* NS 450 — FAIDER/FAYTMANS (vide Bonne Espérance) nr. 17, 22 — FISQUET *Cambrai* 673/79 — de la FONS I 448 — *Form. Pr.* nr. 27, 126, 229, 232, 248, 253, 255, 291, 293, 294, 296, 297, 310 — *Gall., Chr. N.* III 196/99 — GISELBERTUS DE MONS 406 — GOOVAERTS I 176, 182, 219, 556, II 260, 314, III 39, IV 304 — d'HOOP I 2233, IV 15 398 —

---

80) Vide supra p. 211. Quae reliquiae tunc distribuebantur inter abbatias Tongerloo, Bonne Espérance et St. Feuillien. Hodie sunt in Tongerloo et in Leffe.

Inv. Cart. B. I 95 — LACROIX cf. ind. 349 — LEBRUN 18 — *Lettr. Ben. XI* (AVB) 543 — *Lettr. com. Jean* XXII 8593, 13 581 — *Lettr. Innoc. VI* 541 — LONGNON VI cf. ind. — De MAGHE *Chron. Bonae Spei* 5, 111, 124 (vide ap. illam abbatiam) — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MIRAEUS/FOPPENS I 103 IV 361 — RAMACKERS PUrkN 218, 325 — *Reg. Léon X* 3822 — *Reichsreg. Karls V.* 2215 — REIFFENBERG *MHistProv.* I 201, II 1013 — STEIN 3227 — TCCD II 865, III 744, XI 2 609, XI 3 130 — Du TEMS IV 118 — VALVEKENS *Cap. Gen. 1498 (Anal. Pr.* 1939) 39 — VINCHANT II 110/227 — WAEFELGHEM *Abbés* XII 120/25 — BRASSEUR, *Par Sanctorum praesulum, id est S. Foillanus . . item S. Siardus abbas, praemissa origine monasterii eiusdem Sti. Foillani apud Rhodium . . . item abbates omnes cum aliquot ultimorum symbolis et epitaphiis*, Montibus 1641 — J. CREPIN, *L' Abbaye de St. Feuillien du Roeulx et le chapitre de Fosses (La Terre Wallonne* XIII, 1925, 101/09, cf. *Anal. Pr.* II 322) — L. DEVILLERS, *Description sommaire du cartulaire de l' Abbaye de St. Feuillien au Roeulx*, ACAM XXI (1885) 285/316 — A. ERENS, *Le MS des Vies des Saints à St. F. du Roeulx (Analecta Praem.* III, 1927, 346/48) — Th. LEJEUNE, *L'ancienne abbaye de St. F.*, ACAM V (1864) 129/72 — IDEM, *Recherches historiques sur le Roeulx. L'Abbaye de St. F.*, ibidem XXII (1890) 174/82 — IDEM, *Monographies historiques et archéologiques . . . Hainaut*, Mons 1870/80 continent articulos praecedentes II 103/52, et VI 60/68 — L. J. L. *Un pélérinage à St. F.*, Namur 1893 — J. MONOYER/Th. BERNIER, *Inscriptions Funéraires et monumentales du Hainaut*. Fasc. I: *Le canton du Roeulx. Mons 1880*, 57/62 — J. WARICHEZ, *Les fastes episcopaux de Cambrai (Collationes dioec. Tornacensis* XXI, 1926, 297) — AHEB IV (1867) 399, V (1868) 114 — *Annal du Cercle archeol. d'Enghien* III 278/80 — MSHB 1854, 270 — BCRH Indices III 123, IV 636, VI 1138.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. WAEFELGHEM, Abbés)

Nicolaus 1126—54
Walterus 1155—70
Nicolaus 1170—1205 res.
Walterus 1205—10 res.
Laurentius 1210—11
Salomon 1211—15, 1217
Nicolaus 1215—20?
Aegidius 1220/26
antea abb. in Thérouanne
postea abb. Bonae spei
Gamaliel 1226/32 res.?
Nicolaus? 1232?
Elgerus 1234/37
postea abb. Bonae Spei
Fulco 1260—68 res.
Fastradus de Harvengt
1268—71 res.
postea abb. in Hermières
Rainaldus 1271—77
Joannes 1277—79
Werricus 1279—84
N . . . 1290[81])
Joannes 1300

[81]) *Cart. Comt. Hain* 288.

Walterus 1300—05
Joannes 1305—17 res.
Nicolaus Poitevin 1317/20 res.
Joannes de Braine l'Alleud 1320/30
Balduinus de Wasmes 1330/37[82])
Joannes de Monstreuil †'1345
Nicolaus 1345—1359/60
Leon de Braine 1360/64
Petrus Voirdisant 1364/67
Aegidius de Loges 1386—95
Nicolaus I. Gillion 1395—99 res.
Joannes de Montigny 1400—1414
Gulielmus Bourlart 1420—41[83])
Joannes Desyaux 1441—57
Henricus Valenne 1457—71
Anselmus Bullet 1471—73
Tussanus (Toussaint) de Trazegnies 1473—86
Joannes Despart 1486—90 res.
Nicolaus II. Gillion 1490/1494 res.
Stephanus de Mers 1494—97 res.
Gasparus de Plicinier 1497—1506
Nicolaus le Gay 1506—11
Petrus Joly 1511—21
Petrus Maurage 1521—49 res.
Joannes van Schorre 1549—50 postea abb. Sti. Nicolai Furnis
Ludovicus Fuzée 1550—54
Dionysius Hyorcq 1554—57
Joannes de la Cauchie 1557—64
Ursmarus Soupart 1564—69
Vincentius Machelart 1569—78
Joannes Rondeau 1578—1620
Paul Charlon 1620—28
Nicolaus Soriot 1628—37
Philippus Malapert 1637—49
Siardus Julien 1649—77
Henricus Loiseau 1677—97
Norbertus de Reusmes 1697—1718
Paulus Monte 1718—26
Gulielmus Fossez 1726—47
Gilbertus Meurand 1747—65
Gulielmus Fontaine 1765—75
Adrianus de Lepesse 1775—89
Norbertus Durieu 1789—96

SENEFFE St. Nicolaus

Sti. Nicolai in Bosco, Saint-Nicolas-au-Bois.
In Hannonia, Dioc. Cambrai, nunc Tournai, Belgium.

Prioratus dependens ab abbatia Bonae Spei, distinctus a parochia loci, quae pariter dictae abbatiae erat incorporata. Fundatus est anno 1131 a Gillardo de Ruez, et Helvide de Felluy, auctus an. 1181 a Gislena castellana Bruxellensi. Initio erat domus formata, cum vita conventuali. Ver-

[82]) VERKOOREN I 311.
[83]) An. 1420 confirmatur a S. Pontifice (Arch. Vat. Suppl. Martin V, 139, f. 102)

sus finem saec. XV, est collapsa, et ab uno canonico tantum habitata. Anno 1581, suppressa, et bona eius abbatiae matri sunt unita.

Archivalia: vide Bonne Espérance — Arch. Etat Mons I fasc. (1796).

Litteratura: HUGO II 341 — WAEFELGHEM 242 — MAGHE, *Chron Bonae Spei* 25 et passim.

SEPTFONTAINES -en-Thiérache B. M. V.

Septem Fontium in Therascia — Sept Fonts.

Vitetur confusio cum S. en Bassigny (Dioc. Langres, Dép. Haute-Marne), quod pertinuit ad Circariam Lotharingiae, et cum 5 aliis monasteriis huius nominis, cf. COTTINEAU 3010/11.

Com. de Fagnon, prope Mezières versus austro-occidentem, Dép. Ardennes, Dioc. Reims, Gallia.

Abbatia, fundata annis 1129/35 a pluribus dominis, in loco dicto Ruguéry. Inter fundatores eminent Albertus comes de Chiny, Theobaldus comes Campaniae, et Helias castellanus de Mezières. Filia Floreffiae. Initio monasterium duplex, moniales an. 1141 translatae sunt in Neuville, dein in Feuchère, de quo supra. Parochiae incorporatae, et pro posse administratae: Septfontaines, Sorcy, Neuville, This, Tourne, Thilay, Chemoy, Lalobbe[84]), Sargnon[85]). A saeculo XVII, pertinuit ad Circ. Prémontré. Reditus annui: 4996 Libr. An. 1767, prior expetivit duos sacerdotes ab abbate Dommartinensi, ut numerum septenarium attingeret, ne domus a „Commissione pro Religiosis" supprimeretur. Tunc erant 7 residentes, cum uno donato, et septem in parochiis. An. 1790 suppressa, superest domus abbatis (saec. XVII) quae est nunc castellum. Stalla chori nunc sunt in Gespunsart.

Archivalia supersunt pauca: Arch. Dép. Ardennes, Mezières H 192/202 (9 plans, 2 fasc. diplom. et 16 chartae 1159/1787), H 499, Q 164 nr. 744, 154 nr. 233, 528 — Arch. Rethel, Monaco T. 56, 215, 464, 554, 574 — Arch. Dép. Nord Sér. B 756, 1534 — BMun Nancy 992 XV 182 sq.

---

[84]) Generatim, ultimis saeculis, administrata erat a canonicis Sti. Martini Laudunensis, inter cuius parochias interdum recensetur.

[85]) Non citatur apud HUGO, invenitur tamen apud LONGNON, o. c. 24.

Fontes et Litteratura: HUGO II 791, 493/99 — WAEFELGHEM 299 — *CatMSSBdép* XXXVIII — COTTINEAU 657, 3011 — DARAS ANF 82 — DENIFLE nr. 4 — DUPRE *Ann. Brev.* 5 — *Gall. Chr.* IX 319 — HUBERT 189 — ISAD *Ardennes* IV (1888) 69/71, 179 — JAFFE 7912 — LABANDE IV 664 — LECESTRE 47 — LELONG 243/44 — LONGNON, *Doc ChBr* III 225 — IDEM, *Pouillés* VI cf. ind. — MEYRAC 197 — MIGNE PL t. 179 c. 372 — PICOT 403 — PRESSUTTI 3408 — ROBERT (v. Chaumont) cf. ind. — IDEM, *Temp. Cl. de Reims* xxix — ROUSSEAU 146 — *Suppl. Clem. VI* (AVB) cf. ind. — VALVEKENS *Ch. G. Despr.* cf. ind. — VARIN 814 — B. LAURENT, *Un cadran solaire offert au prieur de S. en 1686 (Revue Hist. Ardennaise* XV, 1908, 326/27) — A. NOEL, *Notice historique sur le canton de Mezières,* Paris/Reims 1879, pp. 49/63 — *BCRH Ind.* IV 660, V 402 — *Nouv. Rev. Champ. Brie* VII, 1929, 119, 120.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. NOEL)

Joannes † post 1153
Balduinus 1158, rexit ca. 20 annis
Joannes 1175/76[87])
Guido de Epernay 1171?—83
(postea abb. in Cuissy)
Joannes 1188
Wicardus 1192
Lambertus ca. 1200
Joannes de La Chapelle 1222—39
(postea abb. Floreffiae)
Balduinus 1253
Gregorius 1268
Aegidius de Niel 1277—91
(postea abb. in Floreffe)
Joannes † 1300
Nicolaus elect. ca. 1325
Joannes elect. ca. 1349
Joannes el. ca. 1360
Roger 1370
Gerardus 1396
Joannes Agrapart el. ca. 1400
Nicolaus Cavrolle 1433
Nicolaus Taurel 1437[88])
Jacobus Maret 1461
Adam Cornu 1483—1518 res.
aemulus: Joannes Cosies el. 1501
Gerardus † 1529
Joannes Robinet 1530
Petrus Piquet 1531
Nicolaus Loret 1537
Nicolaus d'Herbeuxville ca. 1541—44
Joannes de Salignac 1544—68
fiscus regius 1568—78
Melchior de Marconnay 1578—1618
Antonius Galot 1620—30
Natalis Seguin de Patrocles 1632—37
Nicolaus Seguin de Patrocles 1637—73
Ludovicus du Four de Longuerue
1674—1733
Joannes de Bellay du Resnel
1733—61
Petrus Ludov. de Liessin 1761—67
N. de Saint-Val 1767—90

Inseri nequit:
Reinerius † 13. VI (Necr. Floreff.)

---

87) *ObPraem I* 23. VIII nota.
88) LABANDE III 149.

THENAILLES B. M. V.

Telonia, The-, Tenolia, -liae, -lium. The-, Tenelles, -aillie, -alie, -aille, -elle, -alle.

Ad fluvium Vilpion, prope Vervins, Dép. Aisne, Gallia. — Dioc. Laon, nunc Soissons.

Abbatia. Hic locus primitus fuerat oblatus Sto. Norberto ab episcopo Laudunensi Bartholomaeo, ad fundationem primi sui monasterii, sed Norbertus „Vallem Praemonstratam" praetulit. Anno demum 1130, et in Thenailles canoniam fundat idem episcopus. Filia Sti. Martini Laudunensis. Moniales translatae sunt in Caumont. Confirmatio pontificia, an. 1143 et 1180. Curias habuit in Champcourt, Granrieux, Harbes, Caumont et in Eraucourt (cum dominio feodali, vendito an. 1588). Parochiae incorporatae: Thénailles, Dagny, Hérie-la-Vieville, Houry, Vesles, Bouconville 1191, La Lande, Eraucourt 1144, Ste. Geneviève. Multa sustulit saec. XIV in bellis Anglorum, destructa insuper an. 1412 et 1499, sed multo plura passa est haec opulenta domus (ambae mensae: 29000 Libr.) a cupiditate commendatariorum, cui ab anno 1539, et definitive ab an. 1607, erat prostituta. Saeculo XVI, verum chaos viguit in ea, et interitui fuit proxima. Separatio mensarum, an. 1619 peracta, duas tertias partes proventuum reservavit abbati. An. 1614 reformata, paulo post nomen dedit Circariae Prémontré. An. 1652 iterum combusta est. Saec. XVIII, novae aedes sunt exstructae, veneruntque meliora tempora; tamen, a paucis religiosis tantum habitata, canonia nequaquam floruit. An. 1741/47 exstruitur nova ecclesia, quae anno demum 1767 consecratur. 1689 et 1790: 6 religiosi residentes. 1766: residebant 7 canonici et unus conversus, 7 sacerdotes erant ad extra. An. 1790 suppressa est; aliquae partes monasterii et domus abbatialis supersunt.

Archivalia: Arch. Dép. Aisne, Laon H 975/84, 10 fasc. 733 docum. 1635/1788. — Cf. Sér. B 595, 824, 826, 3355, 3672, E 166, 492, 552, G 413, H 180, 210 — Arch. Nat. Paris FL 5649 Cartularium saec. XII/XIII — Ibid. FL 17 049 p. 477 — Ibid. Coll. Moreau t. 74 p. 83, t. 87 p. 23, t. 90 p. 200, t. 91 p. 72/73, t. 99 p. 41, t. 109 p. 149, t. 177 p, 54 — Ibid. Coll. Baluze 75, f. 186/206 — Bibl. Mun. Bayeux MS 175 (Visitatio an. 1629) — BMun Nancy 992 XVII 243, 327 — Cf. BN Paris Coll. Fleury BOUCHOT 3763/69.

Fontes et Litteratura: HUGO II 949, prob. 582/84 (error paginationis) — WAEFELGHEM 292 — *Cat. Chart. Coll. Her. Fr. Pic.* nr. 533 — *Cat. Fact* I 244, II 373 — *CatMSSBDep* X 230, XXXIX 2e part. — CHEVALIER 3087 — COMBIER 9, 75 — COTTINEAU 1547, 3143 — DARAS 85 — DEMAY *Picardie* 1337 — DUBRULLE *Bull.Pr. Reims* nr. 503 — DUCHESNE

pr. 339, 346, 351, 354, 356/59, 366, 374, 379 — *Form. Pr.* nr. 115 — *Gall. Chr. vet.* IV 860/61,N IX 683/87 — GRENIER 524 — GOOVAERTS I 205, 248, 621, III 190, IV 65, 153 — JAFFE 8445, 9029, 9254, 11 134, 12 275, 11 579, 13 034, 14 588 — ISAD *Aisne* III (H) 148/49 — LAUER II 173, 212 — LECESTRE 47 — LELONG 246 — *Lettr. com. Jean XXII* 27 722 — LONGNON *Pouillés* VI 661, 687, 712 — MANSI XXVI 1250 — MATTON *Dict. Top. Aisne* 269 — MELLEVILLE II 186 — MIGNE t. 179 c. 774, t. 220 c. 1151 — PERIN II 349/50, III 506 — PICOT 353 — POTTHAST 13 781 — RAMACKERS PUF IV 104, 255 — IDEM*UrkNancy* 131, 134 — STEIN 3812 — VALVEKENS ACG 1498 *(Anal. Praem.* 1939) 32 — IDEM, *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — E. de BARTHELEMY, *Analyse du Cartulaire de Foigny*, Vervins 1879 (passim) — L. PAPILLON, *Un chapiteau du XIIe siècle (La Thiérache* VI, 1878, 6) — IDEM, *Notice historique et statistique sur la commune de Th.*, Vervins 1888 — A. PIETTE, *Histoire de l'Abbaye de Th. (BSAr Soissons* 2 VIII, 1879), separatim ibid. 1879.

Series abbatum (HUGO, PIETTE)

Walfridus 1130/55
Philippus ca. 1156
Albericus 1158/62
Godefridus 1164/ca. 70
Gregorius 1172/88
Gobertus 1191/1201
Gervasius Anglus 1205/09 (postea abb. Praemonstrat.)
Hatto 1214/19
Siger ca. 1220[89])
Wilhelmus † 1230
Philippus ca. 1230[89])
Lambertus ca. 1235 antea abbas in Cuissy
Cono 1236/39 (antea abb. Fontaine-André, dein Branae et Praemonstr)
Joannes de Vervins ca. 1240
Bartholomaeus ca. 1250
Gobertus 1255
Joannes de Rocquigny † 1263
Joannes de Givron 1269
Richardus 1281
Waltherus 1285
Gobertus de Givron 1286—
Nicolaus —1368
Siger 1368/76
Jacobus 1377
Lambertus 1400
Leo 1409
Joannes 1409
Joannes de Chatillon 1412/14
Joannes 1430
Jacobus inter an. 1430/54
Nicolaus item
Reinaldus de Bruyères 1454/62
Joannes Fossier 1475/99
Thiebaldus 1499—
Antonius d'Angleberner. nominatus a rege an. 1510

[89]) *ObPraem. I* 23. V.

Gobertus Aleaume 1511—22
Radulphus Amiable 1522—38
N. de Guise 1539
Godefridus de Lauvin 1544/66
Antonius Auxenfants —1587
N. de Blérancourt 1589
N. de Halluin ca. 1590
Dionysius Granson 1599—1607 res.
Thomas Boucher 1° 1607—09 res. simul abbas in Belval
Franciscus Ant. de Joyeuse 1609—19
Thomas Boucher 2° 1619—24
Clemens Boucher 1624—61 res.
Nicolaus Boucher 1661—75
Nicolaus Blondel 1676/91
Franciscus Ludov. de Clermont-Tonnerre 1691—1724
Joannes Jos. Teyssier des Farges 1721—37
Amandus V. F. d'Andlau 1737—80 res.
Fiscus regius 1780—90

Inseri nequeunt:

Hugo
(Necr. Parc. 12/IX)
Jacobus
(ObPraem I 22. VI [in fine saec. XIII)
Henricus
Wilhelmus
Andreas
Ponsardus
Henricus de Marle
(hoc ordine hi 5 abbates inseruntur ab HUGO inter annos 1286 et 1368)

VEROFLE B. M. V.

Brouffe, Brouffle, Veroflia, Verouffe, Veroflum, -filum, Vereflum.
Hodie dicitur Mariembourg.
Dioc. Leodiensis, nunc Namurcensis, in Belgio.

Parthenon, dependens a Floreffia. Datum est feodum, anno 1134, a Mathilde de Vérofle, interveniente Alexandro, episcopo Leodiensi. Gerlandus abbas an. 1175/78 asceterium ibi instituit, quod floruit usque ad annum circiter 1270. Dein factus est prioratus canonicorum Floreffiensium. Anno 1547 venditur Imperatori, qui eum solo aequatur et munitionem loco eius erexit.

Archivalia: vide Floreffe.

Fontes et Litteratura: HUGO I 76 — WAEFELGHEM 312 — BARBIER *Hist. de Floreffe* (2a ed.) I 36/37, 141 — BERLIERE *Mon. B.* I 130/31, 135.

W A N Z E S. M. Magdalena

Wange.

Primitus appellabatur Wagnée. Juxta civitatem Huy, versus occidentem. Prov. de Liége, in eadem diocesi, in Belgio.

Parthenon, dein prioratus a Floreffia dependens. Xenodochium fundatum, vel forte restauratum ibi inter annos 1109/27 ab Ermensinde comitissa Namurcensi, et Floreffiae traditum an. 1128. Gerlandus abbas commisit hanc domum sororibus, quae fiunt cantantes, ex conversis, anno 1218. Anno 1238, numerus earum restringitur ad 20. Anno 1270, moniales supprimuntur, et Wanze fuit abhinc prioratus canonicorum. Suppressus est an. 1796; capella romanica an. 1925 est subversa. Superest conventus saec. XVIII.

A r c h i v a l i a : Cartularium Floreffiense in Arch. Etat Namur.

L i t t e r a t u r a : HUGO I 99, pr. 53, 55, ,56 — WAFFELGHEM 318 — BERLIERE *Mon. B.* I 112, 115, 122, 425 II (1955) 245/57 — COTTINEAU 3431 — DEREINE *ChRegL* 218, 261, 279 — GOOVAERTS I 363, 624, III 36, IV 245 — J. d' OUTREMEUSE IV 207, 399, 447, 683, 696, VI 424, 432 — ROUSSEAU 11/12 et passim — STEIN 4141 — BARBIER, *Histoire de Floreffe* (2a ed.) I 26 sq. — IDEM, *Documents concernant le prieuré de Wanze, extraits du cartulaire de l' Abbaye de Floreffe (1128/1358)* AHEB XII (1875) 33/77 — J. COENEN, *Les neuf premiers monastères de la région hutoise,* in: *Annales du Cercle hutois des sciences et beaux arts,* XX, 1926, 132/37 — R. DUBOIS, *Les Rues de Huy,* ibid. XVII, 1910, passim — BCRH Ind. III 438. —Vide etiam sub Floreffe, praesertim AHEB XVII, 1881, 7/67.

P R A E T E R M I S S A

B E A U F A Y S

Prov. de Liége, in eadem diocesi, in Belgio.

Monasterium duplex O. S. A. cum xenodochio. Anno 1225, transfert sorores suas in Vivegnis, ubi regulam cisterciensem adoptant. E. PONCELET, *L'Abbaye de Vivegnis* (BSHADL X 1896, 1/41) putat, has sorores primitus fuisse Praemonstratenses. DEREINE, qui optime tractat de origine huius domus *(ChRegLiége* 220/21, 261) nihil scit hac de re.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : apud DEREINE I. c., et BERLIERE et caeteri, *Mon. B.* II (1955) 347, 348.

CIRCARIA FLANDRIAE

Haec Circaria, quae complexa est partes dioecesium Cambrai, Tournai, Arras, Noyon et Thérouanne (postea etiam Ieper, St. Omer et Boulogne), eandem fere sortem habuit circa omnia quam praecedens. Saeculo XII totum territorium, in quo canoniae eius sunt sitae, lato sensu appellabatur „Flandria", et pertinebat ad regnum Galliae, etsi tres tantum canoniae (Licques, Veurne et Drongen) fuerint linguae flandricae. A saeculo XIV, hae regiones paulatim factae sunt independentes, et considerabantur ut partes Belgii, sub tutela Sacri Romani Imperii. Licques pedetentim fit linguae gallicae. Tamen omnes abbatiae, verbi gratia Vicogne, Chateaudieu, Mont St. Martin, Thérouanne, immo et aliquae abbatiae Circariae Ponthivi vicinae — etsi ipsae linguae gallicae — arctes semper habuerunt relationes cum Flandria, in qua possedebant bona, prioratus et ecclesias, et ex qua semper pars communitatis earum erat oriunda. Circa vitam internam, parum differt Circ. Flandriae a Brabantica, de qua consule praefationem hic supra, sicut et ea quae dicemus infra, ubi de Circariis Galliae in genere, de canoniis in hoc regno sitis. Moniales in hac circaria pluries non sunt translatae in alium locum, sed manserunt juxta abbatiam, ibique paulatim sunt exstinctae. Numerus parochiarum erat conspicuus, longe maior quam alibi in Gallia. De cetero, laudabilia et gloriosa sunt dicenda de plerisque canoniis huius Circariae. Si praetermittimus Vermand, omnes erant insignes, florentes, zelo disciplinae et studiorum ferventes, artem quoque colentes. Vicogne erat e pulcherrimis et praecipuis abbatiis totius Ordinis.

A saec. XVI, Artesia revertit ad Galliam, saeculo sequenti etiam regio circa Valenciennes. Separatio rigorosa efficitur inter canonias belgicas et gallicas. Duae tantum abbatiae huius Circariae superant in Belgio, Veurne et Drongen, quae abhinc de facto Circ. Floreffiae sunt addictae[1]), canoniae vero in Gallia sitae unitae sunt Circariae Ponthivi, de qua infra. Initio designabatur haec nova Circaria tamquam „Ponthivi",

---

[1]) Asceterium Tusschenbeek an. 1705 transiit ad Circariam Brabantiae, et canonia Genlis (Circ. Franciae), antequam nomen dedit Congregationi Antiqui Rigoris, videtur transiisse ad. Circ. Flandriae.

vel „Ponthivi et Flandriae", postremo autem praevaluit nomen „Circ. Flandriae", quae, etsi immania fuerat perpessa in bellis saec. XV/XVII, facta est florentissima totius Galliae. Quatuor enim canoniae (Vicogne, Thérouanne, Dommartin et St. André) semper manserunt regulares, et omnes habuerunt communitates longe maiores quam mos erat in reliquis Circariis Galliae.

Hodie, proh dolor, Ordo est exstinctus in hisce regionibus. Totius circariae subsistunt duae ecclesiae tantum: Drongen et Licques, et hae quidem mutilatae. Hoc excepto, interitus omnium ecclesiarum, et omnium fere aedium est plangendus. Archiva pariter quoad magnam partem sunt amissa.

Quoad bibliographiam. fontes et archiva, consule elenchos supra apud Circarias Frisiae, Brabantiae et Floreffiae. Pro Gallia, vide infra apud „Circarias Galliae in genere".

VISITATORES ET VICARII ABBATIS GENERALIS (ACG Laon)

Abb. Cuissiacensis 1498

Abb. Laudunensis 1499/1500, 1535/38

Abb. Generalis cum aliquo praelato 1501/02

Abb. Generalis 1503/04, 1506/08, 1510/11, 1513/34

Idem, sed Thérouanne et Licques visitantur ab abb. Cuissiac. 1509

Abb. de Séry et Sélincourt 1512

Abb. Generalis 1574/75, 1619/22

Abb. Bonae Spei 1584

Abb. Floreffe, sed monasteria gallica: Abb. Generalis 1657

Abb. Bonae Spei, sed Mont St. Martin Abb. Generalis 1663

Ceteroquin abhinc ut in Circ. Floreffiae, pro Gallia nihil invenire potuimus

CHATEAUDIEU St. Martinus

Castellum, Castellum Abbatiale, -Dei, -Mauritanie, -Mortanie, -Sti. Martini; Casa Dei; Mortuorum Stagnum, Sti. Martini de Castello. — Chateau-l'Abbaye, -Mortagne, St. Martin du Château, Château-lès-Mortagne; -près-Mortagne; Mortagne. — Hodie appellatur: Château-l'Abbaye.

Non longe a limitibus Belgii, ubi fluvii Scaldis et Scarpe confluunt, prope St. Amand-les-Eaux, Dép. Nord, dioc. Tournai, dein Arras, nunc Cambrai. Haec

regio ante annum 1312 fuit territorium dominorum de Mortagne, annis 1314—1526 et ab anno 1668 spectat ad Galliam, 1526—1556 vero ad Imperium, dein 1556—1668 ad Hispaniam.

Abbatia. Fundatio anno 870 pro canonicis vel monachis, per Ludovicum Pium est spuria. Saeculo XII ibi fuit aut antiqua ecclesia parochialis, aut parva collegiata, quam Radulphus dominus Mortaniae studuit vertere in coenobium post annum 1141. Iam tractaverat cum Cisterciensibus de Dunis, cum anno 1155 rem decidit pro Ordine Praemonstratensi, et Castellum factum est filia Viconiae vicinae. Fundator factus est primus abbas. Inter religiosos huius domus semper multi fuerunt stirpis flandricae. Ecclesiae incorporatae: Château-l' Abbaye, Bruille St. Nicaise, Mortagne, et capella N. D. au Bouis. Interdum etiam Flines-lez-Mortagne a canonicis fuit administrata. Abbates, qui omnes fuerunt regulares, anno 1681 sunt mitrati. Canonia possedit refugium in Tournai. Reditus annui 9124 Librarum. Anno 1768: 15 religiosi, anno 1790 in bibliotheca fuerunt 553 volumina. Eo anno suppressum est, sed an. 1793, mense septembris, ab Austriacis irruentibus restauratum. Versus finem anni sequentis. Galli victores definitive canoniam suppresserunt. Nihil omnino de aedibus superest, loco canoniae nunc est pratum.

Archivalia: Arch. Dép. du Nord, Lille H 58, I/438, continens 8 capsas, 78 registra, 28 fasciculos. 3 Cartularia (saec. XVI/XVIII), Chronicon auct. C. OUDIN (1680) 58 H 109 — Ibid. Sér B. cf. ISAD (1939) nr. 445, et Rép. Numér. B (1921) 19 710, idem H (1943) 233/54 — BN Paris Coll. Moreau t. 97 f. 123, t. 100 f. 45 — Arch. Et. Mons 2 chartae, 1 fasc. 1308/1790 — AGR Bruxellis: Fonds des Pap. d'Etat 909, 929, 932 (electiones). Cf. etiam LEFEVRE *Arch. Jointe de Valenciennes* (v. infra ap. Vicogne) p. 20 — ACG Laon 636 — BMunDouai MS 820: 44, 822: 6, 966 (Epitaphia) — Arch. Dép. Calvados H 24 — BMun Nancy MS 992 (1752) 166/80.

Fontes et Litteratura: HUGO I 489, pr. 380/82 — WAEFELGHEM 57 — AUVRAY 357 — BERLIERE *Coll. Pont.* cf. ind. (erronee OSA) — BRONTIN v. Vicogne — BROUWERS 349 — CatMSSBDep VI cf. ind. — CHEVALIER 668 — COTTINEAU 724 — DARAS ANF 54 — DEMAY, *Flandre* 6727, 6964/66 — DERAMECOURT I 146, 163, 174 — DEVILLERS *Cart. Comt. Hainaut* (1896) VI 789 — DHGE XII 578 — DUPRE 13 — DU TEMS IV 194/95 — DUVIVIER *Actes* 411 — *Gall. Chr. nova* III 468/69 — GOOVAERTS I 213, 556, III 27 — JAFFE 12 244 — LAUER II 169 — LECESTRE 46 — LEFEVRE Inv. C. S. C. Fr. 33, 93, 140, 268, 269, 295, 301. 325, 346 — LEGLAY *Cam. Chr.* (1849) 194, 336/38 — LONGNON *Pouillés* VI 250, 378, 414, 718 — MIGNE t. 200 c. 924 — MIRAEUS/FOPPENS II cf. ind. p. iiij — OMONT 8 — PETER/POULET (v. Vicogne) cf. ind. — RAMACKERS

PUrkN 155 — *Reg. Léon* X 3822 — *Reg. Urbain IV*, t. IV 86 — STEIN 899 — TCCD II, IV, X 1860, XI 2 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — M. LEGLAY, *Mémoire sur les Archives du monastère de Château-l'Abbaye*, AHNFMB 1857 (3e sér. VI) 39/45 — BENEZECH DE ST. HONORE, *Notice abrégée sur les archives de l'ancienne abbaye de Château près Mortagne (BCH du Nord* III 1847, 61/69) — A. BOCQUILLET, *Les origines de Château-l'Abbaye, (Revue tournaisienne* IV 1908, 157/63) — A. DINAUX, *Rapport sur les archives de Château-lez-Mortagne, leguées au depot central des Arch. Dép. du Nord (AHNFMB* 3e sér. I, 1850, 227/38) — J. GENNEVOISE, *L'Abbaye de St. Martin du Château (BSECambr* XXXVIII 1938/40, pp. 57/131, cf. *Anal. Praem.* XVIII, 1942, 152/53) — IDEM, in*SEt de Cambr.* XXXVI (1937) 126 — E. HAUTCOEUR, *Cartulaire de l'Eglise Collégiale de St. Pierre de Lille*, s. l. 1894, II 1172 — d'HERBOMEZ, *Histoire des chatelains . . . . de la maison de Mortagne, MSH Litt. Tournai* XXIV 51, 320, XXV 283/94 — V. Van GENECHTEN, *Rond de afzetting van den abt van Château l'Abbaye, Hermes du Pont 1625/29 (Anal. Praem.* IV, 1928, 154/72).

Series abbatum (GENNEVOISE, emend. sec. *Rep. Numér. 1921*, auct. PIETRESSON)

Radulphus 1155—
Adam 1162
Radulphus 1173
Robertus ca. 1180
Heribertus 1° 1183—90
Radulphus 1191—97
(dein abbas in Viconia)
Heribertus 2° 1197—99
Raynardus 1199—1205
(dein abbas in Bona Spe)
Guarinus 1208/15
Odo 1221
Everardus 1229/36
Balduinus 1240?
Robertus 1240/48
Stephanus 1250/72
Joannes 1290
Petrus 1298/99
Nicolaus de Montigny 1308
Michael 1311/17
Jacobus 1332
Walterus de Templemars 1354/55
Jacobus le Musit 1355/56
Walterus 1380
Jacobus Cornut 1401
Gerardus Foucquart 1410 res.
Joannes Hanouze 1417— ca. 1430
Goswinus Corbizon ca. 1430, res. 1445
Gerardus Caron 1445—
Joannes Gourdin 1473/1500
Joannes Auffroit 1500—20 res.
Judocus Pasquier 1520/22—58
Petrus Brassart 1558—65

Oliverius de Bouchagem 1565—80
Wilhelmus Monart 1580—90
Jacobus Thierry 1590—1603
Hermes du Pont 1603—26 depos.
Goswinus van Waert 1626—28
Arnoldus Baudouin 1628—40
Joannes Magnet 1640—56
Michael Roguet 1656—75
Joannes Gerard 1676—84
Basilius Wéry 1684—1711
Basilius de l'Espierre 1711—46
Godefridus Gaillard 1747—85
Antonius Delvigne 1787—90, † 1842

DIKSMUIDEN Sta. Caecilia

Dixmuden, -muiden, -mude. 't Collegie der Norbertinen.

Oppidum in Flandria Occidentali, in Belgio. Dioc. Yprensis, nunc Brugge.

Anno 1629, abbas Furnensis fundavit in ea civitate collegium, in quo quatuor, postea tres canonici suae canoniae docebant humaniora. Anno 1670 Capitulum Generale hanc domum evexit in prioratum conventualem, quod vero non videtur fuisse in praxim deductum. Aedes, quae discernuntur in imagine civitatis apud Sanderum, sunt spectabiles. Circa annum 1772 abbatia hunc prioratum cum collegio cessavit Ordini Fratrum Minorum. Ultima residua aedium deleta sunt in bello 1914/18.

Litteratura: WAEFELGHEM 63 — SANDERUS *Fl. I ll.* III 347, 349 — Cetera vide apud Veurne.

Priores (sec. Necrol. Sti. Nicolai Furn. [2])

Martinus de Coker 1646/56
Hermannus Vermeersch ante 1660
Augustinus Hardevuyst 1668/72
Joannes Morel † 1679
Carolus De Brauwer ante 1682
Philippus Carlier ante 1682
Maximilianus De Cauwere —1702
Hermannus Jos. Leroux obiit 1722
Andreas Cleynck † 1707
Fredericus Codron † 1772

DOUAI St. Joseph

Collegium Duacense.

Civitas in Gallia, Dép. Nord, Dioc. Cambrai.

Christianus Druyve, abbas Sti. Nicolai Furnensis emit in parochia Sti. Albini, a comite de Montmorency, anno 1623, domum quae erat magni-

---

[2]) Vide infra notam apud Veurne Bethania.

ficentissima, ad instituendum studium theologicum pro circaria[3]). Non diu floruit, et praeter studentes, unus tantum canonicus Furnensis generatim ibi residebat. Anno 1662 abbatia Sti. Nicolai hanc domum vendidit Carthusiensibus, qui loco eius nova erexerunt aedificia. Collegium cessavit existere.

Archivalia: vide Veurne. Cf. etiam BMun Douai MSS 979, 1021.

Litteratura: WAEFELGHEM 63 — COTTINEAU 993 — GOOVAERTS I 170, 206, 486, 560, II 91, III 37, 99, IV 296.

Priores (Necr. Sti. Nicolai Furn., GOOVAERTS)

Adrianus Roels 1623—38
Godefridus Corteville 1639—46
Nicolaus de Lameter ante 1660
Hermannus Jos. Vermeersch 1660—62

DRONGEN B. M. V.

Trunchinium, Troncinium — Dronchen, Dronghen, Droenghen, -ene, Tronchen. Gallice: Tronchiennes, Trunchiennes.

Ad flumen Leie (Lys), prope Gandavum versus austro-occidentem, in Belgio. Dioc. Tournai, ab an. 1560 Gent.

Abbatia, fundata anno 1136 ab Iwano de Gent, domino de Aalst et Waes, pro canonicis OSA in Saleghem (Com. Vracene, O. VI.). Ab initio monasterium duplex (v. infra sub Peteghem). Biennio post transierunt ad Ordinem nostrum, sub paternitate Sti. Martini Laudunensis, simulque transtulerunt sedem suam in Drongen. Ibi iam saeculo IX fuerat ecclesia collegiata, cuius canonici nunc locum dereliquerunt. Moniales lictae sunt in Peteghem, unde annis 1148/55 partim translatae sunt in Cherscamp. In quod asceterium, postea translatum in Tusschenbeek, abbates Trunchinienses paternitatem exercuerunt usque ad annum 1705. Curias possedit canonia in Nevele[4]), Hengstdijk (Zeeland) usque 1645, Spinoit Wisbeek, et praesertim Hulsterloo, de quo vide infra sub dubiis. Parochiae incorporatae: Nevele, Hansbeke, Drongen, Landeghem, Zonneghem, Ursel, Peteghem, Astene, Verrebroek, Cherscamp. In Neerlandia: Pauwelspol-

[3]) Abbatia Sti. Nicolai iam antea multos fratres miserat Duacum propter studia, praesertim abbas Phil. van Damme. (GOOVAERTS III 37).

[4]) Antea fuit ecclesia collegiata. Canonici an. 1146 bona et domum cesserunt abbatiae Drongen, quae, suppressa collegiata, ibi instituit parochiam et curiam. Simile quid factum est in Liedekerke (v. supra p. 314).

der, Hulsterloo et Hengstdijk. In ecclesia abbatiali fuit magna peregrinatio ad Stum. Gerulphum[5]). Praeter Tusschenbeek, abbas paternitatem exercebat in canoniam Dieleghem (Circ. Brabantiae), et in prioratum cisterciensem Waarschoot. Reditus annui: 1767: 5482 Librae, postremo 10864. Abbates anno 1540 infulantur. 1564: 11 canonici residentes. Devastatum in bellis an. 1452, 1566 et 1578. Sub abbate Livino Baes 1558—84) conventus aufugit a facie Calvinistarum, abbatiam funditus evertentium, in Gandavum, ubi in refugio suo sedem fixit. Gubernium acatholicum anno 1579 abbatiam dono dedit Principi Arausicano, cuius filius anno 1609, bonis istis renuntiavit. Dein refugium Gandavense mutatum et ampliatum est in claustrum, anno 1608 consecratur ecclesia. Tamen aedes Trunchinienses paulatim restaurantur, anno 1636 ibi incipitur constructio novi monasterii, quae ob bella cum Gallis retardatur. Anno demum 1698 conventus reversus est Trunchinium de novo constructum. Anno 1797 suppressum est. Restauratio intenta non successit, anno 1837 Patres S. J. novitiatum ibi instituerunt. Anno 1800 chorus, sive ipsa ecclesia abbatialis fuerat destructa, reliqua pars ecclesiae nunc est parochialis. Aedes monasterii, quae sunt modestae, supersunt.

Archivalia: RAGent, 211 documenta: scil. registra, manualia, processus, rentalia, chartae. Chronicon Trunchiniense 1640, contin. — 1698 (ed. De SMEDT): alter Codex in Arch. S. J. Drongen, alter in RAGent — Arch. S. J. Drongen: 2 cartularia (saec. XIII et XIV), registra, manualia, rentalia saec. XV/XVIII, et 26 alia documenta (XIII/XVIII s.). Historia abbatiae MS auctore P. J. B. GOETSTOUWERS S. J. († 1945) — AAG: Copia obituarii 1775, rentalia — BMun Douai MS 818 fol. 623/51 (notae histor. saec. XVI) — Arch. Dép. du Nord, Lille Sér B., cf. ISAD (1939) 445, 1505, *Rép. Numér.* (1921) 169 — AGR vide D'HOOP III 265 — Ibid. Pap. d'Etat nr. 898, 911, 919, 929 (electiones) AAPa VII 65, XVII 2, XLIV 4.

Fontes et Litteratura: HUGO II 987, pr. 602/12 — WAEFELGHEM 298 — BERGER 1099 — BERLIERE *Inv. Cam.* cf. ind. — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — IDEM, *Notes Hugo*, passim — IDEM, *Prov. Abb.* 155/66 — *Biogr. Nat.* XXIX 20 — BROM OBStUtr I nr. 415, II cf. ind., III p. 340/41 — IDEM *Reg. Utr.* 414, 433 — IDEM *Reg. Utr. 1301/40* cf. ind. — BROUWERS 237 — CANIVEZ III 97? — *CatMSSBDep* VI cf. ind. — *Chambre Ap. Martin V* I nr. 366 — CHEVALIER 929, 3174 — CLAESSENS 530 — *Corresp. Phil. II*, II 697 — COTTINEAU 3223 — DEMAY *Flandre* 6803, 7185 — DUBRULLE, *Les bénéficiers des diocèses d'Arras, Cambrai, Thérouanne, Tournai pendant le pontificat de Martin V*, s. l. 1905, 699, 732 — IDEM, *Bull. Prov. Reims* cf. ind. —

---

5) Vide „*Adventum Sti. Gerulphi in mon. Trunchiniensi 914/1088*", MGH SS XV, ij 907.

DUCHESNE pr. 75, 209, 211, 212, 215, 217, 218, 225, 272, 462, 512 — *Form. Pr.* 124, 125 — *Gall. Chr.* N. V 233 — GOOVAERTS I 56, 72, 80, 141, 172, 290, 307, 315, 403, 500, 583, II 191, 201, 204/06, 208, 275, 346, III 65, IV 21, 33, 89, 106, 338, 340, 358 — *Invent. Archéol. de la Flandre Orient.* (1912) VII — *Inv. Cart. B* I 113 — JADIN *Actes* 606/07 — JAFFE 8152, 9106, 9989 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind., item ed. AVB — *Lettr. com. Urbain V* 1068 — LONGNON *Pouillés* VI cf. ind. — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MICHEL 128 — MIGNE PL t. 220, c. 1155 — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. II xij — POST Eigenk. 91, 119, 120, 134, 141 — De POTTER/BROECKAERT I r, 2e éd. Drongen pp. 66/106 — POTTHAST 21 775, 24 474 — RAMACKERS *Urk. Nancy* 136 — *Rég. Urbain IV* I 448 — de ST. GENOIS cf. ind. 565 — SANDERUS *Flandria Ill.* I 308/12 — STEIN 3959 — TCCD II/V, VII, X, XI 1 — VALVEKENS *Doc. Prém.* I 168, 177, 181, 221, 225/26 — IDEM *Vis. Can.* II 115, 226 —VAN DEN GHEYN IX 202 — De WACHTER II 732/33 — WAEFELGHEM *Abbés* XII 25/29 — A. FRUYTIER- *De Norbertijnen of Premonstratensers te Hengstdijk, Pauluspolder en Hulsterloo* 1578/1600, *(Sta. Maria te Breda* III nr. 28/30) — P. SCHEPENS, *Le manuscrit de la Chronique de l'Abbaye de Tronchiennes*, BCRH XCIX (1935) 1/8 — SCHOORMAN, *Inventaire sommaire des Archives de N. D. de Tronchiennes*, s. l. et d. — De SMET, *Chronicon Trunchiniense 517/1640, Appendices 1084/1630* in: RCF (1837) pp. 589/734 — J. WALTERS, *Geschiedenis der Zusters der Byloke te Gent*, Gent 1930 II 258, 259, 264, 266, 267 — *Martyrologium Trunchiniense*, AA. SS. Belgii V 228 — *Zegbrief van den abt van Drongen 1360, (Belgisch Museum voor Nederduitsche Tael- en Letterkunde* VI, Gent 1842, 179/81) — AARAB 1872, 312 — *Anal. Praem.* XIII 161/63, XXVII 169, XXX 256 — BBH 1888 176 — BCRH Ind. III 137, V 423, VI 387 — MSHB 1878 129/33, 1879 1/4 — *Oostvlaanderen* IV (1955) 27/29.

Antiqua delineatio vel imago abbatiae hactenus inventa est nulla, praeter specimen ligneum saec. XVIII in Bibliotheca PP. S. J. in loco.

Series abbatum (MS. GOETSTOUWERS[6])

Goswinus 1138—52 res.
Clemens 1152 res.
Joannes 1152/60
Walterus 1160/69
Absalon 1172/77
Walterus 1180/90
Hugo 1190 res.
Gerardus 1192 res.
Giselbertus 1193—1226 res.
Sigerus 1226/28
Solkin 1234[7])?
Sigerus 1235
Simon 1235/50, res. ante 1254

[6]) Secundum Archivum PP. S. J. Drongen, et alia archiva optime concinnatum.
[7]) HUGO l. c. Nihil est notum praeter nomen. Putamus eum esse eundem ac Sigerum.

Gerardus 1254/63[8])
Arnulphus? 1269?
Wilhelmus 1267/74
Gerardus 1279/84
Mathias † 1284
W . . . 1288
Joannes 1289/90
Arnulphus van den Ecke (1°?) 1290/1304, 1318?
Gerardus van Nevele 1304—23
Henricus van Sevenberghe 1323, 1327?
Arnulphus van Hecke (2°?) 1327
Raimundus de Vos 1331
Sigerus v. Kortrijk † 1336[9])?
Joannes Walaerts 1341/47
Sigerus van Hamme 1358—89
Joannes Kimpe 1389—98[10])
Joannes Colynszoon 1398—1417
Oliverius Stappinck 1417—45
Joannes Voet 1445—70 res.
Walterus Bollyn 1470—85
Raso Goetghebuer 1485—90
Wilhelmus Huyghs 1490—1514
Petrus De Block 1514—40 res.
Egidius Baes 1540—59
Livinus Baes 1559—84
Franciscus Schautheet 1584—1602
Livinus van der Meulen 1602—25
Jacobus Goethals coadj. 1624, abb. 1625—47
Augustinus Merlyn 1648—61
Norbertus van den Kerckhove 1662—72
Augustinus Mackoen 1672—93
Claudius Steuperaert 1693—1731
Petrus De Caesemaecker 1731—40
Antonius De Stoop 1740—67
Reinerius Heye 1767—91
Adrianus De Coninck 1792—97, † 1810

HARCHIES St. Blasius

Archies, Harchia.

Prope Bohain, arr. St. Quentin, Dép. Aisne. Dioc. Noyon, nunc Soissons. Gallia.

Parthenon, ortus probabiliter circa annum 1140 per translationem sororum Viconiensium. Necrologium Viconiense meminit Agnetem priorissam de Harchies[11]), quam domum combustam reconstruit abbas Simon[12]),

---

[8]) HUGO nuncupat eum Gualterum, quem sequeretur Gerardus, dein venit Arnulphus an. 1269. Quae videntur carere probatione. Secundum Cartul. abbatiae (Arch. Drongen 3, et ibidem 1/33 v, 34 r, 2 77 r) invenitur pro hac periodo tantum G . . . . . abbas (= Gerardus).

[9]) SANDERUS l. c. (GOETSTOUWERS omittit).

[10]) HUGO dicit eum obiisse an. 1397, et successorum habuisse „Rasonem Boni Vituli", qui tamen aliunde non est notus. Probabiliter est confusio cum Rasone Goetghebuer, recte „Boni Vicini", de quo infra.

[11]) HUGO II 1091.

[12]) Ibid. 1075.

sed de caetero, historia asceterii est omnino ignota. Hugo appellat Harchies praeposituram virginum, quae postea venit sub iurisdictione abbatis de Vermand. Post exstinctionem monialium fit prioratus simplex ad nutum abbatis dictae canoniae, quem conferre non poterat nisi canonico Ordinis. Parochia loci, ab anno 1702 unita parochiae de Bohain, etiam spectabat ad abbatiam de Vermand.

Litteratura: HUGO I 799 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* nr. 109 — WAEFELGHEM 246 — COTTINEAU 1377 — LONGNON *Pouillés* VI 208 — MATTON *Dict. top. Aisne* (sub „Archies").

HOF TEN VROUWEN

Curtis Dominarum, Tenvrouwen, Hem, Terra apud Hem, De Hem, 's Heerwillemscapelle (in qua parochia erat situm).

Non longe a civitate Furnensi, de qua vide infra apud Veurne. Dioc. Thérouanne, dein Ieper, nunc Brugge. In Belgio.

Parthenon, fundatus per translationem monialium Furnensium sub abbate Hugone inter annos 1167 et 79, in „villam De Hem", quae inde appellata est ,,Curtis Dominarum" sive Hof ten Vrouwen. Sorores occurrunt adhuc anno 1218, cum enim hoc anno 's Heerwillemscapelle erigatur in parochiam, abbas expresse capellam sororum a jurisdictione parochiali exemit. Nomina trium priorissarum noscuntur: Luwildis, Mathildis et Christianae, ad quam postremam scripsit Urbanus PP. III, eamque vocat priorissam Sti. Nicolai[13]). Quando desierint moniales, nescitur. Saeculo XV locus adhuc vocabatur nomine supra dicto, sed nihil probat sorores tunc adhuc extitisse.

Fontes et Litteratura: HUGO I 589, prob. 479 — WAEFELGHEM 73 — LESCOUHIER I 99, II 221, III 538 — BN IV 37. De cetero vide infra apud Veurne St. Niklaas.

LICQUES B. M. V.

Liska, -scae, -sces, -schae, -skia, -sches, -scha, -skezs, -sques, -squez, -skes, Lysches, Leisceae, Liisques, de Lickis.

Non longe ab Ardres, cant. de Guines. Dép. Pas de Calais, Dioc. Thérouanne, ab an. 1560 Boulogne, in Gallia. (Usque ad saec. XIII, haec regio fuit adhuc linguae flandricae.)

---

[13]) Anno 1185. Ibid. II pr. 479.

Abbatia insignis, ex qua processit ramus Ordinis in Anglia. Condita est inter annos 1071 et 78 pro 5 canonicis saecularibus. Fundator fuit, secundum Lambertum de Ardres[14]), Robertus de Licques, cognomine barbatus, laicus uxoratus, qui seipsum fecit praepositum; secundum Anonymum Furnensem autem[15]) Robertus Friso, comes Flandriae. Quae ecclesia collegiata probabiliter cohaeret aliquo modo cum illa in Ardres, de qua vide infra sub dubiis. Intervallo quodam temporis elapso, ecclesia haec deserta vel diruta, versus annum 1130 a filio fundatoris tradita est canonicis O. S. A. in Watten, sed frustra. Anno 1132 a Milone episcopo Taruanensi constituuntur ibi canonici Ord. Praem. Filia Sti. Martini Laudunensis, mater de Newhouse. Confirmationes pontificiae an. 1164, 1173, 1183. Moniales fuisse translatas in Serques, non videtur esse certum[16]). Ecclesiae incorporatae: Licques[17]), Bouquehault, Serques. Herbinghem, Leubringhem, Hocquinghem, Mentque et Nortbécourt, Moringhem, Boisdinghem[18]), Longueville, capella et curia in Vincelles. Canonia, quae refugium habuit in St. Omer, saepius devastata est in bellis, ita ab Anglis s. XIV et an. 1544, et funditus ab Hispanis an. 1674. Anno 1541 fit commenda, an. 1680 separatio mensarum. Reditus annui an. 1751: 13222 Libr. Ab an. 1702 reconstruitur canonia, ecclesia autem annis 1717/47. An. 1719: 18 religiosi, ca 1740: 12, an. 1766: in abbatia 9 canonici, 1 novitius, 1 conversus, 11 canonici in parochiis. Ultimus commendatarius rapacitate sua tantopere exspoliavit et oppressit abbatiam, ut tres tantum religiosi ibi vix potuerint vivere. Anno 1790 suppressa est. Anno sequenti aliquibus Eremitis Ord. Sti. Augustini permissum est, se collocandi in aedibus derelictis, sed mense Augusti an. 1792 et illi sunt ejecti. An. 1794 monasterium solo aequatur, praeter unam alam, quae hodie continet scholam, domum parochi et officia publica. Ecclesia spectabilis, choro et turri an. 1805 orbata, hodie est parochialis.

---

[14]) o. c. infra.

[15]) Quem fontem citat quidem HAIGNERE *(Chartes)* o. c., sed non indicat depositum illius. Investigationes nostrae diligentes hac de re fuerunt in cassum, nec reiperitis, quos consuluimus, hic fons umquam innotuit.

[16]) Vide de hoc loco, et de putativo asceterio „St. Chderampz" hic infra sub praetermissis et dubiis.

[17]) Praeter ecclesiam parochialem, ab abbatiali distinctam, exstabat in illa speciale „altare parochiale" sub invocatione Stae. Ursulae.

[18]) Hoc est probabiliter „altare de Boderic", de quo fit verbum in charta anni 1185 (HAIGNERE 62).

Archivalia: Arch. Dép. Pas de Calais, Arras: Maior pars (11 reg. et 21 fasc.) igne combusta est anno 1915. Supersunt ibi tamen sequentia: 2 voll. „*Procès verb. de visite des Bâtiments de l'Abbaye 1783/'85*" (Sér. H, non coté), ibid. Fonds St. Just MSS 71 et 82 (2 rentalia saec. XVIII), Fonds Le Cat du Bresty Rentale saec. XVIII — Coll. Rodière MS 85 et MS 192; — in eodem archivo sér. A nr. 8, 14, 23, 48, 54, 68, 72, 86, 482, 498. Sér. [1]B 115, 121, 240, 307, 738, 908. Sér. [1]C 208, 213, 222, 241.[18a]) Sér. [1]G 55 f. XIX. Sér. L: questionnaire de 1790, Licques. Sér. Q: décomptes des acquéreurs 7 doc. — II L. Distr. de Calais (en dépot aux Arch. Mun. de Calais) 1 fasc. an. 1791 — Arch. Dép. du Nord, Lille Sér. B 112, et nr. 546, 1486 (cf. Rép. Numér. et ISAD) — BN Coll. Moreau t. 55 p. 109, t. 60 p. 47, t. 76 p. 190, t. 80 p. 120, t. 86 p. 229, t. 88 p. 162, t. 93 p. 22, t. 97 p. 73, t. 118 p. 36, t. 125 p. 8, t. 132 p. 84, t. 133 p. 126, t. 179 p. 198, t. 188 p. 14, t. 235 p. 120 — Ibid. Coll. de Picardie t. XXVIII — BMunBoulogne MS 103: Inventarium Archivorum Abbatiae an. 1784, 10 voll. (partim publ. a LA GORGUE ROSNY), MS 213 f. 91/93, MS 443 t. IV, MS 502, MS 578 — BMunCalais: Inventarium archiv. an. 1776 (MS 13) — BMunDouai: MS 818 n. 37, 822 f. 7, 482 — BMun Nancy MS 992 (1757) f. 151, 175 — BRB MS 7750, f. 400/02.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 1074/79 — HUGO II 57, pr. 29/32 — WAEFELGHEM 149 — BERLIERE *Coll. Pont.* 346, 347 — *Cart. Egl. Therouanne* (Cf. Therouanne St. Aug.) cf. ind. — CatMSSBDep VI, XLI cf. indd. — CHEVALIER 1676 — COTTINEAU 1602 — DARAS ANF 69 — DARSY *Bénéf.* II 26 — DEMAY *Artois* 2606/07, 2675/78 —IDEM, CClair nr. 5235 — DERAMECOURT IV 578 — *Dict. Hist. P. de Cal., Arr. de Boulogne* III 128/64 — *Dict. Top. P. de Cal.* 223 — DRAMARD 448 — DUCHESNE pr. 124, 128 — *Epigr. P. de Cal.* III 626, 1068 — *Form. Pr.* 277 — *Gall. Chr.* N X 1617 — GOOVAERTS I38, 70, 142, 175, 265, 501, II 138, IV 157 — HELYOT II 398 — JAFFE 11075, 12342 — LECESTRE 46 — *Lettr. Clém. VI* (AVB) 186, 434 — LONGNON *Pouillés* VI 720 — MIGNE t. 200 c. 315, 971 — de PAS (cf. Thérouanne St. Aug.) cf. ind. 971 — POTTHAST 12657 — *Reg. Ben. XI* cf. ind. — *Reg. Urbain IV* 2038 — STEIN 2100 — A. COURTOIS, *Quelques mots sur l'ancienne abbaye de Licques, à propos d'une note et d'un plan, trouvés dans les papiers de Mr. Dufaitelle (BSAnMorinie* II 1861, 682/88) — D. HAIGNERE, *Chartes de N. D. de Licques (MSAcArr. de Boulogne* XV, 1890, pp. 34/175) — E. HAMY, *Les sac de Licques en 1674. Revue Littér. de Boulogne* I p. 30 — A. de LOISNE, *Le Cartulaire du Chapitre d'Arras*, Arras 1897, pp. 100/01 — L. E. de LA GORGUE ROSNY, *Recherches généalogiques sur les Comtés de Boulogne, de Guines, et pays circonvoisins. Documents inédits.* Boulogne 1877, pp. 53/59 — IDEM, *L'Etat ancien du Boulonnais*, Boulogne

[18a]) Quae series B et C pariter combustae, ex inventariis tamen sunt notae.

1873, pp. 185/88 — A. de POUCQES d'HERBINGHEM, *L'Abbaye de L. (BSAn Pic* XIII, 1877/79, pp. 57/62) — J. F. ROZE, *Notice historique sur l'ancienne abbaye de Licques,* Boulogne s. M. 1882 — LAMBERTI ARDENSIS *Historia Comitum Ghisnensium,* ed. J. HELLER, MGH SS XXIV cf. ind. p. 879.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. ROZE)

Henricus 1132—49[19])
Godescalcus 1149/57[20])
Godefridus 1162/63
Robertus 1164/83
Roger 1184 (96?)
Goswinus 1159
Wilhelmus 1192/1203[21])
Philippus 1218[22])
Wilhelmus 1226/27[23])
Hugo 1242[24])
Philippus 1270/76[25])
Balduinus Hircus 1285/88
Jacobus[26])
Gilbertus[26])
Andreas 1299/1304[27])
Joannes de Laon 1304—ca. 1319
Jacobus de Vic 1319/29
Jacqueminus —1332
(idem ac praecedens?)
Joannes 1332—
Joannes 1362/78
Joannes —ca. 1407
(idem ac praecedens?)
Aegidius du Bilch ca. 1407/20[28])
Gulielmus ca. 1420
Nicolaus 1423/47[29])

---

[19]) H. De LAPLANE, *L'Abbaye de Clairmarais,* St. Omer 1863 p. 337 (1149).

[20]) HAIGNERE nr. 5 (1155/57). *Cartul. Egl. de Therouanne* o. c. nr. 60 dat abbatem Godescalcum an. 1178, quod videtur esse falsa datatio.

[21]) An. 1192/93 praesidet capitulo abbatum Angliae et Scotiae, cf. COLVIN *The White Canons in England,* Oxford 1951, p. 201.

[22]) HUGO II 61.

[23]) I. De COUSSEMAKER, *Le Cartulaire de Bourbourg* (vide Veurne St. N.) p. 116.

[24]) HAIGNERE p. 88, HUGO l. c. (Videtur esse idem).

Ecclesia collegiata, fundata versus annum 1070 ab Arnoldo de Ardres, condiscipulo Roberti Barbati, fundatoris de Licques, de quo supra. Sicut ille, Arnoldus licet fuerit laicus, fecit seipsum praepositum ecclesiae suae collegiatae. De iis, quae postea acciderint, auctores dissentiunt. Sunt qui dicunt, Balduinum haeredem Arnoldi, anno 1144 canonicos Praemonstratenses ibi subrogasse saecularibus, Milone Taruanensi episcopo in-

[72]) Coniunctim ea proponimus, ex rationibus supra p. 342 expositis.

centore[73]). Atqui constat, Ardeiam de facto transisse ad monachos OSB, tamquam prioratum abbatiae de Capella. Apud annalistam Hugo legere est diploma, vi cuius Balduinus — reticito omnino transitu ad Praemonstratenses — collegiatam suam languidam dat abbati et monachis de Capella, sub qua disciplina hic prioratus reapse floruit per saecula. Censemus, tentamen Balduini, transferendi nempe fundationem Arnoldi ad Ordinem nostrum, omnino esse authenticum. Verisimile est, eum in modo reformandi collegiatam suam collapsam, exemplum voluisse sequi ecclesiae Liskensis, non longe distantis, et ab intimo amico avunculi sui, simili ratione fundatae. Milo autem, Ordinarius loci, ipse Praemonstratensis, certe etiam in huiusmodi adiunctis nihil omisit ad bonum Ordinis sui promovendum. Liskensibus canonicis religiosos Ordinis substituit, et nulla obvia est ratio, cur in casu Ardeiensi similiter non egerit.

Quae vero tentamina, ex causa nobis ignota videntur esse derelicta, vel non successerunt, et aliud quid decisum est. Numquid in Ardeia umquam fuerint Praemonstratenses, ac utrum translatio huius domus ad Ordinem nostrum fuerit intenta tantum, an saltem ad breve tempus in praxim deducta, manet incertum[74]).

Litteratura: HUGO I 186 — WAEFELGHEM 10 — COTTINEAU 140 — *Gall. Chr.* X 1547 — COURTOIS, *Notice historique sur les établissements religieux de la ville d'Ardres (Annu. Dioc. Arras.* 1890, 343/58) — DUCHESNE 171 — *MSAn Morinie* IV (1839) 379.

HULSTERLOO B. M. V.

prope Hulst in Flandria Zelandica (Neerlandia). Dioc. Cambrai, ab an. 1559 Middelburg.

Curia abbatiae Trunchiniensis conspicua, simul peregrinatio B. M. V. celebris. Probabiliter ibi saec. XII/XIII fuit parvum monasterium, seu domus vere formata. Anno 1578 a Calvinistis eversa est, nec iam in possessionem abbatiae revertit.

Archivalia vide Drongen. Litteratura: BROM Reg. Utr. nr. 414, 896 — GAN I 126 — OHZ I 359 — LANTSHEER/NAGTGLAS I 733 — Arch. Z. G. V 434 — *Kron. Hist. Gen.* 1868 399/400 — A. STRACKE, *Kricke putte en het Hulsterloe (Tijdschr. v. Taal en Letteren* 1924, pp. 12/65, 251/67;

[73]) HUGO l. c. invocat MEYERUM, *Comment. Flandr.* IV 44, et MIRAEUM *Chron. Pr.* 113. Dicit etiam, Ardeiam fuisse filiam Sti. Augustini Taruanensis.

[74]) PIETTE, *Hist. de l'Abbaye de Thenailles* (vidi ibi) p. 49 loquitur de abbate Conone, abbate Tenoliensi, qui antea fuerat abbas „d'Ardres en Calaisis". Est confusio cum Fontaine-André.

cf. *Anal. Praem.* I 208) — P. SCHEPENS, *Een ongedrukt inventaris van Hulsterloo in 1573 (Anal. Praem.* I 1925, 357/72) — IDEM, *Hulsterloo en zijn wonderdadig Mariabeeld (Dietsche Warande en Belfort,* 1924, 271/86, 361/80).

NIEUPOORT B. M. V.

Novus Portus Flandriae

Oppidum in Flandria Occidentali, adiacens mari, in Belgio. Dioc. Thérouanne, ab an. 1559 Ieper, nunc Brugge.

Anno 1165 altare „Novae capellae de Sandeshoveta" conceditur abbatiae Sti. Nicolai Furnensis. Qui locus, in posterum vocatus Nieupoort, factus est parochia eiusdem abbatiae. Anno 1296 abbas illius decrevit, quatuor canonicos ibidem expositos abhinc teneri quotidie cantare communiter matutinum, summam Missam et vesperas. Quod saeculo sequenti iterum factum est desuetum. Anno 1496 vero ampliori modo renovatum est, abhinc canonici Ordinis immo tenebantur cantare integrum officium „more collegiatae". Abbas tunc statuit, ut praeter pastorem et tres sacellanos religiosos, octo vel plures sacerdotes saeculares a magistratu Neoportensi admitterentur, „qui dictos religiosos in divino officio persolvendo juvarent, si tamen prius per magistratum abbati Sti. Nicolai fuissent praesentati". Qui status videtur duravisse usque ad tempus destructionis canoniae, uno saeculo circiter post. Casus satis singularis est iste, quocum conferas aliquatenus casum praeposituræ Sti. Sulpitii in Diest[75]). Anno 1653 abbas erexit in Nieuwpoort collegium studiorum, ubi canonici docerent humaniora, sicut in Diksmuiden et in Veurne, quae vero institutio — si umquam — non videtur diu extitisse.

Archivalia et Litteratura: vide sub Veurne St. Niklaas.

ST. CHDERAMPZ

MSS originales catalogorum post annum 1290 redactorum habent insertum tamquam monasterium novissimum, immediate post Licques: Chercamp (H), De Chercamp (W et T). Praeterea nihil adiungunt. Lairuelz, qui in aliquo catalogo male scripto legit „St. Chderampz" pro „De Chercamp" vel simili forma huiusmodi, absque ulla ratione putavit hoc esse asceterium ab abbatia Liskensi dependens. Qui error exinde a

[75]) Vide supra p. 342.

multis auctoribus est transsumptus, sed nemo eorum situm huius domus indicare potuit. Ut iam recte suspicatur Waefelghem, hoc nil aliud est nisi Cherscamp, locus ubi primitus fuerat conditus parthenon Tusschenbeek, de quo vide supra. Cat. P eodem loco recte habet: Chercamp alias Tuskenbecq.

LAIRUELZ 712 — HUGO I 507 — WAEFELGHEM 221

SERQUES

Vicus prope St. Omer, satis distans ab abbatia Liskensi. Dép. Pas de Calais, Dioc. Thérouanne

In charta quadam anni 1164 memoratur „altare de Serques, quod bone memorie Milo episcopus . . . ecclesie de Liskes ad victum sororum in perpetuum donavit"[76]). Ex quo concludit Hugo, hoc fuisse asceterium a dicta canonia dependens, et idcirco locum, quo sunt translatae sorores eius circa annum 1140. Addit idem auctor, seipsum visitasse „rudera asceterii in Serques". Censemus tamen, haec argumenta non sufficere. Nullum enim vestigium alibi invenitur in chartis et in fontibus de asceterio huiusmodi. Traditio domestica tempore abbatis Hugo, quae videtur confirmare existentiam illius, forsan nitebatur in charta supradicta tantum, et rudera potuerunt fuisse alius originis. Forsitan, ut in variis aliis abbatiis Flandriae, Normanniae, et Ponthivi[77]), etiam in Licques sorores aut manserunt juxta abbatiam, aut in curia quadam vicina, ubi paulatim sunt exstinctae. Ex bonis, eisdem ad sustentationem specialiter addictis, fuit etiam altare de Serques. Existentia asceterii in hoc loco manet dubium.

HUGO II 64, 803 — WAEFELGHEM 278. *Dict. Top. du Pas de Calais* 359, et *Dict. Hist.* eiusdem *(Arr. de St. Omer* III 39/41) nihil sciunt de asceterio in Serques.

---

[76]) HAIGNERE, *Chartes de Licques* p. 41.

[77]) St. André-au-Bois, Dommartin, Thérouanne, Vermand, Séry, Sélincourt, Etoile, Ardenne. Quae omnes fundatae sunt ante annum 1140, ergo de jure fuerant monasteria duplicia initio, tamen de sororibus, respective de translatione earum nihil constat.

DE CIRCARIIS GALLIAE IN GENERE

Ordo Praemonstratensis in regno sui originis tanti fuit momenti[1]), tantique ponderis fuit Gallia pro toto Ordine, ut non secus ac pro Circariis Germaniae, conspectum historicum generalem Circariis Gallicis praemittere velimus, eo vel magis quod evolutio earum fuerit uniformis circa multa. Fuerunt intra fines Galliae modernae Circariae sex, scilicet: Franciae, Ponthivi, Normanniae Borealis, Normanniae Australis, Arverniae, Lotharingiae: et quatuor aliae, quae partim, vel quoad maiorem partem intra regna vicina se extendebant, in quibus tamen elementum gallicum semper praevaluit: Flandriae, Floreffiae (quae huic capiti praecedunt), Gasconiae et Burgundiae. Quam ultimam, sicut et duo monasteria in Alsatia sita, in primo volumine tractavimus[2]), reliqua omnia sequentur infra. Notandum est, Ordinem optime floruisse in Lotharingia, in provinciis Normandie, Champagne, Artois, Vermandois, Picardie, modestius etiam in Ile de France et in Gascogne. In Arvernia et in Burgundia pauca habuit monasteria, in Bretagne unum, in centro regni fere nulla, in parte meridio-orientali (Provence) pariter unam tantum domum, hancque tenuem.

Regnum Galliae saeculis XII/XV habuit extensionem longe minorem. Flandria quidem belgica tunc de jure spectabat ad illud, sed an. 1521 facta est sui juris; ceteroquin maior pars provinciarum eius orientalium pertinuit ad Sacrum Romanum Imperium, et paulatim tantum in decursu saeculorum XVI/XVIII Galliae est unita. Per bella continua Gallorum cum vicinis suis, Circariae quae limites regni excesserunt, practice sunt scissae, et Abbates Generales pro canoniis earum in Gallia sitis semper speciales solebant nominare visitatores. Circumscriptio tamen Circariarum mansit eadem usque ad initium saeculi XVII, sola abbatia Perray-Neuf videtur iam antea transisse de Normannia Boreali ad Arverniam, et Genlis, antiquitus Franciae adscripta, postremo nomen dedisse videtur Circariae Flandriae. Saeculo XVII orta est „Congregatio Antiqui Rigoris", quae reformatio a Communi Observantia se separavit, et in de-

[1]) Attamen inter quatuor magnos Ordines „praelatiales" (OSB, OCist, OSA et OPraem) ultimum ibi tenuit locum.

[2]) Haguenau p. 99, Strasbourg p. 85, Circ. Burgundiae pp. 354/73

cursu eiusdem saeculi 32 abbatias (ex 83 tunc existentibus) ad se attraxit[3]). Circaria Lotharingiae exhinc esse desiit, et aliae Circariae tantopere sunt diminutae, ut mutationes visae sint opportunae. Capitulum Generale anni 1657 canonias Septfontaines-en-B., Jovilliers et Riéval adscripsit Circariae Burgundiae, Iledieu et Bellozanne Ponthivo, et Corneolum Sueviae. Quae vero non videntur fuisse omnia deducta in praxim. Anno 1660, Lotharingi nondum reformati, et monasteria cuiuslibet Circariae in parte orientali Galliae sita considerabantur tamquam Circaria quaedam provisoria, absque nomine, quae anno 1686 definitive stabilita, „Burgundia et Campania" vocabatur, saeculo XVIII vero „Campania" tantum[4]). Circaria Arverniae suppressa est. Cum monasteria Congregationis Antiqui Rigoris anno 1689 pariter dividerentur in tres Circarias (Franciae, Lotharingiae et Normanniae), Observantia Communis nomen Circariae suae Franciae mutavit in „Praemonstrati", cui addicta sunt etiam abbatiae quondam ad Floreffiam spectantes. Circ. Ponthivi unitur cum canoniis gallicis Circ. Flandriae, cuius nomen paulatim (authentice ab anno 1772) praevalet. Circariae Gallicae fuerunt, ut ita dicam, „forma Ordinis". Gallia Ordini dedit cunas, in Gallia fuerunt omnia fere Capitula Generalia[5]), cuncti abbates Generales — praeter tres — fuerunt Galli, et „proto-abbates" omnes fuerunt linguae gallicae. Facile igitur est intellectu, mentem et indolem Gallorum in Ordinem et eius evolutionem eminentem exercuisse influxum. Constitutiones Ordinis quoad maiorem partem affines sunt statutis Cisterciensium et Congregationum Canonicorum O. S. A. in illo regno ortarum, et saec. XII ibi florentium[6]) Liturgia et Ordinarius Ordinis, etsi sint radicis rhenanae[7]), multa praebent elementa gallo-romana. Monasteria Galliae ab initio ab abbatibus regebantur, titulus praepositi non erat notus. Prioratus conventuales hinc inde fundati, praesertim in Gasconia, mox versi sunt in abbatias, aut in prioratus simplices, de quibus infra. Congregatio Antiqui Rigoris, ex timore commendae, novas suas fundationes fecit in modum priora-

[3]) De qua vide infra speciale caput ei dedicatum

[4]) Vide infra elenchos Circariarum Galliae an. 1766/70. Duo monasteria germanica, Galliae territorio an. 1689 resp. 1766 adnexa, scil. Haguenau et Wadgassen (v. vol. I 116), adnumerata sunt pariter Circ. Campaniae.

[5]) Anno 1342, Cap. Generale celebratum est in Strahov-Pragae (*Monum. Vatic. Bohemiae* I nr. 57), saec. XV, propter bella continua, pluries in Belgio (v. supra apud Circ. Brabantiae)

[6]) v. articulos H. HEIJMAN, *Untersuchungen*, et Ch. DEREINE, *Origines de Prémontré.*

[7]) v. B. LUYCKX, *Essai sur les sources de l'Ordo Missae Prémontré (Anal. Praem.* XXII, 1946, 35/90)

tuum. Curiae a conversis excultae generatim saec. XIII abrogantur, sed inveniuntur usque ad saeculum XV[8]). Problema monialium est nobis in exemplum, quomodo decreta Capitulorum Generalium in Gallia tantum ad amussim sunt obaudita, in reliquis vero Circariis interdum propter conditiones speciales, exegerint solutionem plus minusve differentem[9]). Sorores, a B. Hugone primo Abbate Generali aegre visae, in posterum a Capitulis omni modo sunt restrictae et plus semel suppressae, ultima vice abbate Floreffiensi instante, anno 1270. Anno 1140, de praecepto Capituli Generalis, sorores monasteriorum duplicium translatae sunt in locum remotiorem, pluries in curias abbatiae proprias. Quod in Circariis Lotharingiae, Floreffiae et Franciae generatim est peractum[10]), in reliquis Circariis Galliae autem nonnisi raro. De sorte sororum multarum abbatiarum deest nobis omnis notitia. In documentis et in obituariis omnium fere abbatiarum ante annum 1140 fundatarum, in Normannia, in Ponthivo, in Flandria atque in Gasconia vix invenimus vestigium de monialibus. Forte haec monasteria numquam fuerant duplicia, aut si habuerunt sorores, eas statim anno 1140 suppresserunt. Asceteria in curias translata saepius elanguerunt, nullae sunt erectae pro illis aedes definitivae, moniales ab abbatibus avaris neglectae, paulatim in decursu saec. XIII sunt exstinctae. Dum saeculo praefato in exteris regionibus, nobiles fundatores parthenones, ad filias collocandas necessarios, in esse conservabant, et sorores paulatim factae sunt „cantantes"; abbates Galli hoc impediverunt, et duo tantum parthenones videntur extitisse in fine saec. XIV: Bonneuil et Mirambeau. De sororibus Bonolii adhuc verbum fit saec. XV, et sorores „de Mirabello", anno 1363 florentes[11]), videntur fuisse translatae postea in La Rochelle, ubi saec. XVI pariter perierunt. Sic Ordo secundus desiit in Gallia. Sorores donatae tamen extiterunt, in abbatia Justemont, usque in finem.

---

[8]) Conversi fiunt rari a saeculo XV, in reformatione saeculo XVII resumuntur praesertim a Congregatione Antiqui Rigoris. In Circariis Observantiae communis, anno 1766 existebant universim 4 fratres conversi et 2 donati.

[9]) v. N. BACKMUND, *Les divergences dans le développement de l'Ordre de Prémontré* (articulus a redactione periodici „*Revue du Moyen Age Latin*", Strasbourg admissus)

[10]) In uno alterove casu, etiam in his circariis nobis deest notitia de sorte (Beaulieu, Clairefontaine), immo de existentia sororum (St. Feuillien, Lavaldieu).

[11]) Existentia huius domus nuper innotuit ex *Lettr. com. Urbain V* (ed. M. LAURENT, Paris 1954) nr. 621. Probabiliter prodierat ex abbatia Planae Silvae, ei vicina.

Cura animarum multis abbatiis ab initio cordi erat, multiplicata sunt beneficia et ecclesiae incorporatae, canoniae partim fundatae sunt juxta antiquas ecclesias parochiales. Generatim ecclesiae abbatiales simul inserviebant parochiae. Tunc multoties aliqua capella lateralis, vel altare quoddam in ea erat „parochiale"; interdum etiam tota navis, reservato choro pro conventu. Administratio parochiarum et beneficiorum erat satis arbitraria. In Gallia vita ecclesiastica, saec. XII, iam bene erat ordinata, non opus erat missionariis; ecclesiae parochiales hic magis quam alibi habebantur ut mera beneficia, ad augendos reditus appetita. Fuerunt abbatiae 10—15 beneficiis praeditae, fuerunt aliae, quae ne unum quidem habebant. Maior pars paucas ecclesias tantum habuit. Anno 1766, ex 740 canonicis Observantiae Communis 246 fuerunt expositi in parochiis, quas totus Ordo in Gallia possedit 633[12]). Saepe invenimus canonicos Ordinis in beneficiis saecularibus, et vice versa, et parvae canoniae expetiverunt sibi canonicos ex magnis, ut ecclesiis suis possent providere. Singulare quid erant in Gallia sic dicti „prioratus simplices". Permulti scilicet fundati sunt saec XI/XIII prioratus, canonicorum et monachorum, initio semper conventuales[13]) sed ab abbatia quadam dependentes, interdum sui juris. Prioratus dependentes generatim postremo ab uno tantum sacerdote erant serviti, tum cum parochia vel officio quodam adnexo, tum vero ut merum „beneficium simplex", reditus afferens, sed onera vix importans. Postremo maior pars parochiarum regularium habuit titulum „prieuré-cure"[14]). Illae, sicut prioratus simplices absque onere, de facto (non quidem de jure) pluries erant ad praesentationem abbatis commen-

---

12) Qui numerus includit omnes capellas dependentes. Notandum est, parochias in Gallia generatim esse minores quam alibi, et saepius unum sacerdotem deservire plures parochias.

13) Originem habent in privilegio, quod a medio saeculo XII nequaquam Ordini ut tali, sed paulatim singulis eius abbatiis est concessum (cf. JAFFE 8662, 9049, 12244, 12437, 12617, 12653, 13631, 14410 etc), exponendi nempe in ecclesiis incorporatis tres vel quatuor canonicos, ad vitam communem obligatos. Unaquaeque abbatia in Gallia possedit saltem unum vel plures prioratus huiusmodi. Qui prioratus — tum cum munere parochiali, tum nuda beneficia, tum curiae — alium aspectum praebere videntur in constitutione sua ac in aliis regionibus. Numerus canonicorum illis adscriptus, a fine saec. XIII ad unum vel duos est reductus, sed titulus „prioratus" remansit, immo et tribuitur ecclesiis, apud quas numquam talis communitas extiterat. Difficile ergo est dictu, quaenam ex hac multitudine beneficiorum initio fuerant domus plus minusve formatae, ideo censuimus eas non expresse, sed apud singulas canonias esse adducendas, exceptis quibusdam maioribus in Gasconia.

14) In Circ. Gasconiae beneficia regularia pluries vocabantur „grangiae", et parochi ea servientes „grangarii" (grangers).

datarii, qui eos dabat „in commendam“ personis Ordinis, sed saepius etiam aliis clericis[15]).

In nullo enim regno, praeter Italiam, sinistrum systema commendarum tantopere totam fere vitam regularem paralyzavit quam in Gallia. Adhiberi coeptum est hoc systema a Curia Romana, quae a saec. XV per sic dictas „gratias exspectativas“ omnes nominationes ad beneficia quaecumque sibi reservavit[16]), et beneficia pinguiora etiam extra Italiam sita coepit dare in commendam, et quidem pluries extraneis, infantibus et laicis. Quod valde displicuit non tantum Ordinibus, sed etiam Principibus. Pragmatica Sanctio, promulgata per Carolum VII regem Galliae anno 1438[17]), gratias exspectativas abolivit et liberam electionem abbatum et episcoporum confirmavit. Cui statuto anno 1516 substitutum est nefastum illud concordatum[18]), per quod ius nominandi concessum est regi ea sub conditione, quod candidati essent „qualificati et graduati“; promissio, quae a rege non tenebatur, et de qua in posterum Curia Romana parum curabat. Ut iam diu in Italia, tradita sunt deinceps et in Gallia monasteria fere omnia, paulatim creaturis saepe indignis, quibus rex quacumque ex causa favebat, et qui ne cogitabant quidem ad Sacros Ordines ascendere. Dissipaverunt bona monasteriorum in vita luxuriosa, religiosis egestate languentibus, claustrisque collabentibus. Etiam post concordatum interdum nominati sunt cardinales vel praelati itali[19]). Admissa est scandalosa cumulatio beneficiorum, ita ut multi commendatarii, praesertim nobiliores, plures possiderent abbatias simul, quas per laicos delegatos solebant administrare, et quas ipsi vix umquam dignati sunt visitare. Effecta est per haec scandala vera confusio Ordinum, quia non tantum sacerdotes saeculares et laici, sed etiam religiosi qualescumque provisi sunt quibuslibet abbatiis. Benedictini obtinuerunt abbatias Prae-

[15]) Dum abbatiae inprimis nobilibus erant reservatae, prioratus occasionem praebebant „clero inferiori“ generatim pauperi, beneficia adipiscendi in commendam.

[16]) Cf. TAIEE XX 210, et ea quae diximus supra in praefationibus ad Circarias Romanam, Hiberniae et Scotiae. Praeter haec regna, commenda erat tantum in usu in Polonia et in Hungaria, partim etiam in Hispania. Intra fines S. R. Imperii, principes cum successu huic abusui se opposuerunt.

[17]) Quae sanctio alias ob causas condemnata est; Gallicanismum enim anticipavit, et theoriam „conciliariam“ defendit (cf. N. VALOIS, *Histoire de la Pragmatique Sanction de Bourges*, Paris 1906)

[18]) Cf. J. THOMAS, *Le Concordat de 1516, ses origines et son histoire au XVI siècle*, Paris 1910, et H. LEMONNIER, *Histoire de France* V 1 pp. 252 sq.

[19]) Concordatum expresse exceperat a commenda abbatias „Capita Ordinum“, nihilominus Curia Romana Praemonstratum dedit in commendam duobus Cardinalibus Romanis (v. articulos E. VALVEKENS)

monstratenses, et vice versa, Franciscani et Dominicani facti sunt abbates; et conditio, primo tali collationi adnexa, quod nempe „bullatus" assumeret habitum Ordinis, cuius abbatia erat provisus, postremo non iam urgebatur.

Fatendum est tamen, commendatarios interdum casu fuisse sacerdotes pios, et viros probos, qui facti sunt communitatibus illis commissis veri patres et benefactores[20]). Commendatariis non licebat se immiscere rebus internis Ordinis, nec de jure receperunt benedictionem abbatialem, et usi sunt pedo et mitra tantum in stemmate suo. Tamen haud raro sibi arrogaverunt iura abbatum regularium, et innumeri erant lites et processus, quos eorum elatio et rapacitas monasteriis infligebant. In provincias ad aquilonem sitas, cum saeculo tantum XVI/XVII fuissent Galliae incorporatae, commenda non ubique est introducta. Ita floruerunt abbatiae Thérouanne, Dommartin, Vicogne, Châteaudieu, Lavaldieu et St. André-au-Bois in quieta regularitate usque in finem, praesertim Vicogne et Dommartin fuerunt verae „columnae Ordinis" sub omni respectu. In Lotharingia, rex Poloniae ibi regnans anno demum 1758 commendam introduxit, quam rex Galliae, post annexionem huius ducatus anno 1766, ad omnes fere abbatias extendit. In reliqua parte Galliae una alterave tantum abbatia tenuis evasit commendam, aliae pingues, ut Cuissy, Bucilly et Beaulieu, debuerunt regularitatem suam emere pretio pensionum fisco regio solvendarum. In tota Gallia, 54 tandem abbatiae Ordinis fuerunt sub commenda, et 22 regulares, in Observantia Communi, anno 1766, ex 52 abbatibus 15 tantum erant regulares.

Malum exemplum praelatorum illius temporis, resignandi nempe beneficia in manus cuiusdam propinqui vel amici, neglecta electione canonica, iam a saeculo XV etiam seduxit abbates regulares, qui tali modo nepotismo indulserunt, et ita multae abbatiae factae sunt sub commenda. Sed etiam quoad reliqua, multi abbates regulares vixerunt sicut commendatarii, vel peius illis. Initio mensae nondum erant separatae, tunc dilapidationi amplus erat locus, et quaedam domus tantopere erant ruinatae, ut ad tempus ne unus quidem religiosus in eis posset vivere. Anno 1618, Capitulum Generale decrevit partitionem bonorum in tres partes, duas pro conventu, et unam pro abbate. Abhinc „mensa abbatialis" et „mensa conventualis" ubique inveniuntur, sed practice saepe prima erat longe pinguior secundae. Religiosis erat stricte interdictum assumere beneficium a commendatario quolibet commissum. Quod decretum paulatim tantum, et nequaquam ad amussim exsecuti sunt „abbates". Illorum intererat, nu-

[20]) Inter quos eminet Nicolaus Pseaume, abbas com. Sti. Pauli Virdunensis, qui Ordinem professus est, eique maxime fuit emolumento et honori.

merum religiosorum ad minimum restringere, et aedificia, quae eis erant in onus, reducere ad parvam capellam et unam alam claustralem. Ita multae ecclesiae vastae et quadra claustralia sunt destructa, et chorus ecclesiae tantum pro necessitatibus conventus adaptatus est. Anno 1790, in maiore parte abbatiarum non amplius extitit claustrum, aderant sex vel decem cellae tantum, bibliotheca minima vel nulla, sed sumptuosa domus abbatialis separata. Avaritia igitur commendatariorum fuit causa principalis, cur canoniae gallicae generatim a paucis tantum religiosis fuerint habitatae. Cui accesserunt aliae: nimius numerus monasteriorum omnis generis, et praesertim bella crudelia, quae laceraverunt Galliam a saeculo XIV usque ad XVII[21]). Fuerunt abbatiae, in quibus per saecula duo vel tres tantum religiosi languescebant. Anno 1766, viginti quatuor abbatiae Observantiae Communis habuerunt religiosos pauciores quam 10[22]). Non quidem defuerunt tentamina reformationis. Ab initio saeculi XVI Abbates Generales zelose ei dederunt operam, sed commenda ipsius archicoenobii, et aliarum domuum omnia redegit in vanum. Joannes Despruets[23]), Abbatum Generalium maximus, antiquum splendorem et spiritum Ordinis conatus est restaurare, quod successores eius, minus tamen felici manu, prosecuti sunt. Congregatio Antiqui Rigoris novam vitam dedit immo canoniis sub commenda gementibus, tamen ei non successit, ad totum Ordinem se extendere; ad partem Galliae se restrinxit et ideo scissiones amarasque inimicitias intulit[24]). Communis Observantia tunc etiam reformata est. Status nobilium, omnia beneficia pinguia retinens, summo quidem studio impetrare conatus est reformationem omnium Ordinum, sed ob hanc unam rationem, nempe: ut religiosi, ad primaevam frugalitatem reversi, paucis possent contentari, et reditus monasteriorum manerent ad dispositionem magnatum. Quomodo potuerint prosperare, vel austera sub regula, communitates 2—4 canonicorum, in quibus raro unus alterve novitius admittebatur? Abbates quidam Generales insuper magno fastu, immo dissipatione et elatione malum dederunt exemplum. Quae omnia effectus reformationis valde minuerunt. Praeter abbatias regulares supra dictas, saeculo XVIII, spiritus et vita, saltem in Observantia Communi, generatim non erant exemplares.

---

[21]) Vide DENIFLE o. c. infra

[22]) 22 abbatiae habuerunt inter 10 et 24 religiosos, 7 tantum plus quam 25 (vide elenchum infra)

[23]) de quo vide infra apud Prémontré, et varios articulos E. VALVEKENS.

[24]) Vide MARTIN, et aliam bibliographiam infra suo loco.

Peculium in Observantia Communi erat admissum[25]). Nomen religionis, in vestitione singulis religiosis dandum, tantum in Congregatione Antiqui Rigoris erat in usu. Medio aevo, plures abbatiae erant ergastula regia pro integris provinciis. Jus pontificalium saeculis XV/XVII multis abbatibus est concessum, tamen de multis canoniis nihil constat hac de re. Certe magna pars abbatum hisce juribus non gaudebant. Titulus „abbatia regia", primitus vere honorificus, fundationem per membrum dynastiae indicans, postremo ab unoquoque fere monasterio arrogabatur. Novitiatus communis, saeculo XVII in Circariis Franciae et Ponthivi primo introductus, postea a Capitulo Generali ad totam Galliam extensus est. Capitula Generalia cessaverunt ab anno 1738, eorum loco exinde celebrata sunt Capitula Nationalia Circariarum Galliae, praesidente Abbate Generali.

Multi religiosi medio aevo et etiam postea, mortui sunt in odore sanctitatis, sed unus tantum honorem altarium est adeptus: B. Gilbertus, fundator abbatiae Novemfontium. Studia et litterae non tantopere fuerunt in honore quam apud alios quosdam Ordines, vel apud nostros verbi gratia in Frisia et in aliis circariis, paucos relative invenimus auctores in Circariis Galliae[26]). Sed magno cum zelo scriptores et copistae medio aevo repleverunt thecas, quorum operum extant pulchra exempla[27]). Catalogi bibliothecarum ex eadem epocha superstites, probant, vitam intellectualem non fuisse neglectam[28]). Primum Collegium studiorum Ordinis, fundatum est Parisiis saeculo XIII, et maximus historiographus illius, Ch. L. Hugo, ex eodem gente natus est. Scholas Ordo in Galliae vix habuit, sed post suppressionem Soc. Jesu aliquae canoniae conatae sunt huius gymnasia in vita servare. Saeculis XVII/XVIII activitas litteraria effloruit praesertim apud Congregationem Antiqui Rigoris, quae sibi etiam Collegium fundavit Parisiis. Programma studiorum, paulo ante Revolu-

---

25) In Beauport: 150 Libr. annuatim (MS LESAGE, *Journal de Voyage*, Arch. Ep. St. Brieuc).

26) Huius rei causa erat amor contemplationis exaggeratus, manichaeismum aliquomodo sapiens, et studia habens pro vanitate quadam profana et nociva. Inclinatio ad hanc mentalitatem Gallis videtur fuisse propria. A Cluniacensibus exiens, praeter Cistercienses etiam Ordinem nostrum attigit. Praemonstratenses numquam fuerunt „Ordo doctorum", tamen malevole exaggerat Cas. OUDIN, asserens illum „ob profundam perpetuamque ignorantiam ante alios esse celebrem" *(Commentarius de Scriptoribus ecclesiasticis*, Lipsiae 1722 I praef. et III c. 1625. De auctore illo apostata vide GOOVAERTS I 643)

27) v. g. ex Cuissy et Belval

28) vide GOTTLIEB o. c.

tionem a Capitulo Nationali decretum, portendebat optimum progressum in futurum.

Anno 1770 Ordo in Gallia possedit 92 monasteria[29]), cum 1298 religiosis, et reditibus annuis 761104 Librarum. Gubernium instituit anno 1768 sic dictam „Commission des Réguliers", quae parvas communitates suppressit — ex Ordine nostro duas tantum: Bassefontaine et Bellevaux — et unicuique Ordini imposuit, statuta sua revidere, temporisque exigentiis adaptare. Ideo Dominus Praemonstratensis convocavit Capitulum Nationale anno 1770, quod elaboravit nova statuta pro ambabus observantiis, liturgiam revidit, novasque editiones librorum liturgicorum praeparavit. Quae omnia scite fuerunt exarata. Abbas Viconiensis tunc in vanum studuit aptiorem modum impetrare electionis Abbatis Generalis, ita ut non conventus archicoenobii, sed abbates totius Ordinis caput commune abhinc eligerent, sed in cassum[30]). Si cessavisset corruptio omnimoda in regno et in hierarchia Galliae, praesertim systema commendarum, revera tunc fuisset spes reformationis profundae, etsi separatio a reliquis Ordinis partibus facta fuisset quasi completa.

Quae omnia eversa sunt in Revolutione Gallica, cuius primae victimae fuerunt Ordines et monasteria anno 1790. Suppressio eorum peracta est modo vere inhumano, omnia sunt profanata et vendita, non exceptis ecclesiis, quae rarissime tantum a parochianis sunt recuperatae. Religiosis data est modica pensio. Signum erat forsan relaxationis, quod maior pars eorum, immo communitates integrae, praestiterunt juramentum fidelitatis, a gubernio exactum. Plangenda valde erat destructio subsequens. Altaria et ornamenta ecclesiae, inter quae fuit abundantia thesaurorum artis et historiae, petulanter, systematice et vere „in odium fidei" sunt destructae, minor pars eorum venit in ecclesias parochiales vicinas. Interdum, praesertim in quibusdam regionibus, rabies populi vel decreta usurpatorum aedes monasteriorum statim solo aequavit, sed maxima pars nequaquam hoc modo est eversa, sed paulatim, in decursu saeculi XIX, per negligentiam, impietatem et avaritiam eorum, qui post Revolutionem monasteria acquisiverant. Multa monasteria et templa praeclara, de quibus nunc ne lapis quidem superest, annis 1840/80 adhuc extiterunt integra. Ex 88 ecclesiis abbatialibus Ordinis in Gallia, integra subsistunt, cultuique inserviunt sequentes tantum: Lavaldieu, Mondaye, Laon, Etival, Villers-Cotterets, Vaas, Lahonce. Ecclesiae sequentes subsistunt mutilatae, sed cultui sunt apertae: Licques, Silly, Ressons, Braine, Pleineselve,

---

[29]) Inclusis collegiis et prioratibus (vide elenchum hic infra) Complures abbatiae iam saec. XII/XVII interierant.

[30]) Arch. Dép. Aisne C 664

Grandchamp. Extant quidem integrae vel partim, sed pessumdatae sunt et profanatae: Pont-à-Mousson, Arthous, Doue, L'Etanche, Marcheroux, Etoile, Lieu-Dieu, Combelongue, Fontcaude, Ardenne, St. Georges-des-Bois, Ste. Marie-au-Bois, Lieu Restauré. Ruinae sunt sequentes: La Luzerne, Dommartin, Beauport, Belle-Etoile, Septfontaines-en-Bassigny, Jovilliers. Aedificia claustralia conspicua extant in Prémontré, Rengéval, Jandeures, La Castelle, Belval, Verdun. In bellis peractis (1914 et 1939) combusta et deleta sunt aedes quae supererant in Pont-à-Mousson, Laon, Amiens St. Jean et Genlis, necdum est certum, utrum solo aequantur an reconstruuntur.

Archivalia interdum destructa sunt in ipso actu Revolutionis; sunt abbatiae, quorum archiva fere integra perierunt. Hinc inde, religiosi absconderunt archiva et documenta, quae nunc sunt in manibus privatorum[31]), vel data sunt Seminario Episcopali, ubi anno 1905 saepe confiscata sunt a Gubernio[32]). Magna pars archivorum venit in Archiva Provincialia (Archives Départementales), ubi optime asservantur[33]).

Anno 1815, Praemonstratenses superstites nullum fecerunt tentamen ad restaurandum Ordinem. Anno 1856 canonici e Belgio, advocati ab Episcopo Suessionensi, reverterunt in ipsum archicoenobium, sed ad breve tempus tantum. Eodem tempore D. Edmundus Boulbon, monachus Cisterciensis, restauravit „Antiquum Rigorem Ord. Praem." in Frigolet (an. 1858). Anno tandem sequenti instaurata est abbatia Montis Dei (Mondaye) ab abbatia Grimbergensi in Belgio. Fundati sunt dein saeculo peracto varii prioratus, partim sui juris, qui desierunt omnes praeter Nantes et Conques. Recenter coadunata sunt monasteria Galliae in novam „Circariam Gallicam", quae hodie complectitur abbatias Mondaye (1953: 41 rel.) et Frigolet (item 30). Restauratus est etiam secundus Ordo in Gallia, in abbatia Bonlieu et in Mesnil St. Denis[34]), quae domus vero

[31]) Citata sunt saepius cartularia, chronica et alia huiusmodi, cum nota: „actuellement propriété de Mr. N. à N.". Quae MSS interdum nunc inveniuntur apud Societates Archaeologicas provinciales, sed pluries abierunt ad haeredes, et non iam inveniuntur. Investigationes nostrae in hisce casibus fere numquam successerunt.

[32]) Per legem separationis. Sic pervenit haereditas litteraria abbatis Ch. L. HUGO, verus thesaurus pro historia Ordinis, in Bibliothecam Municipalem Nanceiensem anno 1907 (Vide supra p. 14, nota)

[33]) De hac re fusius infra, ubi „De Archivis".

[34]) De monasteriis saec. XIX fundatis (Frigolet, Bonlieu, Nantes, Balarin, St. Jean de Côle, Conques, et saec. XX: Etiolles, Espaly, St. Victoret) vide infra in vol. III. Anno 1887 per aliquot tempus etiam antiqua abbatia L'Etoile restaurata est tamquam prioratus de Frigolet.

hactenus Ordini canonice non sunt aggregatae. Nova plantatio Ordinis in Gallia statim optimos fecit progressus, sed dura debuit subire persecutione per gubernium massonicum annis 1880 et 1903. Per annos canonici vixerunt in exilio. Post primum bellum in patriam reversae, hodie hae communitates tandem crescunt et multiplicantur, adestque bona spes pro futuro.

DE ARCHIVIS

Ordo archivorum in Gallia est exemplaris. Omnia archivalia divisa sunt in „séries". Archiva monasteriorum post suppressionem coadunata sunt in „Archives Départementales", constituens ibidem seriem H (Arch. ecclésiastiques régulières). Nostra interest etiam series G (hierarchia et clerus saecularis) et Q („biens nationaux", alienatio bonorum post annum 1790), sed etiam aliae series (A, B, C, E, F, L) hinc inde continent res monasteria tangentes. Edita sunt inde a saeculo peracto inventaria summaria omnium serierum (ISAD), sicut et volumina dicta *„Répertoires Numériques"* apte concinnata, quod vero opus nondum est terminatum. Pro multis provinciis[36]) inventaria seriei H adhuc desiderantur.

Archivum Nationale Parisiis est ditissimum, continens materiam de omnibus fere abbatiis Galliae, adnexae sunt illi multae collectiones, a privatis congestae et postea Archivo donatae. Tales collectiones, minoris tamen momenti, inveniuntur hinc inde etiam apud „Archives Départementales". Longum esset, minutim haec enumerare, invenies tamen omnia nitide expositum in opere V. CARRIERE, *Introduction aux Etudes d'Histoire ecclésiastique locale*, 3 voll., Paris 1934/40. Archivalia, in genere Ordinem tangentia, habentur in Archivo Nationali Parisiis sub J 1035 n. 37, K 118 n. 124 bis, G [9] 12 (1—3), et in Arch. Dép. Aisne, Laon C 691. In Bibliotheca Nationali Parisiis, sicut et in Bibliothecis Municipalibus — praesertim Lauduni et Nanceii — pariter invenitur materia pretiosa de Ordine, sicut et permulta MSS omnis generis ex abbatiis provenientia (Vide *CatMSSBDép)*.

---

[36]) Quam vocem non intelligimus in sensu antiquo (province), sed moderno (département).

Abbreviationes:

Arch. Dép.	Archives Départementales, (Com. = Communales)
Arch. N.	Archives Nationales (Paris)
BMun	Bibliothèque Communale (sive: Municipale, Publique, vel „de la Ville“)
BN	Bibliothèque Nationale (Paris), FL = Fonds Latin; FF = Fonds Français.
BArs	Bibliothèque de l' Arsenal (Paris)

FONTES

Alm. Roy.	*Almanach Royal* (continet abbates commendatarios saec. XVIII)
	H. d'ARBOIS de JUBAINVILLE. *Pouillé du diocèse de Troyes, redigé en 1407*, Paris 1853
	V. de BEAUVILLÉ, *Documents inédits concernant la Picardie*, 4 voll. et Suppl., Paris 1860/82
OLIM	C. BEUGNOT, *Les Olim, ou Registres des Arrêts rendus par la Cour du Roi . . ., 12 . .—1318*, 3 voll. Paris 1842/48 *(Coll. Doc. Fr.)*
RHGF	M. BOUQUET / M. BRIAL, *Recueil des Historiens des Gaules et de la France* (nova ed. L. DELISLE) Paris 1737—1904, 24 voll.
	E. BOUTARIC, *Actes du Parlement de Paris (1254—1328)*, 2 voll. Paris 1863/67
	L. G. BREQUIGNY, *Table Chronologique des diplômes, chartes, titres et actes imprimés concernant l'histoire de France*, 8 voll. Paris 1769, 2a ed. proc. J. M. PARDESSUS, 3 voll. Paris 1843/49
	C. BRUNEL, *Recueil des Actes des Comtes de Ponthieu 1026—1279*, Paris 1930
Cah. Dol. 1789	*Cahiers de doléances pour les Etats Généraux de 1789* (editiones variae pro singulis provinciis)
Cat. Roles gasc.	T. CARTE / de PALMEUX, *Catalogue des Rôles gascons, normands et françois, ... dans la Tour de Londres ...*, 2 voll. Londres/Paris 1743
	L. A. CHAIX de LAVARENE, *Monumenta Pontificia Arverniae decurrentibus IX/XII saeculis*. Clermont-Ferrand 1886 (alia editio in *M. Ac. Clermont NS* XVII, 1875, p. 65, 621—1876:393 — 1877:23, 275, 447)
Coll. Doc. Fr.	*Collection de documents inédits relatifs à l'histoire de France, publiés sous les auspices du Ministère de l'Instruction publique*, 300 voll. Paris 1835 sq.

Collection des Procès-Verbaux des Assemblées Générales du Clergé de France depuis l'année 1560 jusqu à présent, 9 voll. Paris 1767/80

Cat. Fact. — A. CORDA, *Catalogue des Factums, et d'autres documents judiciaires antérieurs à 1790,* 7 voll. et 3 voll. Indices, Paris 1890/1936

CA Ph Aug — L. DELISLE, *Catalogue des Actes de Philippe Auguste, avec une introduction sur les sources, les caractères et l'importance de ces documents,* Paris 1856

Act. Henri II — IDEM / E. BERGER, *Recueil des Actes de Henri II . . .,* 4 voll. Paris 1909/27

Rouleaux — L. DELISLE, *Rouleaux des Morts du IX au XVe siècle*, Paris 1866

N. DORVAUX, *Les anciens pouillés du diocèse de Metz,* Nancy 1902

Suppl. Pont. Mart. V — H. DUBRULLE, *Suppliques du pontificat de Martin V 1417—31,* Paris 1922

Bull. Reims — IDEM, *Bullaire de la Province de Reims sous le pontificat de Pie II,* Lille 1905

Th. GOUSSET, *Actes de la Province ecclésiastique de Reims,* 4 voll. absque indice, Reims 1842.

ISAD — *Inventaire sommaire des Archives Départementales antérieures à 1790* (editum pro unaquaque provincia, vide supra p. 451)

L. H. LABANDE, *Trésor des Chartes du Comté de Rethel,* 4 voll. Monaco/Paris 1916

Ch. LALORE, *Collection des Cartulaires du diocèse de Troyes,* 7 voll, Paris 1875/90

PDToul — H. LEPAGE, *Pouillé du diocèse de Toul, rédigé en 1402,* Nancy 1863

Pouillés — A. LONGNON, *Pouillés I: Province de Lyon,* Paris 1933/50, II *Rouen* (1903), III *Tours* (1903), IV *Sens* (5 voll. in 4 tom. 1902/23), V *Trèves* (1915), VI *Reims* (1918), VII, *Besançon* (1940), *(Recueil des Historiens de la France, publié par l'Acad. des Inscr. et Belles-Lettres)*

DocChBr — IDEM, *Documents relatifs au Comté de Champagne et de Brie,* 3 voll. Paris 1901/14

A. LUCHAIRE, *Louis VI le Gros, annales de sa vie et de son règne,* Paris 1890

IDEM, *Louis VII, Philippe Auguste, Louis VIII (1137/1226),* Paris 1902 (LAVISSE, Hist. de France III[1])

H. MEINERT, *Papsturkunden in Frankreich, Neue Folge: I Champagne und Lothringen.* Berlin 1932/33 (II/IV v. RAMACKERS)

Rol. Gasc. — F. MICHEL et Ch. BEMONT, *Rôles gascons,* 4 voll. Paris 1885/1906 *(Coll. Doc. Fr.* 1885, 1896, 1900, 1906)

A. MOLINIER, *Les obituaires français au Moyen Age*. Paris 1890

Ord. Rois Fr. — *Ordonnances des Rois de France de la Troisième Race 1051—1514*, ed. E. de LAURIERE et alii, 22 voll. Paris 1723/1849

E. PRAROND, *Cartulaire du Comté de Ponthieu* (MSE Abbeville, 1898)

CGY — M. QUANTIN, *Cartulaire général de l'Yonne*. 2 voll. Auxerre 1854/60

Rec. — IDEM, *Recueil de pièces pour faire suite au Cartulaire général de l'Yonne. XIIIe siècle*. Auxerre/Paris 1873

G. PICOT, *Documents relatifs aux Etats Généraux et assemblées réunies sous Philippe le Bel 1302—08 (Coll. Doc. Fr.)* Paris 1901

PUF — A. RAMACKERS, *Papsturkunden in Frankreich* I (= MEINERT, v. supra) II *Normandie* (Göttingen 1937), III *Artois* (ibid. 1940), IV *Picardie* (ibid. 1942)

Rec. Act. Clergé — *Recueil des Actes, titres et mémoires concernant les affaires du Clergé de France*, 13 voll. Paris 1716/68. Confer: DULSAUZET, *Abrégé du Recueil* etc. 2 voll. Paris 1752/64

N. ROBINET / M. GILLANT, *Pouillé du diocèse de Verdun*. 4 voll. Verdun 1888 sq.

J. H. ROUND, *Calendar of documents preserved in France, illustrative of the history of Great Britain and Ireland*, London 1899

J (ROUX/SOYEZ), *Cartulaire du Chapitre de la Cathédrale d'Amiens*, 2 voll. Amiens 1905 (MSAnPicardie XIV)

Th. STAPLETON, *Magni Rotuli Scaccarii Normanniae sub Regibus Angliae*, 2 voll. London 1840

M. TARDIF, *Monuments historiques, Cartons des Rois*. Paris 1866

P. VARIN, *Archives administratives et législatives de la Ville de Reims (Coll. Doc. Fr.)* 10 voll. Paris 1839/52

W. WIEDERHOLD, *Papsturkunden in Frankreich*, I *Franche Comté* (1906), V *Berry, Bourbonnais, Nivernais und Auxerrois* (ibid. 1910), VI *Auvergne*, VII *Gascogne, Guyenne, Languedoc*. Cf. MEINERT et RAMACKERS.

LITTERATURA

Rep. Arch. — H. d'ARBOIS deJUBAINVILLE, *Repertoire archéologique du département de l'Aube*, Paris 1861

E. BALUZE, *Lettres et mémoires*, publ. N. GODART, Paris 1901

D. BEAUNIER, *Recueil historique . . . des archevêchés, évechés, abbayes et prieurés de la France*, Paris 1726. Nova editio auct. J. M. BESSE, 12 voll. Ligugé 1906/41

R. de BELLEVAL, *Chronologie d'Abbeville et du Comté de Ponthieu*, Paris 1899

A. BENOIT, *Anciennes inscriptions des abbayes prémontrées dans les Vosges* (B. S. Ph V XVIII, 1893)

M. BEZIERS, *Mémoires pour servir à l'état historique et géographique du diocèse de Bayeux*, publ. a C. de HARDY, Rouen 1894, 3 voll.

(H. BOUCHOT), *Inventaire des dessins et estampes relatifs au département de l'Aisne, à la Bibliothèque Nationale, collection Fleury*, s. l. et d. (Parisiis ca. 1875)

A. CALMET, *Histoire ecclésiastique et civile de Lorraine (Archevêché de Trèves, évêchés de Metȝ, Toul et Verdun)* 7 voll. Nancy 1745/57. 2 a ed.: *Notice de la Lorraine*, 2 voll. Lunéville 1844

N. CAMUZAT, *Promptuarium Sacrarum Antiquitatum Tricassinae dioecesis*, Augustae Trecarum (= Troyes) 1610

N. CARLIER, *Histoire du Duché de Valois*, 3 voll. Paris 1764

Cat. Chart. Coll.Hér.Fr. *Vente aux enchères publiques composant les archives du Collège Héraldique et Historique de France*, Paris 1867

CatMSSB-Dép *Catalogue Général des Manuscrits des Bibliothèques Publiques. Départements* (ed. Ministère de l'Instruction Publique), 48 vo!l. Paris 1886/1945

Cat. Cart. Dép. *Catalogue Général des Cartulaires des Archives Départementales*, Paris 1847

A. de CAUMONT, *Statistique monumentale du Calvados*, 5 voll. Paris 1846/67

L. CELIER, *L'Histoire de l'Eglise de France pendant le Moyen-Age aux Archives Nationales* (Extr. e *„Revue d'Histoire de l'Eglise de France")* Paris 1926

U. CHEVALIER, *Répertoire des Sources historiques du Moyen Age. Topo-Bibliographie*. Paris 1894/1913, 2 voll.

A. CLERGEAC, *Chronologie des Archevêques, évêques et abbé: de l'ancienne province ecclésiastique d'Auch (Arch. Hist. de la Gascogne XIX)* Paris/Auch 1892

H. COCHERIS, *Notices et extraits des documents manuscrits conservés dans les dépôts publics de Paris, et relatifs à l'histoire de la Picardie*, 2 voll. Paris 1854/58

L. P. COLLIETTE, *Mémoires pour servir à l'histoire de la province du Vermandois*, 3 voll. Cambrai 1771/72

A. COMBIER, *Nomenclature sommaire des Archives du Greffe de Laon*, s. l. et d.

A. COULON, *Inventaire des sceaux de la Bourgogne*, Paris 1912

J. Ch. COURTALON / DELAISTRE, *Topographie historique de la Ville et du Diocèse de Troyes*, 3 voll. Troyes 1783/84

ANF — P. Louis de Gonzague (DARAS), *Archives Norbertines de France*, s. l. 1884

Bénéf. — F. DARSY, *Bénéfices de l'Eglise d'Amiens, ou état général des biens, revenus et charges du clergé d'Amiens en 1789 (MSAnPicardie, Docum. inéd.* t. VII) Amiens 1869/71

Clergé — IDEM, *Le Clergé de l'Eglise d' Amiens en 1789*, Amiens 1892

A. DEGERT, *Histoire des évêques de Dax d' après des documents inédits*, Paris 1903

Artois — G. DEMAY, *Inventaire des sceaux de l'Artois*, Paris 1877

CClair — IDEM, *Inventaire des sceaux de la Collection Clairambault à la Bibliothèque Nationale de Paris*, 2 voll. Paris 1885/86

Flandre — IDEM, *Inventaire des sceaux de la Flandre*, 2 voll. Paris 1873

Norm. — IDEM, *Inventaire des sceaux de la Normandie*, Paris 1881

Pic. — IDEM, *Inventaire des sceaux de la Picardie*, Paris 1875

H. DENIFLE, *La désolation des églises, monastères et hôpitaux en France, pendant la guerre de cent ans*, 3 voll. Paris 1897/99

A. DERAMECOURT, *Le clergé du diocèse d'Arras, Boulogne et St. Omer pendant la Révolution*, 4 voll. Arras 1884/86

N. DES GUERROIS, *La saincteté chrestienne contenant les vies, morts et miracles de plusieurs saincts de France et autres pays....* Troyes 1637

J. F. DEVISME, *Manuel historique du Département de l'Aisne*, Laon 1826

Dict. Hist. A. Pic. — *Dictionnaire Historique et archéologique de la Picardie*, 5 voll. Paris / Amiens 1909/19

Dict. Hist. P. de Cal. — *Dictionnaire Historique et archéologique du Département du Pas de Calais, publié par la Commission Départementale des Monuments Historiques*, 13 voll. Arras 1873/84

Dict. Top. — *Dictionnaire Topographique de la France*. Volumina hactenus publicata, quae ad nos attinent: Aisne (A. MATTON) 1871, Aube (Th. BOUTIOT / E. SOCARD) 1874, Calvados (C. HIPPEAU) 1883, Eure (M. de BLOSSEVILLE) 1878, Hérault (E. THOMAS) 1865, Marne (A. LONGNON) 1891, Hte. Marne (A. ROSEROT) 1903, Meurthe (H. LEPAGE) 1862, Meuse (F. LIENARD) 1872, Moselle (E. de BOUTEILLER) 1874, Nièvre (G. de SOULTRAIT) 1865, Oise (DELADREUE) MS in Arch. Dép. Beauvais, Pas-de-Calais (A. de LOISNE) 1900, Basses-Pyrénées (P. RAYMOND) 1863, Haut-Rhin (G. STOFFEL) 1868, Sarthe (E. VITTRE / R.

LATOUCHE) 1950/52, Seine-et-Marne (J. HUBERT) 1954, Somme (J. GARNIER) 1867/78, Vosges (P. MARICHAL) 1941, Yonne (M. QUANTIN) 1862

Arm — L. C. DOUET d'ARCQ, *Armorial de France à la fin du XIVe siècle*, Paris 1859

Beaum. — IDEM, *Recherches historiques et critiques sur les anciens comtes de Beaumont-sur-Oise du XI au XIIIe siècle*, Amiens 1855

ISAN — IDEM, *Inventaire des sceaux des Archives Nationales*, 3 voll. Paris 1863/68

E. DRAMARD, *Bibliographie géographique et historique de la Picardie*, vol. I (unicus), Paris 1869

P. DUBOIS, *Les granges d'abbayes aux XIIe et XIIIe siècles en Picardie et en Flandre (BSAnPicardie* XXIII 1907/08, 555/75)

A. DUCHESNE, *Histoire généalogique des maisons de Guines, d'Ardres, de Gand et de Coucy*, Paris 1631

(D. DUPLESSIS), *Description géographique et historique de la Haute Normandie*, 2 voll. Paris 1740

M. DURIVAL, *Description de la Lorraine et du Barrois*, 4 voll. Nancy 1778/79

M. FELIBIEN, *Histoire de la Ville de Paris, revue, augmentée et mise au jour par G. LOBINEAU*, 5 voll. Paris 1725

H. FISQUET, *La France Pontificale. Histoire chronologique et biographique des archevêques et évêques... de France*, 21 voll. Paris 1864/73

E. FLEURY, *Antiquités et monuments du département de l'Aisne*, 4 voll. Paris 1879/82

Ep. P. de Cal. — *Epigraphie du département du Pas-de-Calais* (edd. Com. Dép. des Monuments Hist.) 7 voll. et Suppl. Arras 1883/1937

M. A. de FLORIVAL, *Etude historique sur le XIIe siècle. Barthélémy de Vir, Evêque de Laon*, Paris 1877

G. GAZET, *Histoire ecclésiastique des Pays Bas*, Valenciennes 1614

P. GOSSET, *Armorial de l'élection de Reims, dressé par Ch. d'HOZIER (Travaux de l'Académie Nationale de Reims*, CXII, 1901/02, 187 sq)

D. GRENIER, *Introduction à l'histoire générale de la province de Picardie*, edd. Ch. DUFOUR / J. GARNIER, Amiens/Paris 1856

F. de GUILHERMY / R. de LASTEYRIE, *Inscriptions de la France du Ve au XVIIIe siècle*, 5 voll. Paris 1873/83

P. HELIOT, *Les églises du Moyen-Age dans le Pas-de-Calais*, 2 voll. Arras 1951/53

J. HENRIQUEZ, *Abrégé chronologique de l'histoire de Lorraine*, 2 voll. Paris 1775

HLF *Histoire Littéraire de la France*, 38 voll. et Index. Paris 1865/1949 (inchoatum a Benedictinis Sti. Mauri, continuatum a P. PARIS, dein a commissione speciali)

N. HOMMEY, *Histoire générale du diocèse de Séez*, Alençon 1900

A. HOULLIER, *Etat du diocèse de Soissons*. Compiègne 1783

